¶SER. Sed fines libyci:ante dicta dubia eē potuerũt:nũc apte regionē oſtēdit dicēdo:libycos fines:Tyrii.n. & alibi eē potuerũt.¶Intractabile:iſuꝑabile aſpeꝝ:ſæuũ.¶Germanũ fugiēs:hoc loco q̄ſi ſtupuit Aeneas:unde auditoris auiditati p̄ſcribit Venus dicēs lõgã eē iniuriã.i.cãm ab eo qđ ſequit̃ id qđ p̄cedit:ut ſupra: ſpē uultu ſimulat.¶Lõge ambages.i.circuitus.¶Faſtigia:primordia:qa ſcit lõgã eē hiſtoriã Carthagĩs:ut Sal.de Carthagine:ſilere melius puto q̄ pauca debere.¶Huic.c.ſ.d.quotiēs poeta aſp̃a ĩuēit noĩa:& ĩ metro nõ ſtãtia:aut mutat ea:aut de his aliqd mutilat.Nã Sicheꝰ Sicharbas dictꝰ ē.Belus Didõis pr̃ Methres.Carthago a charta:ut lectũ ē & ĩ hiſtoria pœnoꝝ:& ĩ Liuio.ſane Sicheꝰ ſi breuis ē ꝑ naturã:ſed hoc ĩ loco ectaſin facit ea licētia q̄ ē ĩ propriis noĩbꝰ.licet.n.ĩ q̈uis noĩs ꝑte ſyllabæ mutare naturã:qđ & ĩ appellatiuis euēit:ſi tñ de ꝓpriis originē ducãt:ut Sicãio p̄tēta ſinu:qa uēit a ſicão rege ſiciliæ.¶Miſeræ: dtũs ē nõ aduerbiũ.¶Ominibꝰ auguriis: & ſcđm rõanos locutꝰ ē:q nil niſi captatis faciebãt auguriis:p̄cipue nuptias:Luca. Cõtētiq; auſpice bruto. Iuue.Vēit cũ ſignatoribus auſpex.¶Tyri:aduerbiũ ē.¶Scelere an.al.ĩma.o.Quos ĩter medĩꝰ uēit furor:iũge totũ:nã aliter nõ ꝓcedit:ſi ſegreges:quos ĩter medios uēit furor:cũ ĩpe dicat: licet ſimulatas : fuiſſe tñ amicitias:ſimul nãq; ſacrificabant:ac ſi deberet ſceleratior Atreo:& Thyeſte:uel Eteocle:& Polynice.¶Ille Sicheum:ſi hoc loco ſecundum naturam poſuit.

Sed fines libyci genus intractabile bello.
Imperium Dido tyria regit urbe profecta
Germanum fugiens:longa eſt iniuria:longæ
Ambages:ſed ſumma ſequar faſtigia rerum.
Huic coniunx Sicheus erat ditiſſimus agri
Phœnicum:& magno miſeræ dilectus amore:
Cui pater intactam dederat:primiſq; iugarat
Ominibus:ſed regna Tyri germanus habebat
Pygmalion:ſcelere ante alios ĩmanior omnes
Quos inter medius uenit furor : ille Sicheum

¶DONA. Fines lybici:illic enim occurrente pelago africæ termini clauduntur.¶Inſuperabile: meminerat enim ex perſona ſua dixiſſe:Studiiſq; aſperrima belli Nec eſt hic repetitio eiuſdem rei quoniam & dici neceſſe fuit & ex alterius perſona dictum eſt.¶Imperium.d.mira breuitas:ſed quæ multa complectatur. Præteritum enim & præſens ponit:& quæ uocaretur:& quid ageret quæ illic imperabat.Compendii uero cauſa fuit ne interrogando reſpondendoq; longum fieret:quod mature debuit fieri.¶Germanum fugiens:potuit enim quæri qua cauſa impulſa fuerit ut relicta patria mulier:quod difficile eſt longinqua ſectaretur. Longa eſt in hoc addit quia incredibile fuerat tantam interueniſſe cauſam quæ cogeret germanam dura ſectari relinquentem eũ quem amare debebat.¶Sed ſumma ſe. Artificioſa narratio:Nam multa prætermiſſuram ſe ſimulat ut ſpe breuitatis attentius audiretur.¶Huic:coniunx:amoris inter coniuges honeſtas inſerit cauſas. Amabat inquit hominem ſecuta iudicium patris:& diuitem:& probum.¶Intactam:multum enim differt inter affectum uirginis:& eius quæ ſecundo nupſit:primis nullis aliis ſed ſolis.¶Sed regna tyri:ex quo intelligitur habuiſſe ſpem faciendi:& factum defendendi quia rex.¶Immanior ſcelere:non enim eſt intelligendum quod furor medius inter Sichæum:& Pygmalionem uenit: nam ſic defendi poſſet Pygmalionis factum ſi non uoluntate:ſed furore peccauit:& furens fuiſſet Sychæus.ergo pares. Quapropter ita pronunciandum:ut Sychæus fuerit ĩnoxius Pygmalion uero omnibus aliis ſceleratior quos in facinus impulit furor:Ergo alii ſi in crimina inciderunt furor cauſa fuit aut inſania:aut animi dolor:& poſſunt habere ueniam facti Pygmalion uero aliorum comparatione ſceleratior oſtenditur:quia uoluntate non caſu:aut neceſſitate ſcelus admiſit.¶Cæcus amore:unam cauſam ponit a uitio naturæ profectam:ſed cui alia crimina adnectuntur:nam Saluſtius ait Auaritia fidem probitatem cæteraſq; bonas artes ſubuertit:Pro iis ſuperbiam crudelitatem:deos negligere omnia uenalia habere edocuit: Auaritiæ ergo crudelitas comes perfidiaq; coniuncta:non enim poteſt uoto potiri niſi ad id per ſcelus uenerit:Habemus exempla apud poetam hic Pygmalionis in tertio polymeſtoris. In ſexto qui auro patriam prodiderat:nihil autem in prima narrationis parte fruſtra poſitum eſt.¶Ditiſſimus agri: imitatur peſſima natura opulentiam.¶Et magno.m.d.a.hic grauatur factum : ut cariſſimum ſorori uirum necarit.¶Cui pater: ut contra indicium patris fecerit.¶Clam:grauat factum nullus enim clam facit:niſi illicitam eſſe ſciat:Vel clã: ne ſi palam innocens defendi poſſet ergo clam:ut lateret auctor. Quis enim crederet ſororis uirum innoxium amabilem nullis interuenientibus inimicitiis ab eo cæſum.

¶CHRI. Bello genitum ſcribant : Abas genuit laſium & hic Amphionem qui orcomeni & pili regnauit. Item Talaonem ex quo natus eſt adraſtus:ex eodem bello Agenor eſt:Huius filius fuit Cylix:ex Cylice Pygmalion oritur qui Cyprum occupauit & Paphum genuit:qui oppidum de ſuo nomine & in eo templum Veneris condidit:Cineramq; filium reliquit. Hic ex myrrha filia ab ea tamen deceptus Adonem genuit : hæc omnia icci co adiunxi quoniam multi incident loci in quibus hæc noſſe ex uſu erit.¶Germanum fugiens : nam niſi magna iniuria coactam patria pudicam muliere relinquere non decet. Iudicantur enim turpioris uitæ: quæ patriam mutant.hinc Parmeno Terentianus ſe tacere poſſe dicit:cum Thais narrat Samiam ſibi matrem fuiſſe & habitaſſe Rhodi: quaſi ex patriæ mutatione impudicitiæ illa argueretur. Hoc idem & Simo in Andria cum exclamat. Adeo eſt demēs ex peregrina: & Cicero ad Trebacium ex Medea uerſus profert idem oſtēdentes:ait enim. Quibus illa perſuaſit ne ſibi uitio uerterent quod abeſſet a patria.¶Primis : ideſt optimis: Nam quæ bono omine fiunt maiorem habent efficaciam. Vnde in Didonis coniugio quoniam diuortium futurum erat:mala ponit auguria.¶Primis optimis:Statius aduenisse ducis genero primiſq; hymæneis egregiam argiam:nec formæ laude ſecundam Deiphilem.

Impius ante aras:atq; auri cæcus amore:
Clam:ferro:incautum ſuperat ſecurus amorū
Germanæ:factumq; diu celauit:& ægram
Multa malus ſimulās uana ſpe luſit amantem.
Ipſa ſed in ſomnis inhumati uenit imago
Coniugis:ora modis attolens pallida miris.
Crudeleis aras:traiectaq; pectora ferro
Nudauit:cæcumq; domus ſcelus oē retexit.
Tum celerare fugā:patriaq; excedere ſuadet:
Auxiliumq; uiæ ueteres tellure recludit
Theſauros:ignotum argenti pondus & auri.
His commota:fugam Dido ſocioſq; parabat.
Conueniūt:quibus aut odiū crudele tyranni:
Aut metus acer erat.naues: quæ forte paratæ:

¶SER. Impius ante aras:probauit impium:quia ante aras.⁋Securus amoꝝ germanæ :aut contemnens amorem ſororis:ut Securi pelagi atq; mei:ideſt cotemptores:aut certe ſecurus erat de amore germanæ circa maritum nimio:ob quē ſe poſt mortem Sichei interimere poſſe credebatur.nec enim ſequitur:ut occiſo Sicheo ipſe ſtatim potiretur auri:niſi etiam Dido periret:ſed per contemptum:dictum eſt: quaſi ex pygmalionis perſona:non amorem uocans honeſtum:ſed amores in conuitium.Amores autem plurali numero ad uoluptatem pertinent:ut Securus amorum:Qui iuuenum tibi ſemper erāt.ſingulari etiam ad religionem.⁋Aegram: mœſtam: anxiam.⁋Multa malus ſimulans uana ſpe luſit amantem:atqui legimus: Quis fallere poſſit amantem.ſed hic nimia Pygmalionis oſtenditur malitia:quæ etiam amantem fefellit.⁋Vana ſpe:quia dicebat eum mox reuerti.⁋Luſit: decepit.⁋Inſomnis:ſi ab eo quod eſt ſomnium:ſynæreſis eſt ut peculi pro peculii:ſi autem de ſomno uenit ī ſomnis:ideſt dum ſomnos caperet.⁋Crudelis aras: epitheton hoc de cauſa eſt.nam aræ piæ ſunt.⁋Nudauit:indicauit:unde contra in ſexto habemus: Et uulnera dira tegentem.quid enim tegeret omni parte truncatus.⁋Retexit:ecce hic planius quid ſit nudauit oſtendit.⁋Tum celerare fugam: celeriter abire: unde dicimus curſum celero.⁋Suadet: ſecundum naturam duæ ſunt ſyllabæ.ſed multi triſyllabum putant:quod etiam ſi inueniatur ſolutio dicenda eſt quomodo dicimus ænea: & ahena : hoc autem ſolum huiuſmodi uerbum in latino inuenitur.⁋Theſauros:hoc nomen non habet:ſicut atlas:gigas : abas:pallas: licet in obliquis caſibus inueniatur : ſicut nec formoſus:quia deriuatiuum eſt a forma:ut a ſpecie ſpecioſus:ab odio odioſus:ab genere generoſus.uel a ſcelere ſceleroſus.⁋Ignotum argenti pondus & auri: aut quod ignorabat Dido:aut certe ad magnitudinem pertinet:ideſt tantum quantum nullus unquam noſſe potuit.⁋His commota:ſupradictis omnibus.⁋Conueniunt quibus aut odium crudele tyranni: Aut metus acer erat: oderant læſi:metuebat lædendi:hoc eſt qui timebant ne læderentur:unde eſt illud in quarto: Et quos ſidonia uix urbe reuelli:quia non uoluntate : ſed aut odio : aut timore conuenerant.⁋Odium crudele tyrranni:nam in tyrannum odium iuſtum eſt.i.crudelis tyranni:& eſt figura hyppallage.

¶DONA. Ante aras:occidit propter ſolam auariciam cum rex nulla inopia urgeretur occidit innoxium: incautum ſororis uirum: Ergo uirtute oratoria unum admiſſum quantis criminum generibus aggrauat poeta:& partes communis loci ingreſſus : quam late diſcuſſit non omiſſa : breuitate:quæ æneæ neceſſaria erat:propter tot calamitatis feſtinanti.⁋Ille: de quo nihil tale ſperabatur.Ille quem nulla urgebat inopia: qui germanam uiro priuare non debebat:qui affinem ſeruare debuit.Qui contra naturæ religionem faceret. Contra iudicium patris rupto humanitatis:& affinitatis uinculo: Ante aras. ut ſceleri ſacrilegium adderet.⁋Ante aras:ideſt diis ſpectantibus quos humana cæde funeſtare non debuit.⁋Auri cæcus : a cupiditate enim impeditus non conſiderauit ubi:quid:cur:& in quem faceret : Factum celauit : Duplici de cauſa : Prima ne manifeſta cæde ad auctorem aliqua uia iretur:Secunda ne re patefacta potiendi auri occaſione priuaretur.⁋Ipſa : ſed in:quoniam neq; ſuſpitio in Pygmalionem duci propter affinitatem poterat nec teſtis extabat:poſita eſt immago.⁋Inhumati:unde augetur crudelitas:q; cæſum ſepultura priuauerit.⁋Pallentia:ut iam illum cæſum intelligat auditor.⁋Crudeles aras:hoc per uerba.⁋Traiecta:hoc per uiſum nudatur.⁋Cæcumq; domus:ſtrictim ponit quæ ſupra diffuſius dicta fuerant.⁋Suadet : autem fugam quoniam neq; ulciſci ualet apud ſceleratum tuta non poteſt.⁋Auxiliumq; uiæ:propoſita fuga addit facilitatem in tanta theſaurorum copia.⁋Odium: eorum qui nonnullis uiribus potuiſſent reſiſtere.⁋Mœtus:eorum qui aliquid crudelitatis expectarent.⁋Ergo alii fauebant Didoni:ne ille occupato auro fieret fortior : Alii propter metum quibus ferebat occaſio:ut carerent ſæuiſſimi hominis dominatione.⁋Paratæ:Si enim aliquid innouaſſent in nauigiis dabatur aperta ſuſpitio.

¶CHRI. Ante aras:Pathos a loco:ſic de orpheo inter ſacra deum nocturnaq; orgia bacchi.⁋Securus contemptor:Perſi.Hic ego ſecurus pelagi:& quid præparet auſter: Nam qui ſecurus eſt : non timet : qui non timet contēnit.⁋Cælauit: nam facile fratri ſoror credere poterat.⁋Amantem:& propterea reditum uiri cupientem facile autem credunt quod cupiunt miſeri.⁋Ipſa ſed in ſom.Tragediam excitat: Mire autem : & tempori : & perſonis accommodatur narratio quia cum nihil breuius ſit:tamen omnia ueriſimilia:& aperta ponuntur.⁋Recludit:nam ſi in promtu fuiſſent iam rapuiſſet illos Pygmalion : nec etiam tuti fuiſſent : ſi ita latuiſſent:ut tamen noti Didoni fuiſſent.Facile enim nihil de fratre ſuſpicans illos fratri indicaſſet: ignotum ergo Didoni.⁋Portantur auari:Exprobratio in auaritiam quæ ſæpe impellit nos propter quæſtum ad ſcelus ex quo ab euentu decepti nullum commodum conſequimur.

¶SER. Portāt auari Pygmaliōis opes pelago:quō pymaliōis:ſi ſichei erāt ſoluit ſed eas iā ſuas fecerat ſcele/re q:ſicheū occiderat:aut ād aīum retulit auari:q opes alienas iā fecerat ſuas pygmaliōis opes pelagos: q̄s Pyg/maliō iā ſuas putabat.uñ ē ī q̄rto : Vlta uirū.Quæ.n.maior auari pœna q̄ pecuniā pp quā deliquerat pdere:re moue hoc & falſū ē Vlta uirū.Sciēdū āt ꝙ clā tāgit hiſtoriā.Moris.n.erat:ut de pecūia publica phœnices miſſo a rege auro de peregrinis frumēta coemerēt.Dido āt a Pygmaliōe ad hūc uſū paratas naues abſtulerat:q̄ cū fu giētē a fratre miſſi ſeq̄rent:illa aurū pcipitauit ī maria:q̄ reuiſa ſequētes reuerſi ſūt.¶Deuenere locos:ad minꝰ

Corripiunt:onerātq; auro.portantur auari
Pygmalionis opes pelago: dux fœmina facti.
Deuenere locos:ubi nunc ingentia cernes
Mœnia:ſurgentemq; nouæ Carthaginis arcē.
Mercatiq; ſolum:facti de nomine Byrſam
Taurino quantum poſſent circundare tergo.
Sed uos qui tādē:quibus aut ueniſtis ab oris:
Quo ue tenetis iter: quærenti talibus ille
Suſpirans:imoq; trahens a pectore uocem.
O dea:ſi prima repetens ab origine pergam:
Et uacet annales noſtrorum audire laborum:

eſt.¶Surgētē:erigētē ſe:ut Surgētē in cornua ceruū. ¶Nouæ carthaginis:Carthago.n.ē līgua pœnorum noua ciuitas:ut docet Liuius.¶Mercatiq;.ſ.ſ.de.n.b. appulſa ad Lybyā Dido:cū ab Hiarba pelleret:petiit calide ut uēderet tm̄ terræ:quātū poſſet coriū bouis tenere:qđ cū ille pmiſiſſet:coriū ī tenuiſſimas cori/gias ſectum tetēdit occupauitq; ſtadia uiginti duo: q̄ rē breuiter tāgit Virg.dicēdo de noīe:& nō tegere ſed circūdare.¶Facti de noīe:de cāæ qualitate facti. ¶Tergo:p tergore:ſignificat:qa q̄lis cā fuit: tale no/mē accepit.carthago.n.ātea ſpecie habuit duplicis op pidi q̄ſi aliud alteꝝ amplecteret:Cuius īterior pars byrſa dicebat:exterior magalia:huiꝰ rei teſtis ē Cor neliꝰ nepos ī eo li.q uita illuſtriū īſcribit byrſa: βυρ σα græce latīe corigia dr.¶Sed uos q tādē: uacat hoc loco tādē.& ē naturalis īterrogatio:q eſtis unde: uel quo:ſicut ipē ī octauo licet mutato ordīe:Quo tēditis īqt:Et q genꝰ: uñ domo:¶Imoq; trahēs a pector uocē: deeſt dixit.& quotiēs lōge reſpōdet parēthesis ē:quotiēs nuſq̄ eclypſis dr:ut hoc loco.¶O dea:pſeuerat ī opinio ne ſua:ita tñ ut illiꝰ oratiōi aliqñ cōcedat:Nā paulopoſt ait ſi ueſtras forte p aures troiæ nomē.Aut certe illud ē qđ ſuperiꝰ dixerat:an nymphaꝝ ſāguinis una:q̄ nō oīa ſciūt:Nā & moriūt: ſecūdū Ari.ut Fauni uel pāes.¶Ab origīe:a raptu Helenæ.¶Pergā:pſeuerē:hoc ē uniuerſa dicā.¶Annales:īter ānales:& hiſtoriā hoc īter ē: hiſtoria ē eoꝝ tēpoꝝ q̄ uidimꝰ:uel uider potuimꝰ:dicta απο του ιςορειν.i.uider.Annales uero ſūt eoꝝ ānoꝝ & tēpoꝝ q̄ ætas nr̄a nō nouit:uñ Liui.ex ānalibꝰ & hiſtoria cōſtat.hæc tñ cōfūdūt licēter.ut hoc loco hiſtoriā īqt ānales.

¶DONA. Onerāt auro:aurū omne & argētum iuſſerat tolli Sicheꝰ:Sed iſti qa maior nauiū copia ad omne tollēdū opꝰ fuiſſet:id tulerūt qđ naues caper poſſēt.Ergo.auro qdē pcioſius ē & nō argētū.¶Onerāt:ut plꝰ ēt q̄ naues fer poſſēt īpoſitū eē uideat:Quāta ergo fuit theſauroꝝ copia cū relicto argēto ne totū qdē auꝝ naues fer re poſſēt.¶Auari:pygmaleōis:omne illuc tēdit:ut pbet qđ dictū ē:Sed quo mō Pygmaleōis:Quia illa ſuas fu turas aīo cōceperat:pp qđ ſibi ereptas iniq; ferret.¶Dux fœmīa:ad īſulatione pygmaliōis dictū: ut ea duce pro diderit:q̄ aſſecutuꝝ ſe putabat.¶Deuenere locos:ordīa ſic deuener locos.¶Mercatiq;.ſ.u.u.m.o.m.nā ædificiū īſtitui:nō potuit:niſi priꝰ empto ſolo.¶Taurīo quātū:alii dicūt pecuniā tūc ex corio bubulo fuiſſe:pecuniā di/ctā ex ꝙ pecor originē duceret:tātūq; fuiſſe ī pcio loci:quātū bouis coriū cōficere potuiſſet:alii fraudē emptoris ponūt:q tm̄ mercatꝰ ſit quātū corio bouis poſſit circūdari:at uēditor nihil tale ſuſpicās arbitratꝰ ſe tātū dediſſe quātū ītegrū coriū poſſe occupar.Emptores uero ī tenuē corigiā illud ſecātes pluſq̄ deberēt occupātes:ſed fabu loſa ſūt oīa:nā ſi attēdat magnitudo urbis:& quāta a Virg.deſcribit:nō poterat:niſi latioribus locis condi: licet poeta hoc credibile faciat dicēdo facti de noīe byrſa:qđ & līgua græca uñ fuit Dido:& punica.i.ipſiꝰ regionis ī q̄ res ē geſta:coriū ſignificat.¶Sed uos:mira breuitas īterrogātis: nec fraude caret.Nā conat oñdere:ſed nō eē deā ſe nō fallit æneā.Nā cū magna aī laceratiōe reſpōdet.¶O dea:Duo dicit īpedire:Vnū qa nō uacat:Alterū qa bre uitas tēporis narrationē expleri nō patit pperat redire ad ſuos a qbus in locis deſertis noctu ſeparari nō debuit Beniuolā āt facit & honorificā cū deā appellat.Et attentā cū multitudinē calamitatū ſuarū pponit:& nō tñ oēs. ſe dicturū:reſpōdet ad oīa ſed nō ordīe.Prīo.n.reſpōdet ſecūdæ:Quibꝰ aut ueniſtis ab oris.Et quāuis narratiōe totiꝰ diei nō poſſe expleri calamitates dixerit:tñ breuitate miranda labores omniū cōcluſit annoꝝ:nā dicēdo nos troia antiq̄:primā tēporis partē poſuit:Dū āt diuerſa p.e.u.tāgit mediā:& Forte ſua libycis pōit poſtremā: & ſimul oſtendit:ꝙ uiolētia fluctum illic appulerit:& qa cū dea putabat ſe loqui:cōmendat pſonā ſuā dicendo.

¶CHRI. Solū:nō ſolū terra eſt ſolū:uerū quicquid aliquod ſubſtinet aīal:Vnde & de mari ſolū dixit ut ſub trahiturq; ſolū.¶Nomīe:aliquādo famā ſignificat:ut īfra:Et nos aliqđ nomēq; decuſq;.¶Taurino : taurus eſt bos nō caſtratꝰ & armēti maritꝰ:Iuuēcus āt q in iuniori ſit ætate.Vitulus q adhuc nō ſit perfectus tanq̄ puer in homine:ſed ī elephanto uitulum dicimus.¶Circūdare:dupliciter dicimus ut circūdo ſolū corio:ut hic & cir/cūdo coriū ſolo:Martia.Qui recitaturꝰ circūdat uellera collo.Hic ſe poſſe loq:poſſe tacere negat.¶Tandē:non uacat:ſed ſignificat affectū loquētis:q quāuis breuiſſime perorauerit:tamē pluſq̄ uellet tēporis cōſumpſiſſe do let dixit ergo tādē:quia ſibi nimiū tp̄s quāuis breue fuerit cōſumpſiſſe uidet. Nā aīo pperanti nihil ſatis feſti/natur.¶Pergam:pergere eſt ſuo ordine pcedere.Ergo eſt ac ſi dicat.Ita narrē:ut nihil omittam.Hinc dicimus pgere perſeuerare.¶Vacet:ociū ſit.Vacare.n.eſt uacuum eſſe.Vnde dicimus uacare.imperiū quod imperatore caret & quoniā qui curis uacui ſunt ocioſi ſunt:dicimus uacare ocioſum eſſe:& quoniam quod ocioſum eſt ni hilq; agit ſuperabūdat:dicimus uacare ſuperfluum eſſe.Præterea quia quibus nullum negocium eſt ii attētius aliquid aduertunt dicimus uacare attente incumbere qa qui diligentius intēdūt uacuos ſe ab omni alia cura p̄/bent.Erit igitur ſententia.Si ego ordine cuncta narrem & tu attente audias erit prius diei q̄ narrationis finis.

Terra
Taurus
Iuuēcus
Vitulus
Pergere
Vacare

¶SER. Clauſo:more poetico inquit.Nam poetæ dicunt cælum per noctem claudi:& aperiri die:unde etiã: Porta tonat cæli:& Confidunt tectis bipatentibus.¶Cõponet:finiet:ut Oblato gaudens cõponi fœdere bellũ. ¶Veſper ꝓprie eſt ſtella:cum autem ueſperi dicimus aduerbiũ tp̃is ẽ.& eſt ſciendũ ꝙ omnia nomina q̃ de græcis in os exeuntibus ad nos tranſeũt apud nos aut in us tantũ exeunt.ut delos delus:aut in er:ut agros ager:aut in utrãq;:ut Euandros euãdrus euãder.¶Troia antiqua:nobili uenerabili:more ſuo:alibi:Terra antiqua:ideſt nobilis.nec enim poterat eſſe noua:Item templa dei ſaxo uenerabar ſtructa uetuſto.¶Forte ſua: caſu ſuo.i.quo ſolet.Forte aũt nomẽ ẽ a noĩatiuo fors:ut Terẽ. Fors fiat pol.¶Libycis: iã ſciuit:audiuit.n.ſed fines libyci. ¶Appullit oris:figura ſupradicta eſt:ut datiuus pro accuſatiuo cũ ad ponatur.¶Sum pius æneas:non eſt hoc loco arrogantia:ſed indicium.Nam ſciẽtibus aliquid de ſe dicere arrogantiæ eſt:ignotis ĩdicium:aut certe heroum ſecutus eſt morem:quibus quã mentiri turpe fuerat:tã uera reticere:deniq; Vlyxes in Home.ait ſuam famam uſq; ad cælum ueniſſe:unde & iſte fama ſup æthera notus.¶Hoſte penates: optima elocutio eſt:pluſq; ſignificat de pluralitate ad ſingularitatem tranſire:ut uenor multis caſſibus:& multa cane: ut Ora. Aut trudit hinc acris: & hinc multa cane apros in obſtãtis plagas.¶Italiam quæro:hoc loco diſtinguendum eſt.Nam ſi iunxeris patriã nõ procedit.Patria enim:ideſt ciuitas in ꝓuincia eẽ poteſt:nõ tamen ut ipſa prouincia patria ſit.licet in Saluſt.lectum ſit hiſpaniam ſibi antiquã patriã eſſe ſed illic ad laudẽ ꝑtinet:non ad ueritatẽ.Tria ergo dicit ꝓuinciã quæro: hoc eſt Italiã:patriã:hoc eſt Corytũ Tuſciæ ciuitatẽ:unde Dardanus fuit.¶Genus ab Ioue ſummo: iõ qa ex Electra & Ioue Dardanus:Iaſiuſq; nati ſunt:qui Dardanus auctor eſt Troiæ.& bene ad tria interrogata reſpondet:qui eſſet:unde ueniret:quo tenderet.¶Phrygiũ æquor.i.helleſpontũ.¶Conſcendi:bene conſcendi ſecũdũ phyſicos:qui dicunt terrã inferiorẽ eſſe aqua:quia oẽ qđ cõtinet ſupra illud eſt qđ cõtinet̃:unde eſt: Humilẽq; uidemus Italiã.¶Matre dea mõſtrãte uiã:hoc loco per tranſitũ tangit hiſtoriã:quã ꝑ legẽ artis poeticæ apte nõ põt ponere.Nã Varro in ſecũdo diuinarũ dicit:Ex quo de Troia egreſſus eſt Aeneas:Veneris eum per diẽ quotidie ſtellam uidiſſe:donec ad agrũ Laurentũ ueniret:in quo eã non uidit ulterius: quare cognouit terras eſſe fatales:unde Virg.hoc loco:Matre dea mõſtrante uiã. Itẽ Nuſq̃ abero:& tutũ patrio te limine ſiſtam & Iãq; iugis ſummæ ſurgebat lucifer idæ:quod autẽ diximus eũ poetica arte ꝓhiberi ne apte ponat hiſtorias certũ ẽ.Lucanus nãq; ideo eẽ nõ meruit in numero poetarũ:qa uidetur cõpoſuiſſe hiſtoriam:nõ poema.¶Data fata.ſ.a Ioue.¶Conuulſæ:aut conuulſæ undis:euroq; aut ſuper ſunt undis euroq; conuulſæ:aut ideo quia habes ſupra Laxis laterum compagibus.¶Ignotus:deeſt quaſi.Nam contrarium dixit.Fama ſuper æthera notus facit hoc frequenter Virgilius ut hanc particulam ſubtrahat:ut Medias inter cædes exultat amazon:ideſt quaſi amazon.Nam uolſca fuit.¶Peragro:per habet accentum.Nam a longa quidem eſt:ſed non ſolida poſitione: Muta enim & liquida quotiens ponuntur metrum iuuant:non accentum.

Ante diem clauſo cõponet ueſper olympo.
Nos troia antiqua(ſi ueſtras forte per aures
Troiæ nomen iit)diuerſa per æquora uectos
Forte ſua libycis tempeſtas appulit oris.
Sum pius Aeneas:raptos q; ex hoſte penates
Claſſe ueho mecum:fama ſuper æthera notus.
Italia quæro patriã:& genus ab Ioue ſummo.
Bis denis phrygium conſcẽdi nauibus æquor:
Matræ dea monſtrante uiã:data fata ſecutus.
Vix ſeptem cõuulſæ undis:euroq; ſuperſunt.
Ipſe ignotus:egens:libyæ deſerta peregro

¶DONA. Raptos.q.e.h.p.c.u.m.fama:medie poſuit:nec dixit qua fama:nam & multi mala fama noti ſũt: ſed qua fama intelligat:ponit cum illum religione in deos. fama ſuper.æ.n. dicit. Cum enim laboribus meis eſſem notus toti orbi fama nominis mei ſine fine decurrens ad cælum uenit.¶Italiam quæro: ad id Quo ue tenetis iter:& ornaturus genus addit:quod non quæſitum fuerat.Et genus a Ioue ſummo.¶Matre dea:libenter auditur quod gratias agat matri quaſi abſenti.¶Data.ſ.ergo non uoluntario a patria diſceſſerat.Sic præteritum ſtrictim tangit:& in præſenti immoratur:ut maiorem moueat miſericordiam.¶Bis.d.oſtẽdit magnũ numerum.Sunt autem ſi dolentis animum excutere uolumus ſeparatim ſingula cogitanda.¶Vix: oſtendit quanta difficultate euaſit.¶Ignotus:ſumma in humanis miſeria:in alienis terris nullius habere noticiam: Augetur autem ſi ſit egens:nam ſi egeret:non eſſet ei cuiuſquam noticia neceſſaria:ad hæc duo mala ignotus & egens additur tertium ſolitudo: ut nihil ad uictum ſuppeteret:nec inueniretur qui daret.

¶CHRI. Olympo: cælo quaſi ολο λαύπος:ideſt totus ſplẽdens.Forte nominatiuum habet fors. Sponte autem ſolum habet ablatiuũ.¶Tempeſtas: qualitas eſt temporis:& quamuis pro temporis ſæuitia ſæpius ponatur:tamen uerbum medium eſt:ut pro bono capiatur:ut unde hæc tam clara repente tempeſtas. Capitur etiam pro ipſo tempore abſolute:ut ſæpe apud Saluſtius inuenies. ¶Annales: pontificem facit æneam ſecundum Macro.nam pontificibus permiſſa eſt poteſtas memoriam rerum geſtarum in tabulis conferendi:& hos annales maximos uocant:quaſi a pontificibus maximis factos.Differunt autem annales ab hyſtoria :Hyſtoria enim non ſolum res geſtas longo ordine explicat:ſed & cõſilia quibus geſtæ ſunt ponit:& cõciones facit:& acies ĩſtruit:& ſitus locorum deſcribit.Annales autem ſingulorum annorum geſta nude ac breuiſſime notãt unde annales Piſonis & pictoris dicimus.Liuii autem & Saluſtius hiſtorias annales græci χρονιχασ nuncupãt: pius eſt.n.pietas gratum & diligens officium quod tribuimus iis qui propinquitate nobis cõiuncti ſunt: & patriæ etiam deuotis.¶Libyæ deſerta:pathos a loco:ut cum uitam in ſyluis inter deſerta ferarum.Item At nos hinc alii ſicientes ibimus afros.¶Vix ſeptem:unus eſt ex locis ad captandam miſericordiam:cum ex ampla fortuna in calamitatem incidiſſe oſtendimus:Sic infra Hic finis priami.

Europa: atq; Aſia pulſus. nec plura querentem
Paſſa Venus: medio ſic interfata dolore eſt.
Quiſqs es: haud (credo) iuiſ⁹ cæleſtib⁹ auras
Vitaleis carpis: tyriam qui adueneris urbem.
Perge modo: atq; hic te reginæ ad limina ꝑfer.
Namq; tibi reduces ſocios: claſſemq; relatam.
Nuncio: & in tutũ uerſis Aquilonibus actam:
Ni fruſtra augurium uani docuere parentes.

¶SER. Europa atq; aſia pulſus: aut orbē ĩ tres partes diuiſit: & abſolutũ eſt: aut ſi Europā tātũ & Aſiā ĩtelligimus: ĩuidioſe locut⁹ ē: ut ſupra Venus ait: Cunctus ob Italiā terrarũ claudit᷑ orbis: q̃ſi cũ ĩdignatiōe dicat: ꝑ troiā Aſia careo: ꝑ Italiā. Europa. Deniq; nō paſſa Venus eius ĩterrupit q̃relas. ¶ Dolore ē: aut narrātis Aeneæ: aut certe ſub dolore. Aequũ. n. eſt malis filii ēt ipſa moueri. ¶ Quiſqs es: pleraq; ꝑ cōceſſionē ſic tradit poeta: ut argumētũ faciat: ut hoc loco audierat Venus. Sũ pius æneas fama ſup æthera notus. dicit tamen qſquis es: ēt ſi hæc ĩ te nō ſint: hic tamē cōſtat te eſſe felicē: q̃ ueniſti Carthaginē. Itē in ſecũdo Quiſquis es amiſſos hic iā obliuiſcere graios: hoc ē q̃libet ratione cōtra nos bella ſuſceperis. ¶ Haud credo ĩuiſus cæleſtibus: liptote figura ꝑ cōtrariũ ſignificās. i. te eſſe chariſſimũ ſuperis: ut ſupra mihi iuſa capeſſere fas eſt. Cæleſtib⁹ āt ſecũdũ pythagorā & ꝑcipue Platonē dixit: q cōfirmāt uiuos eſſe ſuperis caros: mortuos uero ĩferis. unde & Virgi. de palāte: Et nil iā cæleſtibus ullis Debētē: Itē e cōtra: Vos o mihi māes eſte bōi: quoniā ſuperis auerſa uolũtas. ¶ Auras uitales carpis: qbus uiuimus: Nil eſt. n. aliud uita niſi reciprocus ſpiritus: unde Iuppiter: quo cōſtant omnia uocat᷑ ξευσ αποτησ ζωησ: ideſt uita. ¶ Carpis: accipis. ut Et placidā carpebāt mēbra quietē. ¶ Tyriā: Carthaginē a colonis. ¶ Adueneris urbē: hyſterologia: ut ſupra. ¶ Perge mō: tātũmō: hoc eſt hæc tibi ſola ſit cura: nā liberatæ ſũt naues. ¶ Perfer: ĩperatiu⁹ mod⁹ ē: ut Fer cineres Amarylli foras. ¶ Reduces: ꝓprie reduces dñr q pericula euadũt: ſic ĩfra: Vt reduces illi ludũt: ſcilicet poſt periculũ illatũ ab aqla. ¶ Verſis aqlonibus: qa poſtq̃ ad Africā iter uerterũt: aduerſus ante aqlo cœpit eē ꝓſperior. Ni fruſtra augurĩũ uani docuere parētes: hoc ad ꝯfirmādũ errorē Aeneæ dixit: ne diuinando dea eſſe crederetur. Quod autem dicit Vani parentes: Aut hypallage eſt: ideſt uanum augurium: ut Dare claſſibus auſtros & Ibant obſcuri ſola ſub nocte pro ipſi ſoli per obſcuram noctem: Aut certe uani parentes: qui res falſas & inanes docent. & ꝑ hoc plerũq; decipere oſtendit auguria. Multi uolunt ad nimium hoc amorem parentum referri: qui teneritate affecti etiam ſuperflua docent liberos.

¶DONA. Europa atq; aſia: tacuit de Africa: qa ĩ ipſa erat. Venus āt ſermonē ĩterrupit: uel qa norat cũcta: uel qa nō libēter audiebat: uel qa maturādũ: quoniā āte noctē uia mōſtrāda erat. ¶ Quiſqs es: adhuc ueluti cũ ignoto loquit᷑. ¶ Haud eqdē: oportet te diis carũ eē: quoniā carthaginē ueneris hæc uerba omniũ ſpōdebant effectũ: de qbus cōqueſtus erat. Nā & noticiā ſui & celebritatē & humanitatē pollicet᷑. ¶ Perge: hortatur ne redeat ad ſuos: ut propoſuerat: ſed eat Carthaginem. ¶ Namq; tibi: demit ſollicitudinem de ſociis ſalutem illorum augurio nuncians. ¶ Ni fruſtra. a. u. d. p. ordina ſic: ni uani fuere parentes. i. maiores noſtri & fruſtra nos docuerunt.

¶CHRI. Europa: ab europa Agenoris filia q̃ Iuppiter ſub forma tauri rapuit: & ꝑ mare trāſuexit. Hor. Vxor ĩuicti Iouis eē neſcis Mite ſingultus bene ferre magnā diſce fortunā tua ſectus orbis nōia ducet. ¶ Qui ad. ꝑſæpe relatiuũ & ui ſuā retinet & qa ſignificat: ſed tũc ſubiũctiuo iũgit᷑: ut hic q adueneris. i. qa adueneris: ſic Plau. Aut q̃ cōfidētior iuuētutis mores q ſciā: q hoc noctis ſolus ambulē. ¶ Vani: nō q ſint uani: ſed q eēnt ſi fruſtra docuiſſent: ſic Hora. At tu nauta uagæ ne parce malignus harenæ Oſſibus & capiti inhumato particulā dare. Sic qdcũq; minabit᷑ eurus Fluctibus heſperiis uenuſinæ plectāt᷑ ſyluæ te ſoſpite: ideſt qui eſſes malignus ſi parceres.

Aſpice biſſenos lætantes agmine Cygnos:
Aetherea quos lapſa plaga Iouis Ales aperto
Turbabat cœlo: nunc terras ordine longo
Aut capere: aut captas iā deſpectare uidentur.
Vt reduces illi ludunt ſtridentibus alis:
Et cœtu cinxere polum: cantuſq; dedere:
Haud aliter puppeſq; tuæ: pubeſq; tuorum
Aut portũ tenet: aut pleno ſubit hoſtia uelo.
Perge modo: & qua te ducit uia: dirige greſſũ.
Dixit: & auertens roſea ceruice refulſit:
Ambroſiæq; comæ diuinum uertice odorem
Spirauere: pedes ueſtis defluxit ad imos:
Et uera inceſſu patuit dea. ille ubi matrem
Agnouit: tali fugientem eſt uoce ſecutus.
Quid natum toties crudelis tu quoq; falſis
Ludis imaginibus? cur dextræ iungere dextrā
Non datur? ac ueras audire: & reddere uoces?

¶SER. Biſſenos cygnos: cygnos nauibus cōparat: aqlā tempeſtati. In auguriis autem conſiderandæ ſũt nō ſolum aues: ſed etiā uolatus: ut in ꝑpetibus: & cātus: ut in oſcinibus: quia nec oēs: nec oībus dant auguria: ut colũbæ nō niſi regibus dāt: qa nunq̃ ſingulæ uolant ſicut rex nunq̃ ſolus incedit unde in ſexto. Maternas agnouit aues: ꝑ tranſitum oſtendit regis augurĩũ. Itē cygni nullis dāt niſi nautis: ſicut lectum in ορνιθογονια. Cygnus in auguriis nautis gratiſſimus ales: Hũc optant ſemꝑ: quia nunq̃ mergitur undis cũ Cycnus neq; in ꝑpetibus neq; ĩ oſcinibus noīetur. cur ab illo ſumitur augurĩũ: Soluit᷑ q; augurĩũ ad aquilam poeta retulit ſed docet Virg. bonũ omē naues factum de Cycni uolatu. ¶ Lætantes: poſt periculũ. ¶ Agmine: uelatu: ĩpetu. Agmen autem apud Virg. eſt cuiuſlibet rei impetus: ut illi agmine certo: & Vocat agmina ſæua ſororum. ¶ Iouis: ales: aquila: quæ in tutela Iouis eſt: quia dicitur dimicanti ei contra gigantes fulmina miniſtraſſe. quod ideo fingitur qa per naturam nimii eſt caloris: adeo ut & oua quibus ſupſedet poſſit coquere: niſi admoueat gagaten lapidē frigidiſſimũ: ut teſtat᷑ Lucanus: Fœta tepefacta ſub alite ſaxa. ¶ Capere eligere: ut ante locum ca-

**Talibus incuſat:greſſumq; ad mœnia tendit.**

pies oculis.⁋ Stridẽtibus alis:ſignũ augurii ẽ.⁋ Coe/tu:Dicit Pli.in na.hiſto.oẽs aues colli lõgioris aut recto ordine uolare:ut põdus capitis pcedẽtis cauda ſuſtentet unde & prima plerũq; deficiẽs relicto loco icipit eẽ poſtrema:aut in cœtu ſe oẽs iuicẽ ſuſtinere.Hoc aũt uolatu imitant̃ litteras q̃ſdã unde in Luc.Et turbata perit diſpſis littera pẽnis.⁋ Cantuſq; de.alluſit ad nautas.⁋ Puppiſq; tuæ:tropus ſynecdoche a pte totũ ſignificat.Terẽ.O lepidũ caput.i.o lepidus hõ.⁋ Hoſtia:.ppriе hoſtia dicunt̃ exitus fluuiorꝝ:ſed mõ abuſus ẽ:qa plerũq; hoſtia ipa .p portu ſunt.⁋ Auertẽs ſe ſubaudi: hoc ẽ cũ auerteret̃:ut tũ .pra auertit.⁋ Roſea.i.pulchra.⁋ Ambroſiæq; comæ:aut deorꝝ unguẽto oblitæ:hoc ẽ ambro/ſia.i.herba imortali:α.n.ſine βροτος mortalis aut certe abuſiue dixit diuinæ comæ.⁋ Spiraucre: exhalauere.⁋ Veſtis defluxit:qa dixit ſupra:Simus collecta fluẽtis.⁋ Vera:bene uera:de q̃ dubitabat̃.⁋ Ille ubi ma.agn.nũc matrẽ cognoſcit.nã deã eẽ ſupius dixerat.⁋ Fugiẽtẽ:celeriter abſcedẽtẽ.⁋ Quid natũ totiens:ſæpe & aut κατα/τοσιώπτωμενον itelligimus ſæpe eũ eẽ deluſũ:aut certe ſcd̃m ipm Vir.q ait in ſcdo cũ mihi ſe nõ ante oculis tã clara uidẽdã Obtulit.Multi tamẽ uolũt in hoc ipo loco ſæpe eũ eſſe deceptũ:ut in hitu:iterrogatiõe:reſpõſiõe: in auguriis.⁋ Tu quoq;:ſicut Iuno:cæteriq; dei:q troianis inimici ſunt.⁋ Cur dex.iũ.d.maiorꝝ.n.hæc fuerat ſalutatio:cuius rei τοαιτιον.i.cãm Varro Callimachũ ſecutus expoſuit:aſſerẽs oẽm corꝝ honorẽ dexterarꝝ cõſtitiſſe uirtute:ob quã rẽ hac ſe uenerabant̃ corpis pte.⁋ Veras audire & reddere uoces:ſunt multæ reciprocæ locutiones:ut hoc loco:ſunt multæ unius partis utriq; ſufficiẽtes:ut tenemur amicitiis.ridiculũ.n.ſi addas mu/tuis:cum amicitiis utrũq; ſignificet:ſicut Frõto teſtat̃.Itẽ ſunt elocutiones:q̃rũ una pars plena ẽ:q̃ ſi cõuertant̃ habuit aliquid ſuperfluum:ut in Salu.In tugurio mulieris ancillæ:bene addidit ancillæ.At ſi dicas in tugurio ancillæ mulieris:erit ſuperfluum mulieris:ancilla enim & conditionem oſtendit & ſexum.Item res erat præ/toribus nota ſolis hoc ſuffecerat:male ergo addidit:Ignorabatur a cæteris.quod ſi conuertas: nil ſuperfluum inuenitur.⁋ Talibus incuſat: redarguit.Incuſare proprie eſt ſuperiorem arguere:ut in Terenti.pater ad fili/um:Quid me incuſas Clitipho? Accuſare uerõ uel parem.Vel inferiorem:ut in eodem ad maritum uxor:Me miſeram:quæ nunc quam ob cauſam accuſet neſcio.& hoc proprietatis eſt: licet uſus iſta male corrumpat. Sciendum tamen eſt Terenti.propter ſolam proprietatem omnibus:comicis eſſe præpoſitum:quibus eſt quã tum ad cætera ſpectat inferior.⁋ At uenus:ordo eſt at Venus dea.

¶DONA. Biſenos:numero nauiũ coæquant̃ quas æneas putabat oppreſſas. Aetherea quos ut cygni poſt perturbationem illatam ab aquila libertati ſuo ordine læti uolantes terra captã petũt:ſit tui a tempeſtate ere/pti tuti ſunt.⁋ Et qua.t.u.ne ille diceret non noui iter.⁋ Et uera inceſſu.p.d.completis quæ uoluit dimiſit læ/tũ & inſtructũ:& plurimis:ſignis ſe mãifeſtauit & ſplẽdore & odore:& deflexu ueſtis.⁋ Ambroſiæq;.o.ſic eius comæ ſe effuderant:ut putarentur ambroſia:qua mulieres in unguentis admiſcent perfuſæ.⁋ Voce: Quando gradiendo uel currendo nõ potuit:qd incuſatio nõ cõtumelioſa:ſed ex affectu & religiõe .pcedẽs: Ergo mater nomen tuũ confiteri noluiſti:& quaſi aliena locuta es mecũ maternis uerbis miſerias meas nõ leuaſti: nec ſe/mel hoc feciſti:ſed ſæpe.Cõſtabat.n.iter ipos multa & uaria fuiſſe colloqa:in qbus ille uultu:habitu:& colloqo matris.Falſus eſt:Debuit aũt incuſatio ad abeuntẽ nõ eſſe lõgior:q̃ ut ad celeriter fugiẽtis aures pueire poſſet.

¶CHRI. Biſſenos:poetice:Nã oratores nõ ponũt hæc noĩa .p numeralibus:niſi cũ noĩbus carẽtibus ſingu/lari:ut ſenas litteras binas nuptias.⁋ Cygnus:græcũ ẽ nomẽ:latinæ dicit̃ olor:de hoc in buco.⁋ Iouis:ales:ideo aqla Iouis armiger dicit̃ teſte Acrone:qa cũ titantibus pugnaturus bonũ auguriũ ab ea accepit Iuppiter.Alii dicũt eã aqlã in uexillo habuiſſe q̃ cõſuetudo apud cretẽſes mãſit & inde ad troianos hoc ſignũ trãſtuliſſe teucrũ: inde in Italiã induxiſſe æneã:.pptereaq; romãos aquilã in uexillis habuiſſe.Refert ꝑterea Pli.aquilã ſolã ex aui/bus fulmine:quod a Ioue mitti fingũt poetæ:nõ tangi ſicut ex piſcibus ſolus uitulus marinus & ex arboribus ſola laurus fulmine nõ tãgunt̃.Quapropter & Tyberiũ imperatorẽ quoniã fulmina uehemẽter timebat ſemp turbatiore cælo laureã coronã in capite geſtabat.Alii dicũt aquilã:ideo in tutela Iouis eſſe qui æther ẽ quoniã nulla auis altitudine uolatus .ppinquior ætheri accedit.Ales ſecũdũ Lactan.in fœminino genere .p malo augu/rio ponit̃.Hora.Mala ſoluta naue exit alite.in maſculio uero .p bono.Vir.Nãq; uolãs fidus Iouis ales ab æthra. De auguriis autem & cæteris diuinãdi generibus dicemus in ſecũdo.Loqtur aũt more Romano:apud quos in maximo pcio erãt auſpicia.Cice.de oratore.Quod leges ueteres moreſq; maiorꝝ:quid auſpicia:quibus ergo & tu cũ magna ſalute reipu.pſumus.⁋ Pubes:puppes.Color rhetoricus traductio:ut eſt illud in hac calamitoſa fama q̃ in aliqua pernicioſa flãma.Itẽ intellectio.Nam poſuit puppes partẽ nauis .p totis nauibus.Cæterum pu/bes pili ſunt:qui in humano corpore naſcunt̃.Hoc fit circiter quatuor decimũ annũ quæ ætas pubertas dicit̃. Hinc impuberes qui nondũ pilis ueſtiunt̃ & puberes qui iam ueſtiti.Et quoniã pubes maxime circũpudibunda oritur:illam .p pudibũdis capimus.Ouid.Ipſa uenus pubes quotiens uelamina ponit protegitur leua ſemi/reducta manu.⁋ Ceruice:ceruix poſterior pars colli eſt dicta ꝙ per eam partem cerebrum ad medullam ſpinæ dirigitur quaſi cerebri uia:Supbiam ſignificat:Cicero in uerrinis prætorem tuas frangere ceruices. Hortẽſius primus hoc nomine in ſingulari uſus eſt:ait Quinti.⁋ Ambroſia:apud medicos herba eſt:de qua Diaſco.Ambroſia quam multi brotim: aut artimiſiam uocant frutex eſt multas uirgas habens longas palmis tribus: & folia ſimillima rutæ: uirgæ ſunt plenæ ſemine: ut ſint quaſi acini odorem uini habentes.Naſcitur in cappadocia quæ circa ſe habuerit amplectit̃.Fingunt tamen poetæ ambroſiam eſſe cibũ deorũ ſuauiſſimũ ut nectar eſt potio ipſorũ.Plato tamẽ ponit ambroſiã .p cognitiõe rerꝝ cæleſtiũ.Nectar uero pro gaudio quod inde pci/pimus.⁋ Inceſſu:deorꝝ:& nobiliũ ẽ:ſic ſupra:Aſt egoq; diuũ icedo regia.⁋ Tu quoq;.q.d.ſat ẽ ꝙ laudar ab ho/ſtibus.⁋ Dextrã:hoc mẽbrũ antiqui fortitudini:& fidei cõſecrarũt:quẽadmodũ frontẽ genio:Digitos Miner/uæ:Genua miſericordiæ:Aures mẽoriæ:ergo in cõgreſſiõe iũgunt̃ dextræ:q̃ſi ſit pignus fidei & beniuolẽtiæ.

Ales

Pubes
Pili
Aetas
Puber/tas
Impu/beres

¶SER. Obſcuro aere.i.nebula:cuius diffinitio ē.Hic locus ex Home.ſumptus ē.de Vlyxe a litore īgrediēte urbē.καὶ τότ᾽ Ὀδυσσεὺς ὦρτο πόλιν δὲ μέν αὐτὰρ Ἀθήνη πολλὴν ἠέρα χεῦε φίλα φρονέουσ᾽ Ὀδυσῆι
Μή τις Φαιήκων μεγαθύμων ἀντιβολήσας κερτομέοι τ᾽ ἐπέεσσι καὶ ἐξερέοιθ᾽ ὅτις εἴη.
¶Circūfudit:figura tmeſis ē:cū ſecto:uno ſermōe aliqd īterponimus:ut alibi.Septē:ſubiecta trioni:ſed hoc tolerabiliꝰ ē ī ſermōe cōpoſito:cæteꝝ ī ſimplici nimis ē aſperū:qđ tñ: faciebat antiqtas:ut ſaxo cere cōmīuit brū. ¶Aut ueniēdi expoſcere cauſas.ſ.ne ſæpe narrādo crebrū patiat̃ dolorē:uñ meliꝰ ad æneā refert̃.Medio ſic īter

At Venus obſcuro gradienteis aere ſepſit:
Et multo nebulæ circum dea fudit amictu:
Cernere ne quis eos:neu quis cōtingere poſſit:
Molliri ue morā:aut ueniēdi expoſcere cauſas.
Ipſa Paphum ſublimis abit:ſedeſq; reuiſit
Læta ſuas:ubi templum illi centumq; ſabæo
Thuræ calent aræ:ſertiſq; recentibus halant.
Corripuere uiam interea:qua ſemita mōſtrat.
Iamq; aſcendebant collē:qui plurimus urbi
Imminet:aduerſaſq; aſpectat deſuper arces.
Miratur molem Aeneas magalia quondam.
Miratur portas:ſtrepitumq;:& ſtrata uiarum.
Inſtant ardentes Tyrii:pars ducere muros:
Moliriq; arcem:& manibus ſubuoluere ſaxa.
Pars optare locum tecto:& concludere ſulco.

fata dolore.¶Ipa paphū:ciuitatē Cypri.¶Sublimis: diuino īceſſu.¶Læta:ut Home.φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη ecce Veneris ꝓpriū epithetō.¶Sabæo:arabico. Arabiæ tres ſunt inferior:petrodes:eudæmō:in qua populi ſunt Sabæi:apud quos naſcit̃ thus:dicti āt ſabæi ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι.i.uenerari:ꝙ deos ꝑ ipſoꝝ thura uenerant̃.¶Thure calēt aræ ſertiſq; recēti.ha. ecce unde ſupra dixit:Haud eqdē tali me dignor honore.Quod āt dicit recētibus:laus loci eſt:q ſemꝑ flore ueſtit̃.¶Sertis:ſertū & ſerta cū nihil adiicit̃ dicius ut hoc loco.Itē alibi exꝑſſimus:Serta ꝓcul tātū capiti delapſa iacebāt ſi āt ſertos dixero addo flores:ſi ſertas:addo coronas:ut Luca.Accipiūt ſertas nardo florēte coronas.hoc ī multis noībus obſeruādū ē:ut genus ex adiectiōe formet̃:qua detracta ī neutrū cadat neceſſe ē:ut piſcinalis locus:piſcinalis cella:piſcinale: ſaginarius mulus:ſaginaria mula:ſaginariū.¶Corripuere uiā:officiū eūdi celeriter arripuerūt.neq;.n.uia corripit̃.¶Qui plurimus.i.lōgus:ut eſt cui plurima ceruix.Itē Cū ſe nux plurima:ideſt amygdala:longa nāq; eſt.¶Aſpectat:rei inſenſibili dat ſenſum:unde ē illud in quarto de Atlante.Item Saluſtius:Lyciæ Piſidiæq; agros:deſpectātem.Home. θαύμαζεν δ᾽ Ὀδυσσεὺς λιμένας καὶ νῆας ἐίσας
Αὐτῶν θ᾽ ἡρώων ἀγορὰς καὶ τείχεα μακρὰ Ὑψηλὰ σκολόπεσσιν ἀρηρότα θαῦμα ἰδέσθαι
¶Miratur molem Aeneas:hoc ad ipm refertur.¶Magalia quondā:hoc ad poetā.Non enim hoc nouit æneas. Magalia uero antiſtœchon eſt.Nam debuit dicere magaria:quia magar non magal pœnorum lingua uillam ſignificat.¶Inſtāt ardentes tyrii:multū feſtinātes:Alii ingenioſi intelligunt.Nā per contrariū ſegnem:ideſt ſine igni ingenio carētē dicimus:uñ & a græco uenit catus.i.īgenioſus ἀπὸ τοῦ καίεσθαι.¶Ducere.m.ædificare. ¶Moliriq;.a.molibꝰ factis extollere.¶Optare:eligere:ut tuꝰ o regia qd optes Explorar̃ labor.¶Tecto:ad tectū nota figura.¶Sulco:foſſa.ciuitas.n.nō domus circūdat̃ ſulco:ut alibi:Auſim uel tenui uitem cōmittere ſulco.

¶DONA. Obſcuro aere:nō ſatis fuit urbis īſtruxiſſe filiū licet ſciret oīa eadē cōpoſuiſſe Mercuriū:ſed q̄tuor de cauſis texit:ne uiderent̃:ne tāgeretur:ne interrogationibus uariis detinerent̃:uel ueniēdi cauſas quærentes eos qui ante noctē uenire debebant detinerent.¶Miratur:ponit generaliter ꝙ omnes uiæ:& portæ feruebant:& ſtrepitus a gentiū perſonabat.¶Inſtant:itur iam ꝑ ſpēs laudantur aūt ꝙ nō inuiti agebant.¶Pars:ducere Primo curabāt quæ aduerſus hoſtes fuerant neceſſaria.¶Locum tecto:priuata ædificia curabantur.

¶CHRI. At uēus:totꝰ locus uſq; ad moliri ue morā:ex Home.ē.¶Paphū:urbs ī cypro:Cice.ad Sextiliū:oēs tibi comēdo cyprios:ſed magis paphios:Paphꝰ cylicis a quo cylicia denoīata ē filius:& ſucceſſor fuit:& ī cypro urbē ꝯdidit paphō a ſe denoīatā:& ī eā tēplū Veneri cōſecratū.¶Sedes ſu.ī cypro.n.colit̃:illucq; primū ex mare appuliſſe nōnulli affirmāt.uñ Κύπρι βαρεῖα dixit Theocri.& cyprogenia ēt appellat̃:libido āt:& laſciui mores eius gētis illā ſibi aſciuerūt:nā uirgīes cypriæ nō añ nubebāt q̄ apud portū aduēas excipiētes cōcubitibus dotes lucrarēt̃:Scriptū āt ē ea hyſtoria q̄ priſci ſacrā appellāt uenerē artē meretriciā īuēiſſe:auctorēq; mulieribus ī cypro fuiſſe:ut uulgato corꝑe q̄ſtū facerēt:ne ſola īpudica & uiroꝝ appetens uideret̃.¶Tēplū:ātiqſſimū oīumq; ueneri ædificata ſunt tēpla fuit Aſcalōe q̄ urbs ē ſyriæ:hinc āt aiūt cypri ꝓfectos eos eē q ī cypro hic tēplū cōdiderūt:Quod uero ī cytheris īſula ē:cōdiderūt phœnices:q & ipi ex eadē ſyria ſunt:hæc Hero. Corne.aūt Tacitus ſcribit.Tēpli.Veneris qđ paphi ē cōditorē ueneri anniū uetus memoria tradit:Fama recētior tradidit a cynara ſacrarū tēplū:deāq; ipſam cōceptā mari huc apulſam:ſed ſcīa aruſpicū huc accitā:& paulo īfra cynarides ſacerdos cōſulit̃:Certiſſima fides hædoꝝ fibris habet̃.Sāguinē aræ effundere uetitū.Præcibus:& igne puro altaria adolent̃:nec ullis ībribus q̄q̄ ī apto madeſcūt ſimulachrū deæ nō effigies hūana:ſed cōtinuus orbis latiore initio tenue ī ambitu metæ mō exurgēs:& ratio ī obſcuro.¶Thuræ:thura nō niſi ī ꝑte una arabiæ naſcūt̃ ī mōte excelſo:hæc regio thurifer a ſaba appellat̃:qđ myſteriū ſignificat:nec arboribus ipius q̄ ſit facies cōſtat:cū alii folia piri minora:& herbidi coloris hr̃e dicāt:alii lētis cōſimilē arborē dicūt rutilo folio.qdā therebinthū eē & ſic putauit:Antigonus allato frutice:prima uindemia circa ortū canis ē:q̄ maxīe ꝑgnās uidet̃ Incidit̃ cortex & exit ſpumā tegete palmea excipiēte.Quod in arbore hæret:ferro decidit̃:uñ corticoſum ē.Legit̃ autūno ex eſtiuo partu:hoc cādidū eſt:Altera uindemia ē in uere ex cortice in hyeme īciſo:Rufum hoc nec priori cōparādū: Illud carphiatū hoc datiacū uocāt:quod ex eo rotūditate guttæ pepēdit maſculū uocat̃ religioni tributū:ergo ſabeūthus a ſaba dicit̃.¶Strata.u.uia lapidibus ſtrata.¶Manibus.ſ.nā ſua magnitudine ferri nō poterat.

Paphū
Cilicia
cyprogenia
Thus
Saba
thurisfera

¶SER. Legūt:eligūt.¶ Portus effodiūt.i.cothona faciūt.Cothona ſūt portus ī mari nō naturales ſed arte & māu.facti.ē āt & maſculini & neutri generis.nā & cothon huius cothōis facit:& cothonū huius cothōi.¶ Alta theatri fūdaméta:hic futura magnitudo cognoſcit̃.¶ Qualis apes:Tertie declinatiōis genitiu⁹ pluralis & ī iū: & ī um exit:ſed tū ꝓ nr̃o arbitrio:cū noīatiu⁹ ſingularis fuerit ī n & s terminatus:ut amās & amātū & amātiū dicimus.cū āt noīatiuus ſingularis fuerit termīatus ī er & ī ur:tātū ī um exit:ut pr̃ patrū : murmur murmurꝝ: reliq̃ uero noīa auctoritate firmam⁹:ut apis apū uel apiū.¶ Aeſtate noua:bene noua:qa adulta & p̃ceps ſecūdū Sal.¶ Florea:ꝓ florida:ut Nemora īter frōdea turbā.

Iura magiſtratuſq; legūt:ſanctumq; Senatū.
Hic portus alii effodiunt:hic alta Theatri
Fundamenta locant alii:immaneſq; columnas
Rupibus excidūt:ſcænis decora alta futuris.
Qualis apes æſtate noua per florea rura
Exercet ſub ſole labor:cum gentis adultos
Educunt fœtus:aut cum liquentia mella
Stipant:& dulci diſtendunt nectare cellas.
Aut onera accipiunt uenientū:aut agmine fcō:
Ignauum fucos pecus a præſepibus arcent.
Feruet opus:redoletq; thymo fragrātia mella.

¶ Rura græce:αρουρα dñr.Aphæreſis ergo ſermoné facit latinū.¶ Exercet:fatigat:ut Nate iliacis exercite fatis.Hoc āt pticipiū ab exercitu.i.militū multitudic declinatiōe diſcernim⁹:nā illud nomē q̃rtæ pticipiū ſecūde declinatiōis ē: ut uiſus hui⁹ uiſus uel uiſi: paſſus huius paſſus uel paſſi:aditus huius aditus uel aditi.¶ Sub ſo.ī Sole.ut Nāq; ſub īgēti luſtrat dū ſingula téplo.¶ Cū gētis fœ.ad laudé apū hoc ptinet:qđ ī q̃rto Geor.meli⁹ ītelligit̃.¶ Liquētia: defecata: ſine ſordibus:nec tātū dulcia q̃tū & liqda.i.pura:nā dura mella cōſtat eē meliora.¶ Stipāt:dēſāt:trāſlatio a nauib⁹:ī qbus ſtupa īterponit̃ uaſis:q̃ ſtipā dñt.¶ Diſtédūt:īplēt:ut Et dēſo diſtēdere pigui.¶ Nectar: melle abuſus ē pp ſuauitatis ſimilitudiné cū νεκταρ poculū diuinū ſit dulce:īmortale īterp̃tat̃ νε.i.nō κτειvω occido.¶ Cellas:& hic abuſ⁹ ē.ut Fauoꝝ cauernas cellas uocaret traxit āt a reponēdi ſimilitudīe:uel a celādo:uñ cellā appellauerūt.¶ Agmīe:nūc īpetu.¶ Ignauū & īutile:nō aptū īduſtriæ:nā īduſtrios gnauos dicim⁹.¶ Fucos:ſecūdū Pli.apū multa ſūt genera:ꝓprie tñ apes uocant̃ ortæ de bob⁹:fuci de eqs:crabrōes de mulis:ueſpæ de aſinis.Fuc⁹ āt ē ſecūdū Aemyliū Macrū maior ape: crabrōe mīor.¶ Pec⁹:pecus dicimus oē qđ hūana līgua & effigie caret.Vū Ora.Oē cū Proteus pec⁹ egit.¶ Preſepibus:aluearíís.& ē trāſlatio:q̃ fit quotiés uel deeſt uerborū ꝓprietas:uel uitat̃ iteratio.¶ Feruet:cū celebrat̃:ut cōtra frīget cū ceſſāt dicim⁹:ut Teré.Nimiꝝ hic hoīes frigēt.¶ Fragrātia:Quotiés īcēdiū ſignificat̃:qđ flatu aliter:uel a flāma per l.dicimus:quotiens odor:qui fracta ſpecie maior eſt per r dicimus:Sciendum ſane nil inh ac uacare cōparatione.Nam Pœnorum operi apum labor:cuſtodie littorum:fucorum comparatur expulſio.

¶DONA. Iura:diſpōit leges:& honores curiales.¶ Portus: & hoc ad ſalutis ſubſidiū.¶ Alta theatri: poſtea quæ ad ſalutem:& honorem pertinent proſpicit uoluptatibus propter ſænas quod non fit niſi in ocioſa ciuitate quod æneæ erat neceſſarium.¶ Columnas:ut non ſolum Theatri geſta: Verum aſpectus operis iuuaret. Ponit apum comparationem:Quæ & induſtria & labore & equitate operis & concordia excellentes ſunt: & quæ fucos animal non ſolum ineres:Verum etiam uorax a ſedibus pellant.

Ius naturale
Ius gentium
Ius ciuile

¶CHRI. Iura magiſtratuſq;:optíe nā primū iura cōdéda ſūt:Deíde magiſtrat⁹ creādi quiris p̃ſint:ius āt triplex ex.ſ.ius naturale:ius gētiū:ius ciuile.Naturale duce nā ꝓuenit.Nā qđ uí ui repellere:liceat:q; filia alát̃:īpulſu naturæ fit:ius gētiū dr̃ qđ tacito quodā hoīum omniū cōſēſu approbat̃ quo parētes maioreſq; natu ueneramur & legatos īcolumes eē uolumus.Ciuile uero ē qđ ſibi una q̃q; ciuitas ſāciuit:ut ius ciuile atheniēſiū:ſpartanoꝝ:Romanoꝝ.Sed ut iuris ciuilis Romāoꝝ originé ꝓſequar.romul⁹ cū i.xxx.curias populū diuiſiſſet leges tulit:q̃s curiatas appellauit.Tulerūt & ſequētes reges q̃s omnes:qm̃ a Sexto papirio ſuo ordíe ī unū uolumé redactæ ſunt ius papirianū appellarūt.Verū ut de multis pauca dicā:Lex fuit a romulo lata:qua oém poteſtaté p omne tépus uitæ patri ī filiū cōceſſit:ſiue coercere:ſiue uerberare:ſiue uīctū ruſtico oper̃ detineri:ſiue malet ēt occidere.Lex aūt Numæ ita fuit.Si pater filio pmiſſit uxoré ducere: ſacroꝝ. q̃ & pecuniarū legibus futurā non amplius poteſtaté eē uēdēdi filiū patri.qđ nō ſcripſiſſet niſi prioribus legibus filios uēdere patri licuiſſet:īuenies & alias regū ro.leges apud Dionyſiū alicarnaſeū.Exactis uero Regibus lege a tribunis lata oēs leges exoluere:ac deíde ad multos annos cōſuetudine potius q̃ lege uixit.Popu.roma.inde creati ſunt decē uiri anno urbis altero & trecēteſimo:q cōquirerēt leges a Græcis ciuitatibus:q̃s in.x.tabulas eburneas p̃ſcriptas ī roſtris poſuerūt.Fuitq; illis ius ſine ꝓuocatione eo anno:ut leges corrigerēt & ſi qd uideret̃ adderēt.Vnde ſequēti anno alias duas addiderūt tabulas:ꝓptereaq; fuit duodecim tabularū liber.Haꝝ ferēdaꝝ auctoré dícūt fuiſſe Hermodoꝝ quēdā epheſiū ī Italia exulāté.Hic auté exorta eſt prudétiū īterpretatio & diſputatio fori.Hæc interprætatio ſine ſcriptis propriū nomen nō habés ius ciuile dicitur.Inde ex iis legibus eodē fere tépore actiones compoſitæ:ſunt quibus inter ſe homines diſceptarent:quas ne pro ſuo arbitrio homines inſtituerent:certas & ſolemnes eſſe uoluerunt.Hæc aūt pars iuris legis actiones appellantur.Scientia tamen interprætandi & actiones apud collegium pontificum erat:ex quibus conſtituebatur quis quoq; anno præeſſet.Hæc conſuetudo annis ferre centum durauit.Poſtea cū Appius Claudius propoſuiſſet:& formas redegiſſet has actiones.C.flauius ſcriba eius Libertinus ſubreptum librum populo tradidit.Vnde meruit trib.ple.ædilis ac ſenator fieri. Hocq; ius flauianum dixerunt.Inde ſex.Helius:alias actiones compoſuit:& hoc ius helianum dictum eſt. Intercedente deinde diſcordia ſeceſſit populus & ſibi iura conſtituit:quæ plebeſcita dicuntur.Inde cum tantū populum coire difficile eſſet:cura ad ſenatum reiecta.Senatuſconſulta facta ſunt.¶ Senatum:ſecundæ declinationis antiquitus fuit.Plau.in caſſina ſede cecum ſenati columen p̃ſidium populi.Senatus ab eo quod ē ſenex & natu ut pla/

Ius flauianū
Ius helianum
plebiſcita

cet Cic. Nã maiores natu ĩ eũ ordinẽ legebãť. ¶ Teatri: de hoc dcm̃ ẽ in geor. ¶ Scænis: q̃uis græcũ nomẽ ſit: & apd̃ illos p h ſcribať: tñ latini pæ diphthõgũ ſcribũt. ¶ Qualis. a. duæ ſũt cõparatiões apd̃ Home. altera apiũ: al/tera muſcaꝝ. Elegãtiſſimꝰ ãt poeta muſcaꝝ ꝯparationẽ tanq̃ ſordidiorẽ nuſquã põit. Apiũ uero ueluti elegãtio rẽ elegit eãq; exactius ꝓſecutꝰ ẽ. Home. n. uagas apes põit Maro uero ut rẽ pẽitꝰ exprimat ĩduſtrioſas laborio/ſaſq; effingit. neq; potuit ex brutis eligeř aĩal: qđ magis rẽ exprĩeret. duo. n. ſũt genera ĩſectoꝝ q̃ ad humanã ĩdu ſtriã atq; ad rẽp. ꝓxĩe accedũt formicæ atq; apes: ſed formicæ ſtatũ popularẽ imitãť. apes ãt regiũ & mõarchi cũ nã regẽ hẽnt cuiꝰ iuſſu oĩa agũt. Quapp optĩe pœni ſub Didõe regĩa ſe ſũma cũ ĩduſtria exercẽtes apibꝰ cõparã tur. De his abũde dixĩus in Geor. Fucos: fuci maiores ſunt apibus: ſed ab illis nouiſſime tãquã a feſſis ĩperfectæ ueluti apes ſine aculeo ꝓducũť ſerotinꝰ fœtus: & q̃ſi ſeruitia ueaꝝ apũ. Adiuuant tamẽ circa fœtũ multũ ad ca/lorẽ Adiuuãte turba. Verũ cũ mella matureſcere cœperũt Abigũt eos apes multæ ſingulos aggreſſe interimũt.

O fortunati quorum iam mœnia ſurgunt
Aeneas ait: & faſtigia ſuſpicit urbis.
Infert ſe ſeptus nebula (mirabile dictu)
Per medios: miſcetq; uiris: neq; cernitur ulli.
Lucus in urbe fuit media: lætiſſimus umbra:
Quo primum iactati undis: & turbine Pœni
Effodere loco ſignum: quod regia Iuno
Monſtrarat caput acris equi: ſic nã fore bello
Egregiam: & facilem uictu per ſæcula gentem.
Hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido
Condebat donis opulentum: & numine Diuæ:
Aerea cui gradibus ſurgebant limina: nexæq;

cra facerēt:ſubito aduētu pirataꝝ raptæ ſūt:īter q̄s ēt hymenæꝰ q illo amatā ſecutꝰ fuerat puellā: tāq̄ puella ra/
ptꝰ ē:ſed cū piratæ p̄dā ꝑ lōginq̄ maria portaſſēt:īdeſertā regionē delati acfatigati ſōno ſederūt: quos cū hyme
næꝰ uniuerſos occidiſſet:relictis ibi uirgībꝰ athēas reuerſus ē:petiitqꝫ a ciuibꝰ.ut ſi uirgīes q̄ raptæ fuerāt redu
xiſſet:dilectæ nuptias īpetraret:q̄s cū reduxiſſet optatā ī m̄rimōiū uirginē meruit:qđ ꝯiugiū:qa felix fuerat pla
cuit athēiēſibꝰ oībꝰ nuptiis hymenæi nomē īntereſſe.ē āt alia rō uocabłi:nā hymē q̄dā mēbrana q̄ſi uirgīali ēē dr̄
puellæ:q̄ rupta:hymēæi nuptiæ dcæ.¶ Matris.l.m.d.uel qđ ipa filiæ:uel qđ ei Iupiter dederit.¶ Præterea.ſ.i.bñ
offert mūera apta pſonis:ſicut ēt latio ī.vii.¶ Maxīa.n.p.qa antiqtꝰ ēt fœmīæ regnabāt:pferti priogēitæ: uñ ait
maxīa.hæc āt uxor Poliēſtoris fuit.¶ Colloqꝫ.m.ornamētū gutturis:qđ & ſegmētū dñt:ut Iuue.Segmēta & lō
gos hītꝰ:licet ſegmētatas ueſtes dicāus:ut ipe & ſegmētatis dormiſſet puula cunis.¶ Baccatū:ornatū margari
tis.dicius āt & hæc margarita:& hoc margaritū:& hæc margaris:qđ græcū ē qūo Nais.Sane multi ſepant gē/
mā a margarita:ut Cic.Nullā gēmā aut:margaritā.& gēmas uolūt dici diuerſi coloris: margaritas uero albas:
uel gēmas integras:margaritas ꝑtuſas.¶ Duplicē gēmis auroqꝫ co.duplicē aut latā:aut duplicē gēmis & auro.
¶DONA. Oīs ī.a.nā reliq cur̄ iā ſemotæ erāt.¶ Mūera:ſi ꝯuiuiū gratiꝰ factura erāt:& poterāt oñdere q̄nta ur
bis fuiſſet fœlicitas.¶ Erepta:de magnis & plurimis credēdū ē meliora rapuiſſe.¶ Argiuæ.h.hāc adeo formoſā
fuiſſe dūt:ut eiꝰ forma redacto maxīo pitiſſimoꝝ pictoꝝ ī unū nūero ꝓpoſitis ēt formoſiſſimaꝝ mulierū nu/
dis corpibꝰ pigi neqerit.ergo q̄cūqꝫ erat formoſa ab ea appellabat̄ helēa.ſed Vir.argiuæ dixit:ut de illa ſola ītel
ligeret̄.¶ Extulerat:nā cū eēt regis uxor & locupletiſſima:& iret ad troiā has ut p̄cipuas ſecū abſtulit ñ reditura
ſe ſperās:pp admiſſū adulteriū:ppea addidit īcōceſſos hymenæos.¶ Læde.m.ut tā pulchra niſi a m̄re dōari nō
potuiſſet:& cū dōarent̄ miratos ēē q uideret.Adduxit āt ut his uteret̄ quotiēs adultero formoſior uideri uole
bat.ergo ſupabat formā q̄ pigi nō potuit:pulchrioreqꝫ reddebāt.¶ Maxīa:ſolēt.n.religioſi parētes:q̄ hēnt optīa
filiis deferr̄ maiorībꝰ.¶ Bacchatū:neqꝫ hæc diſſimilia ēē debebāt q̄ optius pr̄ & ditiſſimꝰ maxīe filiæ dederat.
¶CHRI. Oīs ī.a.ſublato noīe ꝓprio erit ſnīa.¶ Mūera:& dona ſignāt:ut hic & officia:uñ imūes dūr q a mu/
nere.i.officio publico p̄ſtādo liberati ſunt.hæc eadē ſigñat γερασ apđ græcos.¶ Signis:qcqd ſculptura fictura/
ue aut arte fuſili ſtatuaꝝ ē ſignū dicius ut pictura dr̄ tabula:itē ſigna militaria uexilla appellāus.Luca.Signa pa
res aqlas & pila minātia pilis.¶ Ornatꝰ.a.h.nō laudat ab auctore ut ē ſcæptꝝ iliōe:qđ geſſerat oli.ſed oñdit ma
gnitudinē ornatꝰ.Cū tā pulchræ mulieri ornamēto ēē pōt:pferti cū adultero placer̄ ſtuderet quo tpe ſe ſolito
uehemētiꝰ comāt.hūc Iuue.Mœchis foliata parāt.¶ Bacchatū:baccha cū aſpiratiōe bacchi ſacerdos ē:& ē græ/ Baccha
cū nomē:latīæ āt bacca ſine aſpiratiōe fructꝰ ē lauri myrthi:oleæ:hedeṙ:& ſimilia.ueꝝ a ſimilitudīe rotūdi cor Bacca
poris baccas appellāt & uniōes q̄s græci margaritas noīant.naſcūt̄ ī mari īdico.fertiliſſima ē taprobane iſula &
pimula ꝓmōtoriū īdiæ:p̄cipue laudāt̄ circa arabiā ī pſico ſinu maris rubri.Sūt.n.cōchæ q ubi gēitalis ānis ſti
mulauit hora:prudētes ſeſe q̄dā obcitatiōe īpleri roſido cōceptu tradūt̄.Grauidaſqꝫ poſtea eniti : partūqꝫ eſſe
Margaritas ꝓ q̄litate roris accepti.Si purus īfluxerit candorē cōſpici.Si turbidus cōtra.Pallet ſi cælo mināte cō
ſpicit̄:nā cæli maior ē ſibi ſocietas quā maris.Inde ergo trahūt colorē aut nubilū aut ſerenū ut fuerit aer.Qua/
pp orientales margaritæ ꝓpter aſſiduā aeris ſerenitatē lucidæ ſunt:ſed minores ꝓpter paucitatem roris.Sed ſe
ptētrionales cōtra quoniā magis abundat ros ſed cælum turbulentum ē:maiores ſunt ſed colore turbido.

Hæc celerans:iter ad naues tendebat achates.
At cytherea nouas artes:noua pectore uerſat
Conſilia:ut faciem mutatus & ora:Cupido
Pro dulci Aſcanio ueniat:doniſq; furentem
Incendat reginam:atq; oſſibus implicet ignē.
Quippe domū tīet ābiguā: tyrioſq; biligueis
Vrit atrox iuno:& ſub noctem cura recurſat.
Ergo his aligerum dictis affatur Amorem.

¶SER. Hæc celerans:celeriter facere cupiens.¶ At cytherea:ab inſula q̄ tantū numero plurali Sūt alta cythera.¶ Nouas artes:ars τῶν μεσων eſt:unde ſine epitheto male pōit:ut bonas artes.malaſq; ar[illegible] camus. ¶ Faciem mutatus:nota figura eſt.qd' aūt addidit Ora.piſſologia eſt.¶ Doniſq; furentē Incendat reg[illegible]:incendat & furere faciat:ut Animūq; labātem Impulit.¶ Quippe domū timet ambiguā:in qua hītat mu[illegible]bilis fœmina ut Variū & mutabile ſemp fœmina.Item Iuno in.iiii.Suſpectas habuiſſe domos carthagini[illegible] ¶ Tyrioſq; biligueis:ideſt fallaces.nec.n.ad.linguā rettulit:ſed ad mentem.itē apud liuiū de annibale in[illegible] a crudelitas perfidie pluſq̄ punica:ueri nihil: nihil ſancti: nullius dei metus:nullū iuriſiurandū:nulla religio. ¶ Sub noctē cura recurſat:circa noctē.Eſt.n.ſciendū ꝙ cū tēpus ſignificat̄ ſuo ꝑpoſitio accuſatiuo cohæret:ut Aut ubi ſub lucē denſa inter nubila ſeſe Diuerſi.rūpunt radii.¶ Ergo his aligerū dictis affat̄ amorē:Latini deū ipſum Cupidinē uocāt:eo ꝙ facit amorem:ſed hic imitatus eſt græcos: qui uno noīe utrūq; ſignificant.Nam amorē dixit deū:ſed diſcreuit epitheto.Sane nomen hoc diſcretiōe nō caret.Nā qa turpitudinis eſt ſtulta cupiditas puer pingitur: ut Inter quas curā clymene narrabat inanē.i.amorem. Item qa impfectus eſt ī amātibus.ſermo:ſicut in puero: ut Incipit effari:mediaq; in uoce reſiſtit.Alatus āt iō:qa nil amātibus leuius:nil mutabilius īuenit̄:ut ī ipſa probat̄ Didone.Nā de eius īteritu cogitat:cuius paulo ante amore deperibat:ut nō potui arreptū diuellere corpus idē ex Terentio patet.in amore hæc ſūt uitia: iniuria:ſuſpitiōes:inimicitiæ:īduciæ:bellū:pax rurſum:uel qa amorem & libidinē ſequit̄ punctura penitētiæ & dolor.Sagittas uero iccirco geſtare dicitur:uel quia & ipſæ incertæ uelóceſq; ſunt.& hæc ratio pene in omnibus aliis numinibus pro poteſtatum qualitate formatur.

¶DONA. Hæc celerans:laudat hoīs diligentiam.¶ At cy.ideſt dum hæc gerētur:Neceſſaria metuētis Veneris deliberatio:cuius æſtus augebat cōſideratio loci temporis & perſonæ. Erant ab achate perficienda iuſſa. Et periculoſum credere nepotem eidem periculo in quo erat æneas: ne tota ſimul progenies interiret. Nam quamuis Troiani eſſent humanæ ſuſcepti metuebatur fallax natura Tyriorum & ſtimulus Iunonis: ne ipſa oportunitatem loci & occaſionem temporis nacta terra opprimeret quos mari extīguere nō poterat.¶ Artes: ergo nouæ:ideſt conſilia elaborata exquiruntur:ut aſcanius non pergeret:& tamen achates iuſſa faceret. Fallit ergo omnes & profert a neæ amorem ſibi concilians didonem nam neq; æneas iratæ reſiſtere potuiſſet exigua ſubſtantia.Neq; conuulſis nauibus & in hyeme effugere.

¶CHRI. Faciē & ora:exꝓſſit quā faciē dicere:Nā facies dr̄ de cuiuſq; rei forma:ut qbus aſpera quōdā uiſa maris facies:Os āt hoīs eſt:ut Os humeroſq; deo ſimilis.¶ Artes:Ars & prudētia ī uita actiua uerſant̄:quēadmodū ītelligētia:ſciētia:& ſapiētia:ī cōtēplatiua:ē igit̄ ars recta ratio reꝝ faciēdaꝝ:& artis remanet opus:ut Phydiæ artis remanet ſtatua Iouis:Prudētiæ uero eſt actio quēadmodū uidemus ī adminiſtratore rei aut publicæ aut priuatæ:Tamē ars aliquādo capit̄ ꝑ ſciētia q̄ eſt reꝝ uniuerſaliū:Itē ꝑ aſtutia quadā: & tranſit ad pr[illegible]dētiā ſiue ī uirtute ſit:ut ī hoc loco:ſiue ī uitio:ut īſtructus & arte pelaſga:Ergo nouas artes īauditā:& mirā aſt[illegible]iā ī cōſultādo:Ars aūt q̄ ē ꝑ diſciplina ſecūdū Varronē duplex eſt:extrinſecus:& ītrīſecus:Ars extrinſecus ſciētia ſolā demōſtrat:ut cū ſcio quid ſit eloquētia:& qd ſit finis:& officiū eius:& quid oratio:& in quot partes diuidat̄ qbus cognitis:nō tamē ſcio loq ex arte:ītrinſecus ē cū artē ipſā cōſequor:ita ut ex arte loq ſciam:ut cū doceor quomodo exordiū faciā:quomodo narrationē:diuiſionē:ac cōfirmationē:& reliqua ītrinſecus igit̄ ita dat ſciētiā:ut qbus rationibus id qđ ſciētiā dat aſſeq poſſim Augu.āt ī quarto de ciuitate dei īquit:ars bene recteq; uiuēdi uirtus a ueteribus diffinita eſt:Vnde ab eo qd' græce dr̄ αρετη nomē artis latinos tradidiſſe putauerūt.¶ Noua.c. exponit qđ ſit nouas artes:Cōſiliū āt ē ut placet Ariſto.eoꝝ q̄ ad finē ſūt inqſitio:cuius tria ſūt officia:primū ſi q̄ ſūt q̄ ad finē ducāt uiæ pergrere:Secūdū ſi ſint quot ſint:Tertiū ſi una plures ue ſint:quonāmō illis uti ualeāus: Dulci ſibi qa nepos.¶ Oſſibus ī ipis medullis:q̄ ītra oſſa ſūt.¶ Ignē:amorē.¶ Domū:didonē:& oēs domeſticos: quorum conſilio ipſa mutari poterat:Amorem:ideſt cupidinē:Cicero in libro de natura deorum tres ponit cupidines:horum primum Mercurio dianaq; prima natum tulit:alterum Mercurio & Venere ſecunda: Tertium qui anteros nominatur ex Venere:& profecto triplex eſt amor:diuinarum rerum:& naturalium:ac poſtremo laſciuiæ:primum concepit Diana quæ dea caſta puraq; eſt ex Mercurio:Nam cum mens noſtra omni labe pura ad deum conuertitur ex Mercurio:ideſt ex ſapientia atq; doctrina amorem diuinarum rerum cōcipit.Secundus autem ex eodem Mercurio:ſed ex uenere oritur quia amor rerum naturalium a doctrina carū eſt:ſed ex uenere:quia ea doctrina non in corporeis ut in diuinis ſe corporeis admiſcetur:Tertius autem ex ſecūda uenere:quia laſciuia tota corporea eſt:& nihil egregium ſuſcipit:Vnde recte Petrarcha noſter illum ex ocio laſciuiaq; natum aſſerit:Hic optime a Propertio deſcribitur in ea elegia cuius eſt initium : Quicunq; ille fuit pueꝝ qui pinxit amorem Nōne putas miras hunc habuiſſe manus:Heſiodus aūt in theogonia ait chaos ante omnia fuit:Terra poſt chaon pauimētum deorum Item Tartara.Item amor : Alii dicūt primum cupidinem ſecundi Mercurii:& primæ Dianæ filium fuiſſe:Secundū ut placet Simonidi:ex ſola uenere.Tertium ex Venere:& Marte alii dicunt Venerem fuiſſe unā ex cupidinibus reliqs antiquiorem:Refert aūt Auſonius Cupidinē quādoq; in Myrteto herebi deuolaſſeq;: atq; ibi ad heroidibus:quæ pp illum multos labores:ac demū mortem paſſæ fuerunt captum fuiſſe:& in alta myrto cruci affixum ipſe tamē mox interuentu Veneris:quæ illi cathenas a Vulcano fabricatis minitabatur non ſolum liberauerunt:ueꝝ ēt a uenere:ut illi ueniā daret īpetrarūt.

Ars extrīſecus
Ars ītrīſecus

Nate:meæ uires:mea magna potentia:ſolus
Nate patris ſūmi qui tela Typhoea temnis:
At te confugio:& ſupplex tua numina poſco.
Frater ut Aeneas pelago tuus omnia circum
Littora iactetur odiis Iunonis iniquæ:
Nota tibi:& noſtro doluiſti ſæpe dolore.
Hunc Phœniſſa tenet Dido: blandiſq; morat̃
Vocibus:& uereor quo ſe Iunonia uertant
Hoſpitia:haud tanto ceſſabit cardine rerum:
Quocirca capere ante dolis:& cingere flāma
Reginam meditor:ne quo ſe numine mutet:
Sed magno Aeneæ mecum teneatur amore.

¶SER. Nate meæ uires:aut qa uenerea uoluptas exerceri ſine amore nō pōt:aut ſecundū Simonidē q dicit Cupidinē ex Venere tātū eē ꝓgenitū.quāq̄ alii dicāt ex ipſa & Marte:alii ex ipſa & Vulcano:alii uero Chai & primæ rerū naturæ eū eē filiū uelint. Solus nate:q cōtēnis Iouis fulmīa:q diis cæteris ſolēt eē terrori. Patris ſū. nūc quoq; ꝓprie de Ioue dixit.Sciēdū tamē ꝓ q̄litate reꝝ uel pſonarū ſūmū deū dici uel patrē. Nā unuſquiſq; putat eū eſſe ſummū deū : quē colit:ut Summe deū ſancti cuſtos ſoractis apollo. Typhoea:multi typhoia legunt.ut cerealia:& cerialia.Tiphoea aūt dixit:non qbus Typhoeus uſus eſt:ſed qbus Iuppiter in Typhoeū a ſpoliis:ideſt uirtute & uictoria epitheton poſuit:ut Scipio African9:Metellus Creticus. Temnis: aphæreſis ē:ꝓ cōtēnis.hac autē laude hoc agit facile eū poſſe cōtēnere Iunonē:q contemnit & Iouem. Ad te confugio:pſonaꝝ rō facit laudis augmētū. Tua nu.poſſibilitatē.Et notādū unū deū plura hr̄e numīa:ut ſupra diximus. Frater ut.æ.cōciliatio a q̄litate pſonæ. Vt autē eſt quēadmodū q; ī ꝓnūciatiōe extēdit̃: quādo tpis ñ ē. Iactet̃ q;:uacatq;. Odiis.i.iniuſtæ cā:petitōis oñdit̃:Odie āt o ī noīe breuis ē:ī uerbo lōgū:ut odi:quēadmodū liquor li breuis ē:liqt̃ lōga. Nota .t.græca figura ē qa plurale a ſingulari regit̃:ut Terē. Meretricū nō ppeti cōtumelias. Et.n.d.ſ.d. aut eo quo & ego:aut doluiſti iō:qa me dolētē uidiſti.ut doleo illa re. Phœniſſa:de Phœnice. Tenet: morat̃. Quo ſe.iu.Ver.Ho.quo.i.in quā partē.Iunonia aūt hoſpitia:Carthaginē dicit:ubi hītat Iuno. ut Hic illi9 arma:aut certe hoc ipm uereor q; Aeneæ Carthago in hoſpitiū patuit:ut eſt Timeo danaos & dona ferētes. Haud.t.c.c.r.aut ΛΕΙΝΤΙΝΩϹ ne intātū qdē:hoc eſt. breui occaſione ceſſabit:aut ſimpliciter ītelligēdū ē:nō poterit ī tāta rerū opportunitate ceſſare:ut ſit de ꝓuerbio tractū:quo dicit̃:Res ī cardine eſt:hoc eſt in articulo. Quocirca:qua pp. Meditor:mente ptracto. Ne. q.ſe.n.u.quo uel uacat.uel ꝓnomē ē.& bene ſupprimit̃ numē Iunōis:ne ei9 frequēti cōmemoratiōe Cupidinē terreat.magis.n.uult eū ītelliger̃ q audir̃ Iunonē:aut certe aduerbiū ē:ut ſit:Timeo ne ſe nūine Dido aliq̄ cōmutet ī ptē. Mecū.i.cū officio uenereo.nec pt ītelligit quēadmodū ego.Aliter.n.a mr̄e æneas:aliter amat a didōe.

¶DONA. Nate:breuiter oīa cōſilia ſua exprimit & qūo fieri poſſet oſtēdit:& honeſtū facile & neceſſarium demōſtrat. Meæ ui.uēdicat ſibi neceſſitudo parētū quicqd liberi poſſūt.Et docet inter filios & parētes tale debere [illegible] uolēdi & nolēdi ſtudiū:ut ī multis licet corporibus uolūtas:una & neceſſitudinis uinculū īdiſtinctū i[illegible] pduret. Tela ty.facile oſtēdit eſſe qd̄ petit q.n.potuit Iouis fulmīe cōtēnere:facilius poterit fœmiæ r[illegible]idere:ergo ita dixit:ne ille excuſaret ꝓpter Iunonē.Fecit ergo beniuolū filiū dicēdo nate.Itē quod po[illegible]ioue:& q; eſſet potētia ſua. Ad te.q.d.nō eſt alter qui tātū:aut debeat aut poſſit. Supplex: admōuit [illegible] & filiū rogauit ut deum:quid igitur acceſſit oneris cum eſt rogatus ab ea quæ auctoritate parentis iu[illegible] poterat. Frater ut.æ.fecit beniuolum & attētū.Nunc facit docilem ſubiuncta narratione totius negocii: dixit frater tuus ut appareat operam non in extraneo ponēdam:ſed in fratre.eſſe neceſſariam. Ergo honeſtū & piū:ut frater ꝓ fratre laboret:pſertim in cauſa ſalutis.Adiungit labores ut moueat cōmiſerationem:& oſtendit iniuſte pati:& deformat pſonam aduerſariæ:q̄ proſequatur innoxium. Nota ti.hoc ad laudem cupidinis ptinet.Maximum.n.crimē eſſet eius: ſi fratris periculum neſciret. Doluiſti:Si præterita doluit:debet cauere ne rurſus dolenda ſuccedāt. Dido tenet : oſtendit facilitatem petitionis : nam ſi iam æneæ affecta eſt:ſi eſt opus initio amoris in quo magna eſt difficultas : ſed augmento;deſideratur autē augmentum quia timetur Iuno: a qua amor talis poſſet abrumpi : ergo opus erat tali amore: q nō poſſet abrumpi a Iunone. Cardine:hic fidem facit [illegible]ores claudunt̃:& tribuit firmitatē.Ergo dixit. Tāto ceſſabit.c.r.Erat.n.in poteſtate abſoluere amorē: quem uoluntate ſuſcepat:ſed diuinitus īpactus non poſſet hūano arbitrio ſūmoueri:aſſerit ergo neceſſariū remedium quo oīs illa fatio ſuccūbat. Mecum:tanto amore amet:quāto mater amat filiū cuius amor nullius uiolētia numinis ualet abrūpi. Capere ante:oſtēdit melius eē uētura ꝓpulſare:q̄ iis q̄ uenerūt remedia q̄rere.

¶CHRI. Nate:orō ī genere deliberatiuo uerſat̃:Quāto āt artificio cōſcripta ſit Dona.demōſtrat:Captat.n. bēiuolētiā:attētionē:& docilitatē:& oñdit qd̄ petit facile:utile:hōeſtū:& neceſſariū. Sūmi:ad oīpotētiā refert: ſic Cicero ꝓ dono ſua : Quo circa capitolīe Iuppiter quē popul9 Romāus pp beneficia optimū pp uī maximū [illegible]uit. Typhoea: E ꝓ ei diphthōgo poſuit:ſed alibi lōgā poſuit:Stirpis achilleæ factus iuuenēq; ſuperbum [illegible]ē:ait Priſciāus:Typhoea q̄ſi dicat maxīa:qa maioribus ī corpus gygātheū uſū fuiſſe Iouē credimus uel [illegible]ea.i.armenia:qa ibi ſit Typhoeus:& ī illius antris fulmina fabricat Vulcanus:Fuit āt Typhoeus Titāis:& [illegible]ali9:Et ī bello Titanū a Ioue fulmīe pcuſſus ſub ætna : ut placet Ouidi. ut uero Maroni: ſub inarime relegat[illegible]:Fuit & alius Typhō:uir omniū crudeliſſimus:& q fratrē Oſyrim de humāo genere optime meritū īteremit:eiuſq; corpus in uigīti:& ſex partes diſcerſit:ſinguliſq; cōiuratis ſingulas dedit:Mox ab īſide:ut Oſyrim mar[illegible]ū ulciſceret̃ īterēptus eſt. Frater:dicit̃ q̄ſi fere alter. Hoſpitia:Hoſpitalitas amicitia eſt:q̄ cōtrahitur in Frater
ter eos qui nō ſūt eiuſdē patriæ:Sed alter cum in alterius patriam uenit:illius domo:ut ſua utitur diciturq; illud hoſpitiū:& illi hoſpites:Quæ autē non beniuolētia:ſed pecunia nos recipiunt:non hoſpitia dicunt̃:ſed diuerſoria:& cauponæ. Flamma:amore quod uinculum omnium tenaciſſimum indiſſolubile eſt.

Qua facere id poſſis:noſtrã nũc accipe mẽtẽ.
Regius accitu cari genitoris:ad urbem
Sidoniam puer ire parat:mea maxima cura
Dona ferens pelago:& flãmis reſtantia Troiæ.
Hunc ego ſopitum ſomno:ſup alta Cythera:
Aut ſuper Idaliũ ſacrata ſede recondam.
Nequa ſcire dolos:medius ue occurrere poſſit:
Tu faciem illius noctem:non amplius:unam
Falle dolo:& notos pueri puer indue uultus.
Vt cum te gremio accipiet lætiſſima Dido
Regaleis inter menſas:laticemq; Lyæum:
Et dabit amplexus:atq; oſcula dulcia figet:
Occultum inſpires ignem:fallaſq; ueneno.
Paret Amor dictis caræ genitricis:& alas
Exuit:& greſſu gaudens incedit Iuli.
At Venus aſcanio placida per mẽbra quietẽ.
Irrigat:& fotum gremio dea tollit in altos
Idaliæ lucos:ubi mollis Amaracus:illum
Floribus:& dulci aſpirans cõplectitur umbra.
Iamq; ibat dicto parens:& dona Cupido
Regia portabat tyriis duce lætus Acha[...]

¶SER. Qua.i.quõ.¶ Accipe:audi:ut e cõtra:Da.i.die:ut Da tityre nobis:Da nõ idebita poſco.¶ Mentẽ:diſpoſitionẽ:conſiliũ.¶ Accitu:euocatiõe.& eſt quartæ declinatiõis.¶ Vrbẽ ſidoniã:quã tenẽt ſidonii.¶ Mea maxima cura:& Aeneas cura eſt:ſed Aſcanius maxia:cui regnũ Italiæ:romanaq; tellus debent. & ubiq; Aſcanius maxia cura Veneris ĩtroducit:ut Veneris iuſtiſſima cura.Itẽ hũc tegere & diræ ualeã ſubducere pugnæ.¶ Sopitũ ſomno:unũ qdem eſt ſopor:& ſomnus:ſed modo ſopitũ irrigatũ intelligimus.¶ Idaliũ:Cypri:nemus ẽ in quo oppidũ breue:ut paulopoſt:Idaliæ lucos. Itẽ Idaliũq; nemus.¶ Sacrata ſede: uel tẽpli:uel oppidi.¶ Nequa:qua uacat:ut frequẽter dixĩus.¶ Medius: ĩportunus:incõgruus.¶ Tu fa.il.faciem ꝓ uultu poſuit. Nullus enim põt accipere faciẽ alterius:ſed uultũ:q ꝑ mentis qualitate formaẽ:unde infra: Et notos pueri puer indue uultus.¶ Noctẽ nõ amplius unã: ut ſupra dixĩus artis poeticæ ẽ nõ oĩa dicere: unde nũc ꝑmiſit noctẽ unã.Nec.n.dicturus eſt aut abſceſſum cupidinis:aut aduẽtũ Aſcanii.¶ Pueri puer:argumẽtũ a facili.¶ Regaleis ĩter mẽſas: epulas intẽperãtes: in qbus caſtitas rara eſt:& facilis amoris occaſio:unde eſt illud Terẽtii:Sine cerere & libero friget uenus.¶ Laticẽq; ly.latex ꝓprie aqua eſt:ab eo q ĩtra terræ uenas lateat:ſed & uinũ latet intra uuã:unde nũc dixit laticẽ lyæũ:aut pro lyæiũ dixit figurate ponẽs principalitatẽ ꝓ deriuatiõe.¶ Occultũ inſ.i.diffinitio amoris eſt:Ignis occult⁹.¶ Veneno:uenenũ dictũ q ꝑ uenas eat.¶ Paret.a.d.ut ſupra ꝓ cupidine amorẽ poſuit.¶ Et.a.E.laus ingens Aſcanii ꝑ trãſitũ.Si qdẽ alis tãtũ depoſitis aſcanius fuit.¶ Placidã ꝑ.m.q.aut epitheton eſt qetis:aut ideo placidã dixit:qa ẽ qes:q põt ẽt ſomnioꝝ terrore turbati.¶ Fotũ:ſublatũ a fouẽdo.¶ Amarac⁹:hic puer regi⁹ unguẽtarius fuit:q caſu lapſus dũ ferret unguẽta maiorẽ ex cõfuſione odorẽ creauit:unde optĩa unguẽta amaricĩa dicunẽ.hic poſtea ĩ herbã ſampſucũ uerſus ẽ:q nũc amaracũ dixit.¶ Iãq;.i.cũ uix uenus iſta dixiſſet.ſane nec feſtinãtib⁹ ꝑſonis: neq; mĩorib⁹ eſt reſpõdendi facultas:ut hoc loco cupidini: ut Mercurio ſupra.Idẽ in quarto:ut in ſeptimo furiæ.

¶DONA. Puer.i.p.oñdit ĩ ꝯmutatiõe formæ ætatis cõmutatione non fore difficilẽ.¶ Maxĩa.c.nolebat mittere Aſcaniũ ne duorũ ſolicitudinẽ tangereẽ uel is mittereẽ q exoriẽte tumultu ſibi ꝑ pietatẽ caue[...]ſet.¶ Hũc ego:ne diceret cupido quid fiet de aſcanio ſi ibo.¶ Sopitũ:nam illa ætas multum ꝓfundeq; dorm[...] ergo erit ſat temporis ad capiendos mulieris animos:Deſignat etiam tẽpus:& locum amoribus aptum.¶ Noctem.u.erat ſpatiũ breue:ſed erat ꝓperãdũ:ne lõgi tꝑis opa eẽt neceſſaria:qa aſcanius lõgiori ſõno teneri nõ potuit.¶ Paret:nõ reſpõdet:qd.n.ꝑſonæ matris uel maxĩe in tali cã reſpõderet:& tẽpus facta nõ fabulas exigebat: Ergo ſe officioſum matri ꝑſtat.¶ Gaudẽs:uel ut filiũ exprimeret ad patrẽ eũtẽ:uel qa plena uolũtate iuſſa mr̃is implebat.¶ At uenus:natura pueroꝝ tangitur:qui ſecuribus:& diu dormiũt:ſi etiã accedant alĩa oblectamenta:ut ſeceſſus:flores:& odores: & mollicies: Opacitaſq; umbrarum.Duce achate ergo hunc fallebat: & lætus portabat dona:quia non frangebatur onere munerum nec tedio uiarum.

¶CHRI. Mentẽ:animũ:& uoluntatẽ:Anima.n.teſte Aug.eſt ſpiritus intellectualis:rõnalis ſemp uiuẽs ſemper in motu bonæ malæq; uoluntatis capax ſcd̃m benignitatẽ creatoris:ac ſcd̃m ſui operis officium uariis nominibus diciẽ.ſ.anima dũ uegetat.Spiritus dũ cõtemplaẽ.Senſus dum ſentit:Animus dum ſapit.Mens:dũ intelligit:ratio dum diſcernit:Memoria dum recordatur:uoluntas dũ uult:Differunt iſta nõ ſubſtantia: ſed nominibus:Vna anima eſt:proprietates diuerſæ:in ſpiritu tamen:& anima poteſt eſſe differentia: nã omnis anima ſpiritus:nõ omnis ſpiritus anima.¶ Sidoniã:carthaginẽ:quam condiderunt qui de ſidoniis partibus uenerant.Eſt.n.in phœnicia poſt orthoſiam:& eleutherũ:Tripolis:quæ nomẽ a re ipſa accepit. Tres.n.urbes habet
Idalius ſyrum:Sidonem:& aradũ.¶ Idalius:mons Veneri ſacer in cypro eſt inſula in ſinu iſſico:& pãphilio poſita quæ
Lyæũ pelago continua eſt ægyptio:Lyæum unum eſt ex nominibus Bacchi ab eo quod eſt λυειν.i.ſoluere quia homines a curis liberet:De his noĩbus ſcribit Oui.Thuraq; dant:bacchũq; uocant bromiũq; lyæum: Ignigenãq; ſatumq; iterum ſolumq; bimatrem:additur his niſeus indetonſuſq; thyoneus: & cum leneo genialis cõſitor uuæ:nictileuſq; eleleuſq; pares: & iacchus:& euan:ſed de Baccho alibi.¶ Occultum inſpires ignem:ideſt occulte:& diſſimulanter immitas.¶ Venenum:quia peſtifera res eſt amor:& cito tranſcurrens occupat uenas.¶ Fotum:ab eo quod eſt foueo:dicunẽ.n.aues pullos ſuos fouere cum allaꝝ amplexu incubant.¶ Amaracus:recte exponiẽ a Seruio hãc herbam Thuſci ꝑſam appellãt:ſanſucus:ut ait Dioſcorides a ſiculis amaracus diciẽ ramoſa herba multas uirgas ſuper terrã ſpargit Foliis puis & rotũdis nõ diſſimilibus nepite:tota herba odorata eſt: Simon illã maioranã:& ꝑſam uocat amaracũ Cynare regis cypri filiũ in hãc herbã mutatũ fabulantur.

Cum uenit:aulæis iam ſe Regina ſuperbis
Aurea compoſuit ſponda:mediamq́ʒ locauit.
Iam pater Aeneas:& iam troiana iuuentus:
Conueniunt:ſtratoq́ʒ ſuper diſcumbitur oſtro.
Dāt māib⁹ famuli lymphas:cerereq́ʒ caniſtris
Expediunt:tonſiſq́ʒ ferunt mantilia uillis.
Quinquaginta ītus famulæ:qbus ordīe lōgo

¶SER. Cū uenit:aut pro cū ueniret:aut cum ſit aduerbium temporis pro dū.Nec enim poteſt coniunctiui
modi particula iungi indicatiuo Sane ſciendum cum & dū malo errore a Romanis eſſe cōfuſa.¶ Aulæis:uelis
pictis:quæ ideo aulæa dicta ſunt ꝙ primū in aula Attali regis Aſiæ:qui populum Romanum ſcripſit hæredē
inuenta ſunt:ideo etiam in domibus tendebātur aulæa:ut īmitatio tentoriorum fieret:ſub quibus bellantes
ſemper habitauere maiores:unde & ī thalamis hoc fieri hodie conſpicimus.Varro tamē dicit uela ſolere ſuſpē
di ad excipiendum puluerē:quia uſus cameræ ignorabatur:unde Hora.Interea ſuſpēſa grauis aulæa ruinas In
patinam fecere trahētia puberis atri Quātū nō aqui
lo cāpanis excitat agris.Sciendum ſane omnia græca
nomina in η litteram exeuntia cum deriuationem
faciunt η in æ diphthōgū cōuertere: ut αυλη aulæa:
ίδη idæa:αιτνη ætnæa.¶ Sūpbis:nobilibus:ut Ceci
ditq́ʒ ſuperbū iliū.¶ Aurea:ſi Dido aurea pulchrā ſi/
gnificat:& eſt nominatiuus:Si ſponda ſeptimus qdē
eſt:ſed ſynæreſis fit:& ſpondeus eſt.¶ Sponda: ſtiba/
dia antiqui nō habebāt ſed ſtratis tribus lectis epula/
bātur:Vnde & tricliniū ſterni dicit:Sic Cicero Ster/
ni triclinia: & ī foro ſterni iubebat.Vnde appet erra/
re eos qui triclinium dicunt ipſam Baſilicam:uel cœnationē.¶ Mediamq́ʒ locauit:ipe.n.apud maiores domi/
ni fuerat locus:ut aperte Saluſtius docet:igit diſcubuere Sertorius īferior in medio.ſuper eum.T.Fabius Hiſpa
nienſis ſenator ex proſcriptis.in ſummo Antonius:& infra ſcriba Sertorii Verſius:& alter ſcriba Mecœnas in
imo:medius īter Tarquinium & Denatium Perpēna.¶ Iam pater æneas:religioſus:quia pater proprie omniū
deorum eſt epitheton:ut oſtēdit ubiq́ʒ Virgilius.¶ Oſtro:pro purpura poſuit:unde tingitur purpura.¶ Dant
manibus fa.lym.humilis character:qui ισχvος dr.uilia.n.deſcribuntur.¶ Tonſiſq́ʒ.ſ.m.u.tonſis uillis.i.minu/
tis:uel cōpoſitis.Cōſtat.n.maiores mappas habuiſſe uilloſas:mātilia uero a manibus ante lotis dicta: quo mō
torale a toro:Quod aūt legimus ī Horatio Nec turpe toral apocope eſt.Quīquagīta ītus famulæ:hoc eſt mul
tæ.¶ Ordīe lōgo dipoſitiōe ſecūdū Tulliū q ī œconomicis dicit:qd ubi ponēdū ſit.nec.n.dnt uniuerſa cōfundi.
¶DONA. Cum uenit:executus eſt iuſſa maturæ:qa p̄uenit conuiuium:& uenit cum iam diſcumberent in
aptiſſimo tempore.¶ Mediam:nā is locis potior apud ueteres fuit:Nā Sal.ita ſertorii cōuiuiū deſcribit:ut ipm
quia potior fuit collocarit ī medio.¶ Iam pater æneas:Diſcernitur ipſe:& Troiani ſedibus purpureis.¶ Dant:
deſcribit familiæ ordinem.¶ Caniſtris:Mos apud ueteres fertur fuiſſe:ut panis nō argenteis: ſed uimineis ua/
ſculis inferretur.¶ Lōgo ordine:ubi fuerat quinquaginta ad quarum curam pertinebat procuratio cellarii: &
deorum penatum cultus illas ſine dubio uiciſſitudo longo ordine tangebat.
¶CHRI. Spōda:exterior pars lecti ē:ut pluteus īterior.¶ Lymphas: Aqs q̄ dnr a nymphis.Vulgo āt teſte Pō
peio memorie ꝓditū ē qcūq́ʒ ſpeciē quādā e fonte.i.imaginem nymphæ uiderint fuere cœperunt: quos Græci
νυμφολεπτους latini lymphatos appellāt.¶ Cerereq́ʒ.i.panē:& denoīatio quoniā capit auctor ꝓ re cuius ē au Ceres
ctor.Terē.Sine cerere:& libero friget uenus:Cerereq́ʒ deā frugū Fabulāt cæli & Veſtæ filiā:Alii Iouis dicūt.Fe/
rūt p̄terea cū frater Saturnus cui fauebat pulſus eſſet metu Titani in antro latuiſſe:Præſertim āt pudore ductā:
qa creſceret ſibi uterus:Nō cōceperat iā Acherōtē:q & ipſe cū natus eſſet:eodē pudore affectus delituit: & ad īfe
ros deflexit cōcepit Acherōtē ex captiuitate fratris.i.mœrorē ex quo ſolitudīe gaudebat.Ad id.n.impellit mœ
ror.Qui rē ad hiſtoriā referūt:aiūt illā Sicani antiquiſſimi ſiciliæ Regis filiā fuiſſe:& ab ea ſiculos uſū frumētī
colēdi cœpiſſe:Diodo.uero ſiculus q ex hac inſula oriūdus rē diligētius ꝑſequit ſiciliā Cereri:& filiæ eius ſa/
cratā īcolas a maioribus ſuis p ſucceſſiones ſemp accepiſſe affirmat: Addūt etiā poetæ in nuptiis Plutonis:& ꝓ/
ſerpinæ hāc īſulā ſpōſæ a Ioue dono datā ipſaſq́ʒ deas primo hic apparuiſſe grauiſſimi ſcriptores tradidere:pri/
moq́ʒ hic frumentum eſſe natum ꝓpter loci Fertilitatē:Vnde etiā nūc in agro Leontino:& aliis in locis quod
agreſte frumētum nuncupant naſcit:ergo hanc deā uolunt nō modo ferendi fruges p̄cepta dediſſe:ſed & leges
ad iuſte uiuendū tuliſſe:Vnde themoſphora dicit:Quapropter:& uiuēdi & bene uiuendi auctor fuit:Sūt quo
que q dicant Cererem Saturni:& Rheæ filiam fuiſſe:& frugū culturam inueniſſe:& quidem ante proſerpinā
natam:& a Plutone raptam:Nam in rapina ipſa omnes ſegeres incendit: tum propter inimicitias quas contra
Iouem ſuſcepit:tum propter Filiæ mœrorem:inuenta autē filia:& Ioui reconciliata eſt:& Triptolemum miſit:
Qui fruges ſerere doceret:Multi deniq́ʒ populi de hac dea contendunt: Aegyptii enim dicunt Cererem ac iſim
eandem deam eſſe:& in ægyptum ſemen intuliſſe:Quo tempore Nilo ſtagnāte Regio optime ſemē exciperet.
Athenienſes in attica eleuſina oſtēdunt:ubi primum hoc munus dea dederit:hæc omnia Diodo.Euſe. autem
Pamphilus ita rem partitur:ut Telluris uim ueſtam appellet cuius uirginale ſimulachrum in foco ignis ſtatu/
it: quæ uirtus quoniam ferax eſt muliebri ſpecie fungitur Rhea quam & opem dicunt lapidoſæ montanæq́ʒ
terræ uis eſt:Ceres feracis:& plenæ:Hæc bonam quæ proſerpina eſt Ioui peperit:ac ideo hāc ſpicis coronamus
& papauera iuxta ponimus:quoniam fertilitatis ſymbolum ſunt proſerpina uis eſt proiecti ſeminis in terram
quā Pluto.i.ſol.qui in hyeme remotiorē partem luſtrat ad inferos rapit.¶ Villis:generis maſculini:& ſecundæ
declinationis:Vellus aūt generis neutri:& tertiæ declinationis.¶ Mantilia:a manu: & tego uolunt ꝙ illis ma/ Mātilia
nus lotæ abſtergantur:Vnde Mantilia plærīq́ʒ dicunt famulæ ancille: ab oſcis origo eſt huius nominis: apud
quos ſeruus famel dicitur.¶ Caniſtris:a capiendo dicunt:aliqui a græco eſſe credunt:illi enim τανανιτα dicūt.
¶ Struere:ordinare & in recta Figura res diuulſas cōponere:hinc dicimus ſtruere orationem:hinc ſtruē ligno/ Struere
rum hinc deſtruo cum compoſita deficiunt:hinc ſtruere aciem:& mentē per tranſlationē inſtruere dicimus.

Cura penū ſtruere: & flāmis adolere Penates.
Centum aliæ: totidemq; pares ætate miniſtri:
Qui dapibus onerēt mēſas: & pocula ponāt.
Necnon & Tyrii per limina læta: frequentes
Conuenere: toris iuſſi diſcumbere pictis.
Mirantur dona Aeneæ: mirantur Iulum:
Flagrantiſq; dei uultus: ſimulataq; uerba:
Pallamq;: & pictum croceo uelamē Acantho.
Præcipue infelix peſti deuota futuræ
Expleri mentem nequit: ardeſcitq; tuendo
Phœniſſa: & puero pariter: doniſq; mouetur.
Ille ubi complexu Aeneæ: colloq; pependit:
Et magnū falſi impleuit genitoris amorem:
Reginam petit: hæc oculis: hæc pectore toto
Hæret: & interdum gremio fouet inſcia Dido
Inſidat quantus miſeræ deus: at memor ille
Matris Acidaliæ paulatim abolere Sicheum
Incipit: & uiuo tentat præuertere amore
Iampridem reſides animos: deſuataq; corda.

SER. Cura.p.inter penū & cellariū hoc intereſt: q cellariū ē paucoꝝ dierū: unū & i cellā dr iperatū frumen/tum: penus uero longi temporis. Sane dicimus hic & hæc & hoc penus: ſed in maſculino & in fœminino gene/re q̄rtæ ē declinatiōis: a neutro tertiæ: quō pecus pecoris: unde Hora. Portet frumēta penuſq;. maſculīo uero ge nere Plautus: Niſi mihi ānuus pēus daf: & fœminino Lucili⁹ poſuit: ut Vxori legata pen⁹. q̄rtæ āt declinatiōis eē Perſius docet: ut i locuplete penu defenſis pīguib⁹ umbris. Struere: ordinare. cōponere. uñ & ſtructores di cunt ferculorū cōpoſitores. Et flam. ado. pe. colere. ſed adolere ꝓprie ē augere. In ſacris āt adolet p bonū omē dicit. Nā & i aris nō adolent aliq: ſed cremant. Totideq; pares ætate miniſtri: nō numerus hēt admira tionē ſed ætatis q̄litas. Dapib⁹: dapes regū ſunt epu læ priuatoꝝ. Et. p. p. ſecūdū antiquū locut⁹ ē morē. Mirātur. d. æ. mirant iulum: hoc ad Tyrios retulit. Flagrātiſq; dei uultū: hoc ad poetā refert. Simula taq; uer. cōpoſita i Aſcanii ſimilitudinē. & hoc ex pſo na poetæ accipiēdū. Præcipue iſœlix: pp caſū futu/rū: ut pbāt ſeq̄ntia Peſti deuota futuræ. Expleri. m. n. græca figura eſt. Tuēdo: dū ituet: & oīs gerundii mod⁹ tā ab agētis q̄ a patiētis ſignificatiōe ſimiliter pfert: ut Cātādo tu illū. i. dū cātas: & Frigid⁹ i pratis cātādo rūpit anguis. i. dū ei icātat. Ille ubi: poſtq̄: ut Hora. nos ubi decidius: hoc ē poſtq̄. nā ſi loci eēt quo diceret: ergo ubi iterdū aduerbiū loci eſt: iterdū tpis. Et. m. arduū. Difficile ē. n. imitari ueꝝ filii affectū. Reginā. p. nō ſimpliciter dixit petit: nā petere nō ſo lū adire: ſed ēt petere ē ꝓprie iſidiari. Gremio. f. ſu/ſtier: ut Fotū gremio. Inſideat: legit & iſideat. At memor. i. m. hoc ē pceptoꝝ mris. Acidaliæ: Acida/lia Venus dr: uel qa iniicit curas: q̄s græci ακιΔας di/cūt: uel certe a fonte Acidalio: q ē i Orchomēo Bœo/tiæ ciuitate: i quo ſe Grīæ lauāt: q̄s Veneri cōſtat eſſe ſacratas: ipſi⁹. n. & Liberi filiæ ſūt: nec imerito. Grīæ . n. p horū fere numinū mūera cōciliant. Iō aūt nudæ ſunt q grīæ ſine fuco eē debēt: iō cōnexæ: qa iſolubi les eē grās decet: Hora. Segneſque nodū ſoluere gra/tiæ. Quod uero una auerſa pigit duæ nos reſpiciētes: Hæc rō ē. qa ꝑfecta a nobis grā duplex ſolet reuerti: Vn/de ſupra: Nec te certaſſe priorē pœniteat. Abolere ſi. In. ordo naturalis. Prius. n. eſt euellere ihærētia: & poſt no ua inferre. ſic Ter. ut metum in quo nunc eſt adimam atq; expleam animum gaudio. Viuo amore: aut uiui hominis: aut certe uehementi. Præuertere: præoccupare propter Iunonem ſine dubio. Reſides. a. pigros ad amandum inertes. Iurauerat enim nulli ſe eſſe nupturam: unde contra inſtantes dicimus induſtrios.

DONA. Cētū aliæ: elegāter atq; breuiter diuitias expreſſit laudauitq;: Voluit. n. demōſtrar ducētos: & ſexū & ætatē diſcernere: Numerus āt nō ē res magna i Rege: Sed pilitas ætatis q oſtēdit quāta ſibi ſeruoꝝ eēt multi/tudo. Ex q ducēti pari ætate eligi potuerit digni: q curarēt ſupradicta: Nec nō ſupra oſtrū Troiāi: q magis cēnt honorādi ſederūt. Tyrii: uero i ueſtibus pictis. Mirant: p hoc oſtēdit regia: quāquā ditiſſimi uiri uxor fuiſ/ſet Talia nūquā habuiſſe: cū hæc ipſa & ſui Tyrii mirant: Alius itellectus eſt Mirant dona æneæ. i. mirant Talia æneā uel habere uel donare potuiſſe. Mirant: ergo ſubſtātiā animi largiētis. Ardeſcitq; tuēdo: contrariū po/ſuit: Nā cōſideratiōi itēta faſtidiū incurrere debuit. Falſi: magna res: ut etiā pater deceptus ſit inſidat quātus: Tāto libentius imprudens cōplectabatur. Quantum neſciebat qualem deum amplecteretur. Infœlix: Quia benignum animum exhibebat: quem deberet inimicum exhibere cum ex eo pateretur ſibi mors. Abolere: prius. n. debebat remouere amorem priſtini uiri: & paulatim quia cum uehementer hæreret: nō poterat uno impulſu dimoueri: iccirco autē Didonem caſtam: diuitē: pulchrā: deceptā inducit p cupidinē ut: nō ſolum Di donis uerum etiam æneæ exſtimationem oſtenderet Ne illum ignobilis Fœminæ proiecti pudoris ſponte amaſſe: aut prouocata muneribus uideat: Aut ille malis ſubmerſus innumeris de amoribus illicitis cogitaſſe.

CHRI. Cura penū: Et lōgū & lōgo legit: ut ſit longo ordine uel longū penū: Penus eſt omne quo ueſcunt homines: ut ait Cicero i libro ſecūdo de natura deorū: Et Feſtus ſcribit pœnora res eē neceſſarias ad uictū quo/
Penus tidianū: Et ſcæuola ait penus ē qd eſculētū poculētū ue eſt: Gellius uero refert q lōge uſionis gratia cōtrahunt & recōdunt: qa nō in promptu ſint: ſed itus & pœnitus habeant penus dicta ſunt: eſt pterea apud iuriſcōſultos titulus de penu legata: in quo penus appellatiōe uenire demōſtrāt. Quæ eſui potuiq; ſunt: Neq; ſolum ut pa/nis caro caſeus uinū. Sed & ut ſunt condimēta ſal: piper: garū: crocū: Et in quo: ut uaſa in qbus eſculentaq; po/culētaq; tenent: penariū āt: ut ēt cellariū nō penū eſſe diceus: ſed cellā ipſam & repoſitoriū in quo penus ſerua tur: ut granariū ubi grana cōdunt. Cellarius eſt q pēſt penori: q ut notari pōt apud Plautū a ꝓmendo: & cūdē do nomē: ēt accipit Sū ꝓnus cōdus: ꝓcurator peni. Adolere: qa urēdo odor eiicit. hinc Homerus καΔαεις ενθαλαμω ευωΔει κηωεντι. i. ardēti: hoc eſt olenti. Hæret: affixa manet: Eſt aūt hic repetitio hæc. o. hæc. p. t. Adolere: remouere; Sunt autem exoleo & aboleo compoſita non cū ſoleo: ſed cum oleo. ut placet Priſciano.

¶SER. Quies.e.ꝓp regalē affluentiā.cōtra ſupra ait:Poſtq̄ exēpta fames.ꝓp naturæ neceſſitatē nō āt luxuriā. ¶Menſæq; remotæ:licet ſub extranea pſona Romanoꝝ tamē exequit̃ morē apud quos duæ mēſæ erant:una epularꝝ:altera pomoꝝ.¶Crateras:græcū:eſt ab eo qđ eſt hic crater:Nā latine hæc cratera dr̃.unde Perſius Si tibi crateras argēti incluſaq; pingui Auro dona ferā.¶Et.u.c.uina ꝓ poculis poſuit.& eſt tropus ſynecdoche:ut Cererē dicāus:ſic Pla.Vinū pcemur:nā hic de⁹ pn̄s adeſt.Coronāt āt ē aut īplēt uſq; ad marginē:aut qa antiq coronabāt pocula:& ſic libabāt:uñ ē:Magnū cratera corōa īduit:īpleuitq; mero h̄ tractū ē ex Home.q ait ī iliade.
κουροι δὲ κρητηρας επεςεχαντο ποτοιο.

Poſtq̄ prima quies epulis:menſæq; remotæ:
Crateras magnos ſtatuunt:& uina coronant.
Fit ſtrepitus tectis:uocemq; p ampla uolutāt
Atria:dependent Lychni laquearibus aureis
Incenſi:& noctem flāmis funalia uincunt.
Hic Regina:grauem gēmis:auroq; popoſcit
Impleuitq; mero paterā:quā Belus:& omnes
A Belo ſoliti:tum facta ſilentia tectis.
Iuppiter(Hoſpitibus nā te dare iura loquūt̃)
Hunc lætum Tyriiſq; diē:Troiaq; profectis
Eſſe uelis:noſtroſq; huius meminiſſe minores.
Adſit lætitiæ Bacchus dator:& bona Iuno.

¶Fit ſtre.te.i.ad tecta:ut It clamor cælo.legit̃ aūt. Et fit ſtrepitus tecti.¶Atria:ut ſupra diximus tāgit morē Romanoꝝ.Nā ut ait Cato & ī atrio & duobus ferculis epulabant̃ antiq:Vñ ait Iuue.Quis fercula ſeptē Secreto cœnauit auus?Ibi & pecūias hēbāt:Vñ q honoratiores erāt liminū cuſtodes adhibebant̃:ut Qui dardāio anchiſæ Armiger añ fuit:fiduſq; ad limīa cuſtos.Ibi ēt & culina erat:unde & atriū dictū ē.atrū.n.erat ex fumo.¶Lychni:græco ſermōe uſus ē:ne uile aliqd ītroferret.Alychno āt lucerna dcā eſt:uñ & breuis ē lu:ut Iuue.Diſpoſitæ pīguē nebulā uomuere lucernæ.Hor.Vnguor oliuo Nō quo fundatis īmūdus nacta lucernis.Si.n.a luce diceretur nō ſtaret uerſus. ¶Laq̄aribus:prīcipaliter lac⁹ dr̃:ut Lucilli⁹ Reſultāt ædeſq; lacuſq;:dimīutio lacunar facit.Hor.Nec mea rēidet ī domo lacūar: Inde fit alia dimīutio lacūariū: & p antiſtæchon laqueariū.¶Noctē.u.lumīs ē exaggeratio.¶Funalia:ſunt q̄ intra cærā ſunt:uñ ſunt dcā a funibus:quos ante uſum papyri cæra circūdatos habuerẽ maiores.uñ & funera dr̄r q; funes incēſos mortuis pferebāt.¶Hic:tūc.ē ergo aduerbiū tpis.¶Quā Bel⁹:prius rex Aſſyrioꝝ:ut ſupra dixīus:quos cōſtat Saturnū:quē & Solē dicūt:Iunonēq; coluiſſe:q̄ numīa:& apud afros poſtea culta ſunt:unde & līgua punica Hal dr̃ deus:Apud aſſyrios āt Hel dr̃ q̄dā ſacroꝝ rōe & Saturnus & Sol. ¶Hoſpitib⁹.n.te.d.i.l.ſ.exēplo Lycaōis:q cū hoſpites ſuſceptos hoſpitio necaret:a ſuſcepto Ioue poſtq̄ ei epulas hūanas appoſuit uerſus ī lupū oſtēdit hoſpitii iura nō eē uiolāda.unde dr̃ iupr̄ ξενιος.i.hoſpitalis.¶Troiaq; ꝓfectis:ſane bene uoluit dicere ꝓfugis.¶Eſſe uelis:ſecūdū hetruſcā diſciplinā locutus eſt.Sic.n.dicebāt uolēs ꝓpitiuſq; ſis.¶Adſit lætitiæ bacchus dator:alii adſis legūt:ſcđm quos Bacch⁹:aut antiptoſis ē:aut antiqu⁹ uocatiu⁹:ut Socer arma latin⁹ hēto.Bñ āt addidit dator lætitiæ:qa ē & dator furoris.¶Et bōa Iūo: aut ꝓpitia.i.nō irata Troiāis:ut Sis bonus o felixq; tuis:aut magis bōa cœleſtis.eſt.n.& inferna:ut Iunoni infernæ dictus facer.

¶DONA. Poſtq̄.p.q.cōuiuii prolixi nox deſcribit̃: Nam cōfectis epulis ſtudium Bibendi proſequuntur. ¶Funalia:Faces ex funibus procreatæ.¶Grauem:laudat a pondere:& a materia: Deinde quo maiores Didōis uſi ſint:& durante merito tranſierit ad Didonē.¶Fata.ſ.rem.n.diuinā arctura ſilentiū induxit.¶Iuppiter: rogat Iouem:& eius uirtutē narrat:ut oſtendat pleno uoto Troianos excepiſſe:Cum initam ſocietatem teſtimonio hoſpitalis Iouis confirmet:Cū aūt ipſa eſſet ſidonia quaſi mortis ſuæ præſagio:Tyriorum ſolū: & Troianorū meminit:& merito diei meminit quo confirmabat ſocietatem per ſacra: & conuiuiū.Triſte aūt fuit tenebras nominare uel noctem:uel maxime qa continuationem diei nocti coniunxerat:& nundū itum erat ad requiem.¶Noſtroſq; huius:& ſic factū:ut etiam nūc dure de actibus Didonis Fabula.¶Bacchus:uinum ſine quo lætitia in conuiuiis eſſe non poteſt:Nam ſi alibi eſt Bacchus:& ad culpā cauſas dedit:id non uini uitiū:eſt ſed hominis uino uti neſcientis.¶Bona Iuno:Nā norat illam inimicā Troianis:ergo ut ſit bona:& beniuola.

¶CHRI. Vina co.ſic Home.πινοντεσ κρατηρας επιστεφεασοι νοιο.¶Fit ſtre.non.n.ſine ſtrepitu potuit eſſe lætum:& numeroſum conuiuium:Volutant:undatim enim effluit uox per camerata loca.¶Atriū:genus Atriū
ædificii eſt:Quod mediā: areā cōtinet:In quā collecta ex oī tecto pluuia deſcēdit:dictū atriū:uel qa id gēus edificii primū atriæ:q̄ eſt urbs ethruriæ inuentū eſt: Vel qđ a terra oriat̃ q̄ſi atteriū: ait Pompe. Feſtus.¶Lychni: Lychni
λυχνοι.i.oē qđ lucet.Lucernā aūt nō hinc eſſe puto:ſed a luceo:Nā quāuis primā corripiat quā luceo ꝓducit. Non caret exēplo:Nā dico dicacē.& a duco ducē: & a uito uitiū. Quæ omnia nomina a uerbis primam.Producētibus deriuata corripiunt̃.¶Laquearibus:Lucretius Nec cytharā roboāt laqueata aurataq; tecta.¶Paterā:āt poculū teſte Macrobio latinū eſt planū:& patens a patēdo dictū Carcheſium autē procerū & circa mediā partē cōpræſſum anſatum mediocriter.Anſis ad ſummū ad infimum pertingentibus Verū Plautus cū apud pherecidem legiſſet Alchmene a Ioue carcheſium dono datum inſuetū nomē:& græcis dūtaxat notum relinquens pateram cuius figuram longe diuerſa eſt dixit:Tunc facta.ſ.nā factura ſacrificiū ſilētiū indixit more ro. Apud quos ne omne malum ſequeret̃ aiebat ſacerdos Fauete linguis:ideſt tacete Iuue.ite igitur pueri linguis animiſq; fauentes.¶Iuppiter:Ioué aūt hoſpitibus iura dare dixerunt non ſolū propter fabulā Licaonis:ſed magis qa ab eo planeta maxime eſt iuſtitia & religio:atq; humāitas oīs:hinc apud Homeꝝ.Menelaus uiolati a paride hoſpitii pœnas Iouē poſcit:Et Sta.eadē de re ait:Non gentibus æquū fas aut cura Iouis melius legatus addiſſem Sauromatas auidos.¶Lætitiæ.b.d.nā uinū lætitiā inferre teſtis eſt Salomō. Hora.āt O fortes peioraq; paſſi:ſæpe uiri mecum nunc uino pellite curas.Et Home. αρνε λύω:και οινονεῦ φρονα καρπον αρου ρας.
Bona benigna eſt enim religio in deos:pietas in patriam patres:& ſanguine coniunctos bonitas in uulgus.

Patera

¶SER. Laticum libauit honorem:more ſacrorum:& tangit ritum Romanorum qui paniceas ſacrataſq; menſas habebant:in quibus libabant:ut Heus etiã menſas cõſumimus inquit Iulus. ⁋ Libato:delibato. ⁋ Summo tenus attigit ore:& uerecundiã Reginæ oſtendit:& morem Romanũ. Nam apud maiores noſtros fœminæ non utebant̃ uino:niſi ſacrorum cauſa certis diebus deniq; fœmina quæ ſub Romulo uinum bibit:occiſa eſt a marito:Mecennius abſolutus eſt(id enim nomen marito.) Sic Granius Lucianus cœnæ ſuæ : unde in hiſtoriis lectum eſt Romanorum:uini uſus Romanis fœminis ignotus fuit : ne.ſ.in aliquod dedecus primo laberentur. ⁋ Tũ bitiæ:per tranſitũ pœnorum ducum nomina introducit. Nã Bitias claſſis punicæ fuit p̃fectus:ut docet Liuius. Iopas uero rex afroꝶ unus de procis Didonis:ut punica teſtatur hiſtoria. ⁋ Increpitans:inclamans: ut Aeſtaté increpitans ferã: Aut certe arguens familiariter ſegnitiem tarde pateram accipientis cum eſſet auidus in bibendo. ⁋ Hauſit: mõ accepit:nec poſſumus intelligere bibit cum hoc ſeq̃tur:Et plẽo ſe proluit auro. alibi uidit:ut Hauſit cœlum mẽtemq; recepit alibi audiuit:ut Vocemq; his auribus hauſi alibi uulnerat:ut Et latus haurit apertum:& multa alia pro loco ſignificat. ⁋ Poſt alii proceres: ergo & Bitias unus eſt de proceribus. Nam exoche nunq̃ ſine ſimilitudine fit. Sane proceres de his eſt quæ nominatiuum in uſu non habent.ut ſupra:Et uictor ditione tenebat. Nam nec hoc in uſu habet nominatiuum: licet in compoſitione dicamus conditio. Proceres autem ideo ſecundum Varronem principes ciuitatis dicuntur:quia eminent in ea ſicut in ædificiis mutili quidã:hoc eſt capita trabium quæ proceres nominantur. ⁋ Crinitus Iopas:aut puerum intellige:aut imitabatur Apollinis formam:cuius fuerat etiã artis imitator:quo circa apud Ouidium de ſe loquens ait:Vtq; meum intonſis caput eſt iuuenile capillis.

Et uos o cœtum Tyrii celebrate fauentes.
Dixit:& in menſa laticum libauit honorem:
Primaq; libato ſummo tenus attigit ore.
Tũ Bitiæ dedit increpitans.ille impiger hauſit
Spumãtem pateram:& pleno ſe proluit auro.
Poſt alii Proceres:cithara crinitus Iopas

¶DONA. Tyriis:ne eſſet aliqua incolarum aduerſus peregrinos æmulatio:in menſa in conuiuiis enim cũ huiuſmodi honorificentia numinibus exhibetur:Pro ara menſa ſuccedit. ⁋ Prima:uel quia ipſa libabat:uel q̃a potior omnibus fuit:utpote regina. ⁋ Summo tenus:ſummis labris:ut religionis:& non uini cupidam demõſtraret. ⁋ Increpitans:clara uoce exhortans :hunc autem elegit quia ſciebat uini eſſe amatorem: unde ſequitur ille impiger hauſit. ⁋ Et pleno.ſ.p.auro : & pateram inquit uacuam fecit:& cũ auide biberet: & tantũ infunderet quantum fauces tranſmittere non poſſent:perfudit etiam ſe. ⁋ Poſt:intellige ritum executi ſunt: poſt acta conuiuia:poſt conſecrationem fœderum. Ludorum autem fit deſcriptio:quibus reges per uoluptatem ad producendam potationem utuntur:Ludi autem didonis nihil turpe factu nihil obſcœnum dictu habuerunt: Nã cytharæ arté inter honeſtas numerari conſtat per hanc Orpheus plurimum potuit : Hanc graues & prudentes amant:Hanc diligunt muſæ:quibus tradentibus in uſum hominum uenit: Hæc in agonibus: ideſt in ſacris certaminibus coronatur. Ars ergo honeſta:Conuiuium quoq; non diſſimile.

¶CHRI. In menſa: Nunq̃ amore ro.diſcedit poeta : Ergo q̃uis non niſi in ara libetur : tamen legerat in papiriano iure uicem aræ præſtare menſam dicatam:Vt in templo Iunonis populoniæ auguſta menſa eſt:Ergo in menſa libat Euander quoniam ſacrata erat. Hic autem quoniam conuiuium erat regium non ſacrum apud humanam menſam:in triclinio non in templo:quia non erat religioſa:ſed uſurpata libatio:ſola libat Regina: in qua non obſeruationis neceſſitas eſt:ſed uſurpationis licentia:ait Macrobius. ⁋ Bitiæ dedit : recte de Bitia Seruius. Verum legitur etiam Didonem fratrem fugientem primum in Cyprum nauigaſſe ibiq; bitiam ueneris ſacerdotem cum magna puellarum manu quæ ad ſacra uenerant Didoni ſeſe dedicaſſe. Ipſamq; inde in aphricam nauigaſſe:Ergo dedit bitiæ ueneris ſacerdoti:qui ut ueriſimile eſt conuiuio intereat. ⁋ Cythara inuentum Apollinis dicitur. alii uolunt repertam eſſe a Mercurio qui cum per ægyptum iter ageret offendit cadauer teſtudinis.cuius texta cum neruos extenſos pulſaret:ab eo ſonitu admonitus cytharam reperit: eãq; dono apollini dedit:Hebræi Tubal ex ſtirpe Cain ante diluuium eam reperiſſe uolunt. Fecitq; a principio tricordem imitatus tria anni tempora:Nam ab æſtate acutam:ab hyeme grauem:a uere mediam ſumpſit. Fuit aut eius forma in initio ſimilis pectori humano:quod ut uox ex pectore:ſic ex ea ſonus exit. Vnde nomen ſumpſit. Nam lingua dorica cythara pectus ſignificat. Paulatim deinde plures eius fuerunt formæ ut pſalteria:
Muſica lyræ:barbita:phœnices: pectides: indicæ quæ feruntur a duobus ſimul. ⁋ Docuit.q.muſica de hac Quintilianus:Quis ignorat muſicem tum iam illis temporibus tantum non ſtudii ſolum : uerumetiam uenerationis habuiſſe:ut idem muſici & uates & ſapientes iudicarentur:& paulo infra. Timagenes auctor eſt omnium in litteris ſtudiorum antiquiſſimam muſicem extitiſſe:& teſtimonio ſunt clariſſimi poetæ apud quos inter regalia coniuia laudes heroum ac deorum ad cytharam canebantur:multa nos collegimus de muſica in prohemio interpretationum noſtrarum in Horatium. Eſt autem muſica adeo naturalis ut omnis ſexus atq; omnis ætas illa demulceatur. Eſt adeo potens:ut penitus hominem immutet. Pythagoras enim furorem tauro minitani ebrii iuuenis ædes in quibus amica cum riuali erat incendere uolentis demulſit. Eodem pacto alios qui accenſi cantu tybiarum pudicæ mulieris fores effringere parabant. Ariſtoteles in libro problematum ait & qui dolent:& qui letantur fiſtulis uti hi ut magis lætentur illi:ut minus doleant : Verum ut grauis muſica optime inſtituit ita laſciua deprauat. Quapropter Plato non omni muſica inſtituendos pueros:ſed ſimplici & maſcula quali Lacædemoni & Romani uſi ſunt Athanaſius ad uitãdam laſciuiam a noſtris ſacris amouit. Ambroſius ad inuitandam pietatem induxit. Auguſtinus in utraq; parte diſputat:ac tandem grauem adiungendam putat laſciuam abiiciendam.

¶SER. Docuit quæ maximus atlas: quæ legendum: non quem, nec enim iſtum docere potuit qui Didonis erat tempore: docuit Herculem: Vnde & dicitur ab atlante cælum ſuſtinuiſſe ſuſceptum: propter cæli ſcientiam traditam. Conſtat enim Herculem fuiſſe philoſophum: & eſt ratio cur omnia illa monſtra uiciſſe dicatur. Sane Atlas græcum eſt: ſicut & Nilus. Nam Ennius dicit Nilum Melonem uocari: Atlantem uero Telamonem. ¶ Hic canit: bene philoſophica introducitur cantilena in conuiuio reginæ adhuc caſtæ: contra inter nymphas ait Vulcani martiſq; dolos & dulcia furta. ¶ Errantem lunam: quia ελινοειδης: ideſt obliquo incedit curſu: non recto: ut Sol: ſcilicet ne incidat in centrum terræ: & frequenter patiatur eclypſim uicinus enim eſt eius circulus terræ. ¶ Soliſq; la. canit ꝑ omnia intelligimus. planetæ ſeptem ſunt: Saturnus: Iupiter: Mars: Sol: Venus: Mercurius: Luna: ſed quinq; contra mundum feruntur: & cum mundo quando retrogradi ſunt. Sol uero & Luna ſemper contra mundum. Ideo ergo dixit Solis labores. Laborat enim nitens contra uenientis ſphæræ uolubilitatem. Nec nos debet Homerus mouere: qui ait ηλιον ακαμαντα. Non enim eum dixit non laborare: ſed laborem non ſentire. ¶ Vnde hominum genus: ſi fabulam reſpicis a Prometheo intellige: uel a Deucalione & Pyrrha. Si autem ueritatem reſpicis: uaria eſt opinio philoſophorum. Alii enim de humore dicunt: alii de igne: alii de atomis: alii de quatuor elementis. ¶ Vnde imber: de nubibus ſcilicet: quæ ſecundum Lucretium naſcuntur de terræ anhelitu: qui nebulas creat: quæ cum altius fuerint eleuatæ: aut Solis calore reſolutæ: aut ui uentorum compreſſæ: mittunt leues pluuias: uel exprimunt concitatiores. ¶ Et ignes: ſcilicet ex nubium colliſione. Nam omnium rerum colliſio ignem creat: ut in lapidibus cernimus: uel attritu rotarum: uel in ſiluis: arborum. ¶ Arcturum: ſtella eſt poſt caudam maioris urſæ poſita in ſigno Bootæ: Vnde arcturus dicta eſt quaſi αρκτου ουρα. ¶ Pluuiaſq; .h. hyades ſtellæ ſunt in fronte Tauri: quæ quoties naſcuntur: pluuias creante: unde & græce hyades dictæ ſunt απο του υειν: latine ſuccu læ a ſucco. Sic ergo ait pluuiaſq; hyadas: ut plemmyrium undoſum: Alii dicunt hyadas dictas ab y littera: uel a απο του υος: ideſt ſue: in cuius formatæ ſunt faciem. Hæ autem filiæ fuerunt ut alii dicunt Atlantis: ut alii Liberi nutrices. ¶ Geminoſq; triones: triones ſunt boues aratorii. non ergo incongrue dixit triones: quia ſeptentriones plauſtra a nonnullis dicuntur. ¶ Quid tantum oceano properent ſe tingere ſoles Hiberni: quid quamobrem: ratio hoc facit hemiſpærii: quia hieme breuiore Sol utitur circulo. ¶ Tingere: demergere: Soles uero pro diebus poſuit: ut Treis adeo incertos cæca caligine ſoles Erramus. ¶ Vel quæ tardis mora noctibus ob. ideſt æſtiuis tarde uenientibus. Vel enim disiunctiua eſt coniunctio: nec patitur bis eandem rem dici ergo hoc dicit quæ cauſa eſt longorum dierum ſed & hic ratio hemiſpærii eſt.

Perſonat aurata: docuit quæ maximus Atlas.
Hic canit errantem Lunam: Soliſq; labores:
Vnde hoīum genꝰ & pecudes: uñ iber & ignes:
Arcturum: pluuiaſq; hyadas: gemioſq; triões
Quid tātū Oceano properēt ſe tingere Soles
Hiberni: uel quæ tardis mora noctibus obſtet.

¶CHRI. Atlas: paulopoſt annum ſexcenteſimū ſupra tria milia a mundi principio Eriaſo argis Satro aſſyriis & Ortopole ſicioniis regnātibus uiuēte Moyſe floruit & Atlas aſtrologus Promethei phiſici frater, ac maternus auus maioris. Mercurii ait Euſebius atq; Auguſtinus Diodo. autem ſicu. ſcri. fuiſſe fratres duos gloria excellentes Heſperum & Atlantem: & hos gregem pecudum poſſediſſe pulchritudine inſignem: colore uero fuluo & auro ſimili: qua de cauſa poetæ pecudes τα μηλα uocantes aurea mala illos habuiſſe dixerunt: Heſperum autem filiam ſuam heſperidem uocatam fratri in uxorem dediſſe & ex ea regionem heſperiam nominatam. Ex hac uero atlantem ſeptem filias ſubſtuliſſe: quæ a patre atlantides a matre uero heſperides appellatæ ſunt Harum pulchritudine captus Buſiris rex ægypti miſit latrones qui illas exorto quodam ſubripuere. Verum cum iterim Hercules a Buſiride quem iuſſu Euriſtei interfecerat rediret: latrones quos in quodam littore deprehenderat interemit puellaſq; liberatas ad parentes reduxit. Ob quod meritum aſtrologiam Herculem docuit Atlas ex eo cælum ſubſtinuiſſe humeris creditus eſt atlas quod rationem ſphæræ primus docuerit eodemq; & Hercules ſphæricam rationem in græciam importans maximam gloriam conſecutus eſt tanq̄ qui atlanticum mundum ſuſcepiſſet. Hæc Diodo. ut dixi. ¶ Errantem lunam: luna enim inter omnes planetas eſt magis incerto & uago motu in curſu proceſſiuo: Nam propter breuitatem ſui curſus: nunc ſub ſole: nunc ante nunc retro ſemper uagatur: & cum ſol circuit per circulos auſtrales inferiores: & luna peragit circulos boreales ſuperiores tunc luna eſt ſupina uelut nauicula ſurſum habens cornua cum ipſa ſit uerſus terram inclinata quando uero decreſcit eſt erecta: Præterea eſt aliquando recto diametro inter nos & ſolē ī iterpoſito: quo tempore facit ſolis eclypſim. ¶ Vnde hominum genus: de quo latius in ſexto Imber: Pluuiæ eſt autem pluuia ſecundum Ariſtotelicos impreſſio aeris quæ fit ex plurimo uapore qui frigidus, humectuſq; in aere ſit aggregatus. Siue enim ex terra & aqua reſoluti hi uapores caloris cæleſtis ui ad infimam partem medii interſtitio attracti regionis illius frigore condenſati: tandemq; calore ita diſſoluti: ut non tamen pœnitus abſumpti ſint guttatim in imbres reſoluūtur. Id præterea non eſt ſilentio prætereundum. Nam quanto nubes unde pluuia manat a terra longius abeſt. tanto terram ſuauius tenuiuſq; petit. Si autem de propinquo cadat craſſior impetuoſiorq; ruit: cum autem multum ineſt de pluuiali materia in nube: & nubes ipſa denſa uehementi ſolarium radiorum ui uerberetur: fit ut. ex illorum cōfractione uehemens augeatur calor: atq; illius ui in uehementē pluuiā ſoluat̄ nubes. Quapp poſt inteſos æſtus uehemētes imbres ſæpe uidemus. Nunq̄ ex huiuſcemodi addita. uēto caloris urit̄ nubes: & rubeū: cōcipit calorē humorq; ſic aduſtus a nube ſtillans ſpēm igna

Atlas
Heſpti
Atlanti
des
Heſperi
des
Luna
Buſiris

ris hoībus ſanguinolentæ pluuiæ pͥbet.Hinc etiam ignes fulmina & fulgeta de quibus alibi dictum eſt. Appel
lant aūt fulmen: ſi Pōpeio credimus.a fluore flāmæ.Alii intelligunt imber & ignes ꝑ aq̄ ætheriſq; elementis.
¶ Arcturum:eſt minor urſa a nonnullis cynoſura appellatur ad quam ſidones nauigant: ideo in cælo a Ioue
tranſlata eſt:ut duplex helice honor eſſet.Agathoſthenes uero ait cynoſuram unam fuiſſe ex Idæis nymphis
quæ Ioué nutrit:a qua in Creta regio q̄dam cynoſura eſt appellata. Cretenſes & Diodorus ſiculus: & hanc &
helicem Iouis nutrices fuiſſe dicunt.Alii uolunt arcadem fuiſſe a qua arcadia ſit dicta Caliſtos & Iouis filius:
de quo fabula eſt apud Ouidius ſic ſecundum Iginum a Lycaone Pelaſgi filio Ioui epulandus appoſitus eſt: At
Iuppiter domo Lycaonis fulmine incenſa:ubi trapetos deinde urbs fuit:huius membra reſtituit:& cuidam ca
prario nutriendum dedit.Mox cum adoleſcens factus uim matri inſcius inferre uellet incolæq; lycæi utrunq;
interficere pararent:Iuppiter ambos aſtris intulit. Hunc Homerum bootem appellat.¶ Triones: hæc helice:
ideſt urſa maior ad quam græci latiniq; nauigant:ut fœnices ad cynoſuram filia fuit Lycaonis arcadiæ regis:
quæ a Diana ſiue ut aliis placet a Iunone quia ex Ioue prægnans eſſet in urſam conuerſa eſt & beſtia facta ar/
ctum quem arcadem appellāt peperit.Amphis comicus poeta addit illam a Lycaonem cum filio perductam:
Sed mox cum in templo Lycæi Iouis quo ſibi intrare non liceret ſequente filio fugere uellet a paſtoribus cum
nato occiſa:& a Ioue in ſignum cæleſte tranſlata eſt.¶ Geminos triones:& ſeptentriones dicunt. Septem qui/
dem a numero.Nam quatuor ſtellas habet plauſtrum:tres uero ſunt ante plauſtrum & hos ſeptentriones ap/
pellant ea ratione qua dicit Seruius Geminos itidem triones:quia duplici linea conficiunt plauſtrum ipſæ qua
tuor ſtellæ.Non tamen ſolæ hæ ſeptem ſtellæ faciunt urſam maiorem:uerum ſeptem caput faciunt.In ſingu/
lis humeris:ſingulæ:obſcuræ ſunt in armo duæ in ſumma cauda una clara:in uentre itidem una clara: in ſpi/
na una:in crure poſteriore duæ:in extremo pede duæ: ſuper caudam tres. ¶ Hyades: de his dictum alibi: De
dierum autem breuitate & longitudine facilis eſt quæſtio. Nam cum ſol per ſigna auſtrina fertur. quorum
potiſſimum eſt capricornus:quoniam breuiſſimum illi eſt inter per noſtrum hemiſperium curſum facit bre
uiorem Contra uero euenit.Cum per ſigna ſeptentrionalia in qua parte maxime eſt cancer fertur. Sed de his
latius in Bucolicorum.Trahebat iccirco trahebat : quia inuitis pœne aliis uox in ſomnis peragebatur. Mul/
ta ſuper priamo. auidiſſima mulier fruendi æneæ colloquio cuncta circunſpiciebat : quibus illum diutius
detineret.

Ingeminant plauſum Tyrii: Troeſq; ſequunt᷑.
Necnon & uario noctem ſermone trahebat
Infœlix Dido:longumq; bibebat amorem.
Multa ſup priamo rogitās: ſup Hector̄ multa.
Nunc quibus Auroræ ueniſſet filius armis:
Nūc q̄les Diomedis eq:nunc quātus Achilles.
Immo age:& a prima dic hoſpes origine nobis
Inſidias inquit Danaum:caſuſq; tuorum:
Erroreſq; tuos:nam te iam ſeptima portat
Omnibus errantem terris: & fluctibus Aeſtas.

Funera dardaniæ narrat:fletuſq; ſecundo.

¶SER. Ingeminant plauſum tyrii : Troeſque ſe/
quuntur:bono eſt uſus ordine: ut prius plauderent
ciues.Nec enim poterant alter audire peregrini: un/
de & ſupra Et uos o cœtum tyrii celebrate fauentes.
¶ Necnon & uario:arte poetica utitur:ut præmittat
aliquid quo ſequens liber uideatur eſſe coniunctus:
quod in omnibus ſeruat.¶ Bibebat amorem:alluſit
ad conuiuium.¶ Super priamo : de Priamo. Nam
eius præpoſitionis officio fungitur : pro qua poni/
tur:ut ſupra: Et ſub noctem cura recurſat. ¶ Rogi/
tans:ſcilicet quo modo ſit uenditus rex. ¶ Auroræ
filius:Memnō:ideo autem dixit quibus armis: quia
Vulcani armis uſus fuiſſe narratur.¶ Quales diome
dis equi: non uidemus eos equos intelligere : quos
Aeneæ ſuſtulit.Nec enim congruit: ſed de his inter/
rogat:quos ſuſtulit Rhœſo. Qualens autem dixit:
ac ſi diceret nec ſic feroces: ut illi a quibus : ducebant
originem. Diomedes enim rex Thracum habuit
equos:qui humanis carnibus ueſcebantur.Hos Hercules occiſo crudeli tyranno abduxiſſe perhibetur: de qui
bus dicuntur ſupra memorati equi originem ducere.¶ Immo age:uidit ſpecialia cito poſſe finiri:& ideo cōtu/
lit ſe ad generalitatem.¶ Et a prima dic hoſpes origine: ideſt a raptu Helenæ: quod quidem Dido cupit: Sed
excuſat Aeneas:& dicit ſe ruinam troiæ breuiter eſſe dicturum habita ratione temporis:ut Suadentq; caden/
tia ſidera ſomnos.¶ Inſidias danaum:hoc ad fauorem Troianorum: ne uideantur uirtute eſſe ſuperati.¶ Ca/
ſuſq; tuorum:ut euentu Troia corruerit:non fati:neceſſitate.¶ Erroreſq; tuos: & reſponſio hunc ordinem ſe/
quitur.Nam primo dicit Troiæ ruinam:poſt errores ſuos.¶ Septima æſtas:annos intellige per æſtatem. Nam
ſic ante olympiadas computabant.Septem etiam annos eſſe Dido cognouit ex Teucro.

¶DONA. Ingeminant:Troiani enim neſcientes Reginæ conſuetudinem nihil debuerunt priores efficere:
Ne in aliquo diſplicerent:Sed ſequi eos qui ex more faciebant:Non fuit temerarium:Vniuerſi interea occupa/
ti fuerant cantando plaudendo bibendo:Regina autem quæ æneæ conſpectu ſaciari non poterat : Maiorem
temporis moram deſiderabat:& aliis potantibus uinum ipſa bibebat amorem: Et ſuperflue quærebat quæ
uel a Teucro audierat.Vel picta uiderat:ſed mora ut dixi quærebat.¶ Immo age: Breuis propoſitio: ſed quæ
non breuem narrationem eſſet habituras reſpondetur ergo primis duabus propoſitionibus in ſecūdo libro:
Quæ ſunt:Erroreſq; tuos caſuſq; tuorum in tertio erroribus ſuis quamq̄:& quædam de ſuis etiam ibi.

FINIS.

COnticuere oẽs intentiq; ora: Quia ſupra dixit: Fit ſtrepitus tectis. Cõticuere ãt ꝓ cõticuerũt ꝗ͂ metri cã fit: uel rõne clauſularꝝ. Nec eſt (ut qdã dicũt) dualis numerus: q apud Latinos nuſq̃ penitus iuenit̃. Et bene oẽs addidit: poterãt. n. ſimul qdã: ſed nõ oẽs tacere. ¶ Intẽtiq; ora tenebãt: aut ora intuebant̃ loquẽtis: aut immobiles uultus hẽbant: ut Tenuitq; inhians tria cerberus ora. i. imobilia habuit: aut tenebãt habebãt: ut ſit figura: & intelligamus ora intẽta habebãt ut Terẽ. Nã illi andriæ nomẽ erat: teneo. Iõ ãt hoc addidit: qa põt qs tacere nec aduertere. ¶ Inde: aphæreſis: pro deinde. ¶ Toro pr̃ æneas ſic orſus ab alto: toro alto. Summus. n. ſemp ẽ põtificalis loc⁹: & Aeneas ubiq; q̃ſi ſacratus inducit̃. Dictus aũt a tortis herbis ẽ torus: ut Proximus ut uiridãte toro cõſederat. ¶ Infandũ: qa uiro forti uictũ ſe dicere: & dolori ẽ & pudori. ¶ Iubes: uis: ut Iubeo chremetẽ. Nã aliter hoc uerbũ Aeneæ pſona nõ recipit. ¶ Troianas opes: ſic Hor. Aut pingues Phrygiæ: aut Mygdõias opes: opes dictæ ſemp ad magnificentiã: ſicut diuitiæ ad uſum. ¶ Et lamentabile regnũ: ideſt magnũ: quaſi dignũ multa lamẽtatiõe: ut Hi multũ fleti ad ſuperos. ¶ Danai: argiui a rege dicti Danao. Nam græci proprie ſunt Theſſali a Græco rege.

¶ DONA. Conticuere: qa dixerat fit ſtrepitus tectis & cyth. c. i. pſonat aurata: & ingeminãt plauſu tyrii: Cõticuere partĩ pp eius honorificentiã partim qa mẽs hominũ cupida eſt audiẽdi nouas res: & regina indixerat ſilentiũ. ¶ Intẽti: deſiderio inducebant̃ audiendi. ¶ Incipiã: in hoc prĩcipio narratiõis loci tpis: & perſonarꝝ memor ẽ æneas. Ergo ꝓpoſita retinet: ſed oſtendit eſſe ꝓlixa: & multa nec tpe: nec loco: nec pſonis cõgrua: ſed qa cupiebat id regina. cuius uolũtas ꝓ rõne eẽt: recurrit ad breuitatẽ: ut neq; ipe multa dura narrãdo in dolores incurreret: nec Didonem multũ uigilar̃ cogeret. Hoc loco docet ꝙ q̃uis oĩs narratio breuis eẽ debeat: tamẽ illa breuiſſima: cũ ꝓpria mala narrant̃: niſi neceſſitas cogat. Ergo contra: erit: cũ narrant̃ bõa. Nã ꝓſpera & referre iuuat: & exigũt audiẽtẽ. ¶ Infandũ: quoniã grauiſſima erãt ĩ cõuiuio: lætiſſimo narrãda: & nõ aliena mala: ſe ſua narrabat. ¶ Troianas. q. d. magnas. ¶ Danai: abiecte legẽdũ q̃ſi imbelles. ¶ Pars magna: qa pdidit regnũ. Vidit miſerãdã Priami & Polytæ mortẽ. Amiſit uxorẽ: & deĩq; patrem. Certe neq; Dido deberet audire: ꝙ mala ſua fleret. ¶ Quis ta. queris me narrare: q̃ etiam hoſtis: ſi audiret nõ abſtineret a lachrymis: Ibi. n. fuit unus ex græcis Achemenides quem fleturum dicit.

¶ CHRI. Toro ab alto: nã & ibi diſcubuerat: & ĩde ueluti ex loco ſupiori ab oĩb⁹ audiri poterat. ¶ Infandũ: Optimũ exordiũ & huic loco accõmodatiſſimũ: & ex uiſcerbus cauſæ eductũ. Nõ. n. poterãt abire troiani ſæuiẽte hyeme & nauib⁹ fractis. Neq; oĩno fidẽdũ uidebat̃ mulieri: nã uariũ & mutabile ſemp fœmina: & Oui. Fallite fallẽtes: nã magna ex pte ꝓfanũ: Eſt genus in laq̃os quos poſuere cadãt. Oĩs ergo orõ ad miſericordiã cõuertẽda erat. Captat ergo beniuolẽtiã p miſericordiã tũ a re ipſa tũ a pſona ſua: maxĩe ãt a uirtute troianorꝝ. Nã maxĩe mouemur cũ uidemus uirtutẽ a fortũa ſuperari: unde dixit infandũ dolorẽ: & q̃m tp̃s alienũ hmõi narratiõi uidebat̃: redit auditores attẽtos a magnitudĩe rei. ¶ Iubes: captat beniuolẽtiã ex eo qđ ſe ĩferiorẽ oñdit. Dixit. n. iubes q̃ſi ĩferat ꝙ oĩs ſupioris poſtulatio ꝓ iuſſis apud ĩferiorẽ haberi debet. Et ſimul excuſat apud alios ſuũ ĩ tpe incõgruo narrationẽ. ¶ Renouar̃: nã quẽadmodũ refricãdo exacerbat̃ uulnus & ſi pœne coierit: ſic & iã ĩueterat⁹ dolor cũ narrãdo redit ad memoriã exaſperat̃. ¶ Vidi: pathos a ſenſu uidendũ ut uidi egomet duo de numero cũ corpora noſtro: nã ut oſtendit Cicero in epiſtolis: Eadẽ calamitas grauiori fit ſi uideat̃ q̃ſi eadem audiatur.



Modeſtini Iuriſconſulti. Argumentum. ii.

COnticuer̃ oẽs: tũc ſic fortiſſim⁹ heros
Fata recenſebat Troiæ: caſuſq; ſuorũ:
Fallaceis Graios: ſimualtaq; dona Mineruæ:
Lacõtis pœnam: & laxantẽ clauſtra Sinonem:
Somnũ: quo monitus accepat Hectoris atrũ.
Iam flammas cæli: Troum: patriæq; ruinas:
Et regis Priami fatum miſerabile ſemper:
Impoſitumq; patrẽ collo: dextraq; prehenſum
Aſcanium: fruſtra a tergo comitante Creuſa.
Ereptam hanc fato: ſocios in monte repertos.

P. Virgilii Maronis Aenei. Liber Secundus.

COnticuere omnes: intẽtiq; ora tenebant.
Inde toro pater Aeneas ſic orſus ab alto:
Infandum Regia iubes renouare dolorem:
Troianas ut opes: & lamẽtabile regnum
Eruerint Danai: quæq; ipſe miſerrima uidi:

Et quorum pars magna fui. quis Talia fando
Myrmidonũ: dolopũ ue: aut duri miles Vliſſi
Tẽperet a lachrymis? & iã nox humida: cælo
Præcipitat: ſuadentq; cadẽtia ſydera ſomnos.
Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros:
Et breuiter Troiæ ſupremum audire laborem:
Q uanq̃ aĩus mẽiniſſe horret: luctuq; refugit:
Incipiam. Fracti bello: fatiſq; repulſi
Ductores Danaum tot iam labentibus annis

¶ SER. Pars magna fui: propter amiſſam coniugem. & hoc ſe commendat: ut paulopoſt: Aut quid in euerſa uidi crudelius urbe? ¶ Fando: dum ipſe Aeneas dicit: alibi dum dicitur: ut Fando aliquid ſi forte tuas peruenit ad aures: quia gerundii modus eſt. ¶ Myrmidonum: Myrmidones ſunt Achillis ſocii. ¶ Dolopes: Pyrrhi: qui eum de Scyro ſecuti ſunt. Dicti autem ſunt Myrmidones propter hanc cauſam. Aeacus Iouis & Aeginæ filius: cum poſt amiſſos peſtilentia ſocios in arbore fici formicas: ideſt μυρμηκας uidiſſet: optauit tot ſibi ſocios euenire: & ſtatim formicæ ſunt in homines uerſæ: ſed hoc fabulæ eſt. Nam Erathoſthenes dicit Myrmidonas dictos a rege Myrmidono. ¶ Aut duri miles Vlyſſi: duri: non laborioſi: ſed crudelis: ut Quam det tua coniunx dura: Nam Virgilius pro negociorum qualitate dat epitheta: Quum Homerus eadem etiam in contrariis obſeruet. Senſus autem eſt: ſine lachrymis hæc nec a quouis hoſtium dicerentur. Illud autem quod Aſinius Pollio dicit: caret ratione de Achemenide dictum miles Vlyſſi: Myrmidonas uero & Dolopas præſentes eſſe acceptos ab Heleno: ſed ut tanquam de ipſis Aeneam intelligamus dixiſſe: neeos quidem poſſe calamitates Troiæ ſine lachrymis explicare: ſed ſi ſic intelligamus dicti frangitur dignitas. ¶ Præcipitat: pro præcipitatur: uerbum pro uerbo: ut diximus. ¶ Cadentia ſydera: aut epitheton eſt ſyderum quæ ſemper oriuntur & occidunt: aut certe maiorem noctis partem uult eſſe tranſactam. ¶ Caſus cognoſcere: cognoſcendorum caſuum: & græca figura eſt. ¶ Et breuiter: præſcribit: quia Dido dixerat: A prima dic hoſpes origine nobis. ¶ Quanq̃ animus meminiſſe horret: quanq̃ melius præſenti iungitur tempori: ut Quanq̃ ſcio: quanq̃ lego. Quod autem dixit meminiſſe horret: defectiui uerbi ratio eſt. nec enim dicere poterat meminere. Et in his quæ corrupta ſunt naturaliter: ut odi: noui: cœpi: memini ad omnia tempora quæ inueniuntur: & ſuo & aliorum funguntur officio: ut memini præteritum eſt. Et legimus tamen in Andria: Memini uidere quo æquior ſum Panphilo. Et Memini me turribus altis Corycium uidiſſe ſenem. quod ſi fit & in uerbis integris: ut Iuuat euaſiſſe tot urbes: quãto magis in corruptis? ¶ Refugit: propter metrum: pro præſenti præteritum poſuit. ¶ Fracti bello: in hoc libro duplex intentio eſt: ne uel troiæ: ꝙ uicta eſt: uel Aeneæ turpe uideatur ꝙ fugit. ¶ Fatiſq; repulſi: oraculis ſecundũ Plau. tribus: uita: ſcilicet Troili: Palladii conſeruatione: integro ſepulcro Laomedontis: quod in ſcæa porta fuit: ut in bacchidibus lectũ eſt. Secundũ alios uero pluribus: ut de Aeaci gente aliquis intereſſet: Vnde Pyrrhus admodum puer euocatus ad bellum ẽ: unde dictus eſt Neptolemus: νε οσεις πτολεμον: ut Rhœſi equi tollerentur: ut Herculis intereſſent ſagittæ: quas miſit Philoctetes: quum ipſe non potuiſſet afferrre morte præuentus. ¶ Ductores: ſonantius eſt q̃ duces: ut regnatorem aſiæ: quod heroicum exigit carmen. ¶ Labentibus: uelocibus: ut Labere nympha polo: & Labere pennis. curſu enim lapſus celerior eſt: uel labentibus labilibus.

¶ DONA. Nox. h. c. præcipitat ſomnos: Non præcipitat pro præcipitatur: ſed lege. Nox humida cælo præcipitat ſomnos: ſuadentq; cadentia ſydera. ¶ Nox. h. c. P. Hoc uoluit dicere. Iam media nox aſſumpta eſt: Siquidem aura humida iam cœpit: & ſydera in occaſum labuntur. Hæc enim non fiunt niſi maxima parte noctis tranſacta. ¶ Subtilis: narratio hominis uicti & eius qui patriæ: adeſſe nequierit. Cuius auxilium Didoni omnia metuenti uideri debeat neceſſarium: Quod in ſpem certam uenire non potuit: niſi æneas prius perſonam ſuam iuſta defenſione purgaret: quod ab occaſione temporis & perſone ſumit. Non nos ſtrenui: ſed in belles uicerunt. Argumentum ergo a perſona. ¶ Fracti bello: nullus bello frangitur niſi imbellis: & niſi fortis ſit qui reſiſtit. At tempore tot iam labentibus annis: tamdiu reſiſtimus q̃ diu fata imperium ſtare conſenſerunt.

¶ CHRI. Et quoꝝ pars magna fui: & hoc auget uehementer. q. d. Vidi in me & in meis. ¶ Quis talia fando: maximus profecto dolor: quem ne ſæuiſſimi quidem hoſtes ſine lachrymis audiant Meminit autem Achillis & Vliſſis: quoniam uterq; præter cæteros alter ui alter dolis troianis nocuerãt. ¶ Myrmidonum: fabulam de formicis ponit. Serui. Stra. autem ait dictos Myrmidonas æginenſes qa ut petroſam regionẽ incollere poſſent formicarum more terram fodientes petras tranſportabant: ut materiam agri colendi haberent. Foſſas quoq; habitarẽt: ne lateritium opus illis ad ædificia eſſet exercendum. Erathoſthenes eos ait appellatos a rege Myrmidone: qui ante Aeacum fuit. militauerunt iſti ſub Achille: nam Homerus inducit Pyrrhum cum poſt mortem patris in troiam perueniſſet illos morte Achillis mœſtos conſolantem. ¶ Dolopum: dolopes teſte Strab. ad extrema phthiæ pertingunt. Pindus enim mons ad ſeptẽtrionem macedonum partem habet ad occaſum perebos hoĩes nugatores ad meridiem dolopas. Alii dicunt dolopas antiquos fuiſſe ætholoꝝ populos: & inde ueniſſe in magneſiã theſſaliæ & lapithis auxilio fuiſſe contra centauros: iſti ſub pyrrho militarunt. ¶ Cadentia: uel ſit epitheton ſyderum: uel oſtendit multum noctis proceſſiſſe: cum ea ſydera quæ in principio noctis ſurgebant a noſtro orizonte: nunc a medio cœlo iam cadant. metuq; refugit: ſic Cicero in tuſcula. ægritudo quaſi morſum aliquem doloris affert. ¶ Metus: receſſum quendam animi & fugam: lætitia profuſam hylaritatem libido effernatam appetentiam. ¶ Fatis: fatum in rerum ordine: ideſt ſecundum Platonicos: ideſt quod in mente dei ꝓuidentia: nã ut Apuleius ac Boetius uolunt ratio & ordo rerum ſingularum in diuine mentis adunata proſpectu prouidentia nuncupatur eadem deinde ratio ac ordo ſiue ſeries in rebus mobilibus ac tẽporibus explicata fatũ dicunt: ſed de hoc latius in ſexto ubi eſt Si te fata uocant ſecundũ Aureliũ Auguſtinũ.

Dolopes Pinus

Inſtar montis equum diuina Palladis arte
Aedificant:ſectaq; intexunt abiecte coſtas.
Votum pro reditu ſimulant.ea fama uagatur.
Huc delecta uirum ſortiti corpora furtim
Includunt cæco lateri:penituſq; cauernas
Ingenteis:uterumq; armato milite complent.
Eſt in conſpectu Tenedos notiſſima:fama
Inſula:diues opum:Priami dū regna manebāt.
Nunc tātum ſinus:& ſtatio male fida carinis.
Huc ſe prouecti deſerto in littore condunt.

¶SER. Inſtar:nomē eſt indeclinabile:licet Probus inſtaris declinauerit:ut nectaris:& caret ꝓpoſitiōe ſicut peregre.q̄uis Serenus lyricus ad inſtar dixerit.Inſtar āt eſt ad ſimilitudinē:unde non reſtaurata: ſed inſtaurata dicunt̄ ædificia ad antiquā ſimilitudinē facta:ut in tertio:Ergo inſtauramus Polydoro funus.¶ Equū: de hoc equo uaria in hiſtoriis lecta ſunt:ut Higinus dicit machinamētū bellicū fuit.Vnde ē Aut hæc in noſtros fabricata eſt machina muros:ut alii porta quā ei Antenor apuit equū pictū habuiſſe memorat̄:uel certe Antenoris domus quo poſſit agnoſci:Aut equeſtri ꝓlio uicta eſt troia:Aut mōte hippio poſt quē ſe abſcōderāt græci: Vnde & alludit inſtar mōtis equum:aut re uera fuit qđ Vir.ſequit̄.¶ Palladis arte:aut īgenioſe:aut doloſe:ac ſi diceret conſilio iratæ deæ:q̄ fuit inimica troianis. ¶ Aedificāt:trāſlatio a nauib⁹:ut Cice.Nauē tibi ædificatā cē Meſſanæ.Itē intexūt:ut Bis denas Italo texamus robore naues.¶ Abiete coſtas:nō ſine cauſa Vir. hoc loco abietē cōmemorat.Itē acerē:& pinū paulo/poſt:Nā fulminata abies interitum dn̄æ ſignificat.& Troia p fœminā periit. Acer uero in tutela ſtuporis ē.& uiſo equo ſtupuere troiāi: ut Pars ſtupet īnuptę donū exitiale mineruæ.Pinus in tutela q̄dē ē matris deū:ſed & fraudū & inſidiarū:qa eius poma cadētia per fraudē interimunt.& hic equus plenus inſidiaꝝ eſt.Abiete:ſolutio eſt ſpondei nunc in proceleuſmaticum alias in dactylum:ut Arma uirū tabulæq;:& troia Gaza per undas.alias in anapæſtū:ut Fluuioꝝ rex eridanus.Sciendū ſane Virg.ubiq; in ſolutione iſta ſeruare ſibi excuſationē ſynalœphæ:qđ alii cōtemnunt.¶ Votū:oblatum:nam participiū eſt.¶ Ea fama uagatur: bene excuſat:ne reus ſit conſcientiæ.¶ Huc:pro illuc.¶ Delecta corpora:delectoꝝ uirorum.¶ Sortiti:contraria ſunt ſortitus & delectus: Sed ītelligimus plures quidē electos:ſorte tamē ex his ductos qui īcluderent̄.¶ Viꝝ: pro uirorū:qua figura & in proſa utimur:Dicit ſane Pli.hoc in neutro nō eſſe faciendū: ſcilicet ꝓpter caſuum ſimilitudinē:niſi forte nimia metri neceſſitas cogat.¶ Cæco lateri:pro cæcis lateribus. Et nota aliter dici cæcū hominē.i.non uidentem:aliter cæcū latus.Obcæcaturū:abſconſurū.¶ Ingenteis:ut diximus: epitheto leuauit tapinoſim.¶ Vterumq;:uterus eſt mulierū:quē modo ideo dixit:qa dicturus eſt fœta armis.Aluus eſt quo defluunt ſordes:ut Saluſtius:Simulans ſibi aluū purgari.Venter qui uidet̄:ut Iuue.Montani quoq; uenter adeſt abdomīe tardus.¶ Armato milite:ut ſupra ex hoſte ſingularis primo plurali primo militibus.¶ Tenedos:Tenes quidā infamatus:q cū nouerca cōcubuiſſet:hāc inſulā uacuā cultoribus tenuit. Vnde tenedos dicta ē:Ideo ergo ait:Notiſſima fama.Sic Cice.in uerrinis:Tenē ipſum:cuius ex nomine tenedos nominat̄.¶ Diues opum: hic genitiuo iungit.Statius:qđ rarū eſt & ablatiuo:ut Satis oſtro diues & auro.¶ Statio:ſtatio eſt ubi ad tēpus ſtant naues:Portus ubi hiemant.¶ Male fida:aut minus fida pp periculū nauiū:qa ſtatio eſt:quā plagiā dicunt: aut certe fida græcis.¶ Male:hoc ē ī noſtrā perniciē:ut Lucāus de ſyrtib⁹: Sic male deſeruit & hāc ſignificationē raro inuenimus.Sane malefidus:minus fidus intelligitur Male enim minutionem habet:non negationem.

¶DONA. Inſtar.m.e.Fracti bello ſe ad inſidias cōuerterunt.¶ Palladis:quo poſſent ab inſidiaꝝ ſuſpitione abduci p equū.Maxime īſidiæ:nā quod abſcōdere nō potuerūt:ſpe religiōis cōtexerūt.¶ Electa:nō ergo plebea: & eſt ad excuſationē troianoꝝ:Elegerūt ex ducibus plurimos:& quoniā periculoſa nō poſſunt ſponte appeti: ſors dedit ex pluribus ſortibus quos equus caperet.oſtēdit aūt poeta paucoꝝ periculo prouidendū oībus:neq; debere homines refugere mortem ꝓ ſalute patriæ.¶ Cauernas:loca q̄ ꝑter uterum caua eſſent:ut circa armos & colum & ilia.¶ Eſt con.locus eſt qui hoſtiles inſidias facile celaret:conſpectu erat ſed inſula quo non facilis eſſet tranſitus & mare interiectum occultabat inſidias malefida:ergo credendum illos enauigaſſe.

¶CHRI. Inſtar:potius ad eq̄parationē q̄ ad ſimilitudinem ſignificare uidet̄.Cice.de finibus:Idq; ſic accidat mortis inſtar putemus Lucre.in.vi.tū facit uim plagæ mactabilis inſtar:ergo inſtar mōtis ad altitudinē mōtis nō āt ad figurā nō.n.de forma:ſed de quāto fit cōparatio.¶ Abiete:in europa ſex genera cognataꝝ arboꝝ ſunt: ut placet Plinio Pinus:Pinaſter:Pix: Abies:Larix:& tæda.¶ Abies maxima arbor efficit̄:ſed nulla uiſa maior q̄ q̄ ī naui fuit:Quæ Cai principis iuſſu ex egypto obeliſcū in uaticano ſtatutū uexit.cxx.modios lētis ꝓ ſaburra hūit.¶ Votū:participiū.i.ſimulāt equū eē uotū.¶ Fama:a fando dr̄ uel a græco φηмн.Differt autē a rumore: nā fama ē eius rei cuius certi auctores:Rumores illius cuius nullus certus extat auctor ſed de fama in.iiii.li. explicatius.¶ Sortiti:ſortimur rē:cū illā qa ſorte euenit accipimus.Hīc dicimus Scipio cōſul ſortitus ē aphricā.¶ Armato milite:intellectio eſt.¶ Tenedos:a Strabo.ponit̄ diſtare a cōtinēti ad ſtadia.xl.& habere ambitū ſtadioꝝ .lxxx.& urbē æolicā & portus duos:& Apollinis ſminthei delubrū:ut ēt Home. teſtat̄ Leucophris olim hæc inſula dicta eſt:ſed tenus cigni filius cū nouis colonis illā occupans a ſe denominauit.Tenedii uero dicūt Tenū calumnia nouercæ incluſum a parte in arca & in mare ꝓiectū huc appuliſſe:& pro deo habitū:quē aliq Apollinē credidere.Tēplū tybicenes nō intrant:qa nouercæ fauerunt.Ariſto.putant cū tenediis tegeates q in græcia ſunt affinitatem habere:& certe apud utroſq; Apollo collitur.Tenedi portus paucas naues capit teſte Quintiliano.¶ Statio:non portus eſt:ubi naues in tuto ſtare poſſunt:ſed quo ad tempus ſeſe recipiunt quam plagiā appellant Dicimns ēt ſtationē loca in mœnibus illorū cuſtodibus deſtinata.Liuius in ſeptimo de bello punico.Quod ubi animaduertit Scipio duabus ſimul partibus urbem eſt aggreſſus:quæ res tantū terroris adiecit: ut oppidani mœnia relinquerent & primum præſidium relictis ſtationibus in unum ſeſe colligerent.

cur equs dedicatur Pallad[i], Pier. in equo ·fol· 33·

¶SER. Abiiſſe:petiiſſe.abiuiſſe & petiuiſſe dicimus ſed pp metrũ ſyncope facta eſt. Oĩs.t.ſubaudi gens:& abſoluta eſt locutio. Panduntᷣ portæ:ſignũ pacis ẽ:ut Sal. Apertæ porte repleta arua cultoribus. Dorica caſtra:mala ẽ cõpoſitio ab ea ſyllaba incipere:qua ſuperior finitus ẽ ſermo.Nã plerũq; & cacẽphaton facit:ut hoc loco.Sane Dorus Neptũni fuit filius:unde & dori originẽ ducũt. Tẽdebat:tẽtoria habebat:ut Et latis tẽdebat in aruis. Sæuus achilles:ꝓpter Hectorem tractum:& talis ubiq; inducendus eſt:ut Horatius:Impiger:iracũdus inexorabilis acer Iura neget ſibi nata non arroget armis. Claſſibus hic locus:magis ad equites referre debemus:ut ortinæ claſſes.i.turmæ:Vnde & claſſica dicuntur. Hic acies:legitᷣ & acie:Nã dici põt utrunq;. Innuptæ:q̄ nũq̄ nubit.Nam uirgo põt & nubere. Donũ exitiale:q̄tum ad troianos. Primuſq; thymœtes:ut & Euphorion dicit Priamus ex Ariſ͛ba filium uatẽ ſuſcepit:qui quũ dixiſſet quadã die naſci puerũ:per quẽ troia poſſet euerti:pepererunt ſimul & Thymœtæ uxor & Hecuba:quæ Priami legitima erat.Sed Priamus Thymœtæ filiũ:uxorẽq; iuſſit occidi.Inde ergo nunc dicit ſiue dolo:q̃a iuſtã cauſam ꝓditionis habere uidebatᷣ:alii dolo uolunt:quo oẽs decepti ſunt. Sic fata ferebant:ut ẽt ciues contra patriã ſentirent. At capys:quidã non pater Anchiſæ:& bene nec ſe nec patrem huic cõſilio dicit interfuiſſe:per qđ interitus patriæ imminebat:q̄q̄ Aeneas q̄ſi obtrectator Priami nõ adſit:ut Home.dicit. Anchiſes uero propter cæcitatẽ:ut docet Theocritus. Subiectiſq; urere flammis:q̄ copulatiua coniunctio eſt:aut diſiunctiua:quo modo ergo has iunxit:poetarũ eſt partẽ pro parte ponere:ut toruũ pro torue:uoluẽtibus ꝓ uolubilibus.coniunctionẽ ergo pro coniunctione poſuit:ut Saxũ ingens uolunt alii radiiſq; rotarũq; ꝓ uel poſuit.Nam ſonantius uiſum eſt. Incertum:inſtabile:unde eſt Studia in contraria. Sane uulgus magis maſculini generis eſt q̄ neutri:quia in us exeuntia neutra in ris mittunt genitiuum:ut funus funeris:excepto pelagus:quod in hoc nomine creauit errorem.

Nos abiiſſe rati:& uento petiiſſe Mycenas.
Ergo omnis longo ſoluit ſe Teucria luctu.
Panduntur portæ:iuuat ire:& dorica caſtra:
Deſertoſq; uidere locos:littuſq; relictum.
Hic dolopũ mãus:hic ſæuus tẽdebat Achilles:
Claſſibus hic locus:hic acies certare ſolebant.
Pars ſtupet innuptæ donũ exitiale Mineruæ:
Et molem mirantᷣ equi:primuſq; Thymœtes
Duci intra muros hortatur:& arce locari.
Siue dolo ſeu iam Troiæ ſic fata ferebant.
At Capys:& quorum melior ſententia menti:
Aut pelago Danaũ inſidias:ſuſpectaq; dona
Præcipitare iubent:ſubiectiſq; urere flammis:
Aut terebrare cauas uteri:& tentare latebras:
Scinditur incertum ſtudia in cõtraria uulgus.

¶DONA. Nos abiiſſe:cum & littus reliquiſſent & malefida eſſet ſtatio non mirum ſi crediderunt abiſſe. Ergo omnis:mortalitas plena monſtratur:Vbi enim creditum eſt bellum amorum ſolutus eſt ei longi temporis luctus. At capys:ſententia Tymœtæ ſuſpitioſe tracta eſt:Capys aut ſententia non nunc melior:ſed poſt factũ cognita eſt. Scinditur:nã cum totũ ſuſpitionibus ageretᷣ nihil potuit recte firmari:Primus ubi nõ erat.

¶CHRI. Itẽ q̄ in caſtris:aut pro caſtris eiuſdẽ cuſtodiæ cauſa ſunt:& in cœlo planetarum ſtatione dicimus. Hic:repitito eſt Itẽ diſſolutũ:q̃a q̄tuor clauſulæ ſunt ſine copula. Stupet.i.ita admiratᷣ:ut ſtupeat.

Minerua Mineruæ:minerua quã Iouis filiã eſſe dicũt ſine cõmixtiõe muliebri ex ſuo capite orta oſtẽdit nulla admixtione rerꝫ humanarũ:& corporearũ ab ipſo deo nobis intellectũ ꝓuenire:Cice.quinq; Mineruas ponit:Primã quã Apollinis matrẽ dicit:Secundã ortã ex Nilo:Tertiã ex Ioue:Quartã Ioue natã ex coryphe nympha Oceãi filia:quam Arcades coryan uocãt:& quadrigarũ inuentricẽ dñt:Quintã Pallãtis filiã q̄ patrẽ uirginitatẽ ſuã uiolare conantẽ interemit:Cũ igitᷣ Iuppiter Iunonẽ ſterilẽ uideret:ut liberos haberet:ſæpe cõcuſſo capite Mineruam edidit:Hæc lanificiũ:& texturã reperit:& numeros atq; illorũ figuras:hãc Vulcanus adamauit:ſed illa concubitũ refugiente:ſemen in terrã fluxit:natuſq; deinde Ericthonius ſic ab illa cõtentione:& terra nominatus:dr̃ Pallas a Pallãte interfecto:uel potius a cõcuſſione haſte:qua in bello uirtute:eſt.n.bellorũ paciſq; dea:nã ſapiẽtia quæ ab ĩtellectu ꝓuenit potiuſq̄ a corporis uiribus bella:ita adminiſtrantᷣ:ut ad pacẽ deueniatᷣ:Appellatᷣ tritõia ab aphricæ palude tritonidæ:apud quã:ut Aug.ſcribit regnãte Ogygio apparuit:Herodo.ãt refert in aphrica maclies eſſe populos:iuxta quos triton ſit fluuius ex eoq; efficiatᷣ tritonis palus:ex qua dicunt Neptũnum Mineruã genuiſſe:uerꝫ cũ illi quandoq; pr̃ ſubcenſuiſſet:illa ſe Ioui tradidit:& ab eo per adoptionẽ ſibi filiã factã huic ſingulis annis uirgines ſacra faciunt.Nã ſi duas acies diuiſæ lapidibus fuſtibuſq; decertant:& ſi qua in pugna occubuerit ea ſpeudo parthenos.i.nõ uera uirgo creditᷣ:Ante ãt q̄ pugnã ineant:oĩum pulcherrimã uirginem corynthia galea:& tota armatura græca ornatã in curru ponunt:illaq; paludẽ circũeuntem oẽs ſequuntᷣ:Hæc Herodo.Diodo.ãt ſiculus addit Mineruã paulo ante in tritonio fulmine natã ab Hamone cõiuge Rhæ cuſtodẽ poſitã eſſe cõtra ipam rheã ꝓ tutela filii:quẽ ex amalthea ſuſcepat:ipſamq; ꝑpetuã uirginitatẽ ſeruaſſe:& ꝓpter aĩ ſolertiã multas artes ĩueniſſe:& ĩ bello plurimũ ualuiſſe:& alcidã belluã q̄ ignẽ ore uomẽs oĩa inflammaret ĩgenio & uiribus ĩteremiſſe.Cretẽſes ĩ ſua ĩſula tritonẽ flumẽ Dicũt:& apud illius fontẽ ex Ioue natã Mineruã affirmãt ibiq; eius tẽplũ oſtẽdũt:Dicũt ꝙ Alcidã beluã hãc primũ appuiſſe in phrygia q̄ pp hoc cõbuſta uocatᷣ:deĩde in taurũ cõuerſa cũcta nemora ꝑpetuo tenore ĩ indos uſq; ĩcẽdio cõſumpſiſſe inde ꝑ phœniciã cõuerſam libani ſyluis exuſtis ꝑ ægyptũ in lybiã trãſiſſe uſq; ad heſperũ:ibiq; oĩa exurẽtẽ ipſos mortales:aut ꝑdidiſſe:aut in fugã uertiſſe donec illã Pallas ꝑdit.Aug.ãt cũ de Mercurio ac hercule dixiſſet:addidit Mineruã lõge his antiq̄orẽ fuiſſe:eã tꝑibus Ogygis ad lacũ tritõis uirginali facie apparuiſſe:Vnde tritõia ſit nũcupata multorꝫ operũ inuẽtris:& tãto magis dea credita q̄to minus eius origo ĩnotuit. Dr̃ græce αθΗΝΗ ab eo qđ ẽ αθροι

uideo:qm̃ deæ ſapiæ ẽ q̃ oía cernit uel a priuatiua:& θω qđ ſigñat lac ſugo:nã cũ ex capite Iouis maiuſcula nata ſit lacte nõ eguit:ab eo ergo dictæ ſunt athenæ:nã cũ certaret cũ Neptũno ab utro eoꝝ denoíanda eẽt urbs.Neptũn⁹ terrã tridẽte pcuſſit:atq; ide nat⁹ ẽ equ9.Ipa uero cũ haſta terrã pcuſſiſſet:nata ẽ oliua.Cũq; p equũ bellũ p oliuã pacẽ belloanteponẽdũ ſit ĩtelligãus:iudiciũ fuit ut athenæ.i.mĩerua nomẽ urbi daret.Varro uero refert cũ Cecrops uel ꝯderet uel reſtauraret urbẽ appuiſſe repẽte oliuã arborẽ:& alibi erupiſſe aq̃s: ac p delphicũ oraculũ accepiſſe rẽgẽ p oleã Mineruã:p aquã Neptũnũ ĩtelligi:& poſſe ciues ab utro illoꝝ deoꝝ uellẽt urbẽ noíare coegit ergo ciues utriuſq; ſexus:Nã etiã mulieres tũc ſuffragiis publicis intererãt:Mares ergo ꝓ neptũno:fœminæ ꝓ minerua ſentẽtias tulere:Et quoniã una plus fœminæ fuere athenæ nomẽ urbi fuit.Iratus Neptũnus porrectis fluctibus atheniẽſiũ agros populatus eſt:ergo ad eũ placãdũ triplici ſupplicio mulieres affectæ ſũt: ne deinceps ſuffragia ferrent.Ne quis naſcẽs nomẽ matris ferret:Ne quis eas athenas nũcuparet.¶ Scindit̃:Statius a cõtrario imitat̃:nec uarius fremor aut ſtudia in cõtraria rapti diſſenſus:ut plebe ſolet:furor oíbus idem.

Prius ibi ante omneis magna comitãte caterua
Laocoon nardens ſumma decurrit ab arce.
Et procul:o miſeri quæ tanta inſania ciues?
Creditis auectos hoſtes?aut ulla putatis
Dona carere dolis Danaũ?ſic notus Vlyxes?
Aut hoc incluſi ligno occultantur Achiui:
Aut hæc ĩ noſtros fabricata ẽ machina muros
Inſpectura domos:uenturaq; deſuper urbi.
Aut aliquis latet error : equo ne credite Teucri
Quicqd ideſt.timeo Danaos:& dona ferẽtes.
Sic fatus:ualidis ingentem uiribus haſtam
In latus:inq; Feri curuam cõpagibus aluum
Contorſit:ſtetit illa tremens:uteroq; recuſſo
Inſonuere cauæ:gemitũq; dedere cauernæ.
Et ſi fata deum:ſi mens non leua fuiſſet:
Impulerat ferro argolicas fœdare latebras.

¶SER. Ante oẽs:aut piſſologia ẽ:qa dixit primus: aut añ oẽs.i.uidẽtib⁹ oíbus.¶ Laocoon:oía ĩ on exeũtia tertiæ ſũt declinatiõis:ut laocoõtis:demophoõtis hippocoõtis.¶ Quæ.t.in.qa ĩſanoꝝ ẽ cõtra ſe ſentire.¶ Dona.c.d.ordo eſt:dona danaũ nõ dolis danaũ uel diſtinguẽdũ ẽ danaũ.i.ex danais.¶ Sic.n.u.qa uolũtate uerberat⁹:& ſub habitu mẽdaci:troiã ĩgreſſus explorauit uniuerſa.¶ In li.bũ ligno q̃ſi diſſuaſor:nõ ſimulacro:ut paulopoſt ducẽdũ ad ſedes ſimulacꝝ:nã in ſuaſiõe uel diſſuaſiõe tã ſenſus q̃ uerba cõſiderant̃.¶ Error equo.i.dol9:ut Inextricabilis error.& ẽ figura ab eo qđ p̃cedit ad id qđ ſeq̃t̃.¶ Aut.a.l.e.i.dol⁹ in equo.ẽ ſane error:& ſic dicẽdũ.¶ Equo.n.c.t.Itẽ qcqđ eſt timeo.& dicẽdũ qd.i.ſiue bonũ ſiue malũ & iũgẽdũ cũ p̃cedẽtib⁹.uel diſtinguẽdũ ẽ.timeo danaos uel .i.& dona ferẽtes.Hoc.n.meli⁹ ẽ.¶ Feri.q.ab eo qđ toto corpe ferat̃.uñ ſemifer.i.cẽtaur⁹ q̃ſi medius equ⁹.¶ Curuã aluũ:Plau.maſculío ait genere : quo nõ utimur.Percuſſũ ſane ĩtelligim⁹ ĩter uẽtrẽ & lat9.¶ Vtero re.ꝓ cõcuſſo.p̃poſitio ꝓ p̃poſitiõe.¶ Caue ca.græca figura eſt:ut uitã uiuere:mortẽ mori.¶ Fata.d.fata mõ participiũ ẽ:hoc ẽ q̃ dii loquũt̃:ut Stati⁹.Et uocẽ fata ſequunt̃.¶ Leua: modo contraria. & ſciẽdũ leuũ quum de humanis rebus eſt eſſe contraria quum de cæleſtibus ꝓſpeꝝ:ut ĩtonuit leuũ:qa ſiniſtra numinũ intuẽtibus dextra ſunt.¶ Fœdare:dilacerare:fœdũ aũt tã apđ Vir.q̃ apđ Sal.nõ turpe ſigñat:ſed crudele:ut Sãguĩe fœdãtẽ quos ipe ſacrauerat ignes Saluſti⁹.Fœdi oculi.

¶DONA. Laocoon:inter ambigentes : ſed deſcendit ab arce excitus contrarietate ſententiarum : & cupiebat præuenire:ne quid in perniciem reipublicæ decerneretur.¶ Ardens:uel ingenio uigilans: aut uehementer pro ſtatu publico commotus.¶ Et procul:niſi aderet uerba:donec aduentaret diſtuliſſet.¶ O miſeri : inuectio ardentis animi non contumelioſa in ciues : ſed pro ſtatu publico neceſſaria?¶ Miſeri : qui ea quirunt : quibus efficiantur miſeri.¶ Auectos : qui per tot annos bellum geſſerunt.¶ Aut ulla : quaſi dicat creditis id tutum quod reliquerint hoſtes:aut aliud quippiam:quod beniuolentiæ ſimulationem afferant.¶ Danaum:quaſi calidorum:& uerſutorum.¶ Vlyxes:quaſi ſi non eſſent doloſi ab hoc magiſtro addiſcere potuerunt: Hoc oportebat oſtendere ſi in contraria iam raptos auertere a propoſito uolebat : ergo notiſſima fraude unius uniuerſam gentem uituperat.¶ Equo:quia originem ducit a fraudulentis hoſtibus:qui tunc maxime timendi ſunt: cum beniuolentiam ſimulant.¶ Sic fatus ualidis: non uerbis ſolum : ſed re uoluit affirmare ſententiam.¶ Fata : deorum uoluntatem accipere debemus : quaſi dicat niſi dii auertiſſent intentionem noſtram ſtatim inſidias has cognouiſcemus.

¶CHRI. Magna comitante cauerna: Nam & hi ſibi aderent ſententiæ fautores.¶ Laocoon : frater Priami fuit & Phœbi ſacerdos: dicitur etiam Laocon per ſyneriſim.¶ Inſania : ſemper mala eſt & ſtulta :furor autem Inſania
etiam diuinus eſt ſed inſanum tamen aliquando dicimus qui diuino ſit percitus furore : ut inſanam uatem furor
aſpicies.De diuino furore ſuo loco dicet̃.Ciues inuectiua plena tamen amore:& huiuſmodi interrogatio multam affert uehementiam:& maximum exprimit ardorem dicentis:Pronunciandum ergo eſt uno ſpiritu uelociſſime:& ardentiſſime.Deinde cum ait: Aut hoc incluſi & cætera:profertur cũ mora aſſeueratione.¶ Equo .n.c.t.elatiori uoce & cum eadem aſſeueratione. Eſt enim aſſeueratio quoties non ſolũ uerbis: ſed etiam ipſa Aſſeueratio
actione:& geſtu rem affirmamus:& inter argumentandũ admiſcemus uim motũq; animorũ. Quintilianus. Altera ex aſſeueratione probatio eſt:ut ego hoc feci?Tu mihi hoc dixiſti?O facinus indignũ:& Cicero in Bruto.Magni intereſt coram uidere quemadmodũ aduerſarius de q̃libet re aſſeueret. Maxime autem : ut quæq; res audiatur.¶ Validis.u.ut non eſſet minor uehementia in actione qui in oratione.¶ Gemitum : omnem ſonũ qui præ anguſtia emittit̃ gemitum dicimus in hoc aũt loco dixit gemitũ ut quaſi eſſet omen futuræ calamitatis.¶ Et ſi fa.il.cum ſuſpitio pronuncianda:& ſic Troiaq; nunc ſtares Priamiq; arx alma. Gemitus

Troiaqꝫ nunc ſtaret: Priamiqꝫ arx alta māeres.
Ecce manus iuuenē interea poſt terga reuictū
Paſtores magno ad regem clamore trahebant
Dardanidæ: qui ſe ignotum uenientibus ultro
Hoc ipſum ut strueret: troiāqꝫ apiret Achiuis:
Obtulerat fidēs animi: atqꝫ in utrūqꝫ paratus:
Seu uerſare dolos: ſeu certe occumbere morti.
Vndiqꝫ uiſendi ſtudio Troiana iuuentus
Circumfuſa ruit: certantqꝫ illudere capto.
Accipe nunc Danaū inſidias: & crimē: ab uno
Diſce omneis.
Nāqꝫ ut conſpectu in medio turbatus: inermis
Cōſtitit: atqꝫ oculis phrygia agmia circūſpexit
Heu q̄ nūc Tellus inqt: q̄ me æquora poſſunt
Accipe? aut quid iā miſero mihi deniqꝫ reſtat?
Cui neqꝫ apud Danaos unq̄ locus: & ſuper ipſi
Dardanidæ infenſi pœnas cū ſanguie poſcūt.
Quo gemitu conuerſi animi: cōpreſſus & oīs
Impetus: hortamur fari quo ſanguine cretus:
Quid ue ferat: memoret q̄ ſit fiducia capto.
Ille hæc: depoſita tandem formidine: fatur.

¶SER. Staret: ſi ſtaret legeris: maneres ſequitur: ꝓpter ὁμοιοτέλευτον: & eſt apoſtropha. ¶ Iuuenem reuinctum manus: ut Oculos ſuffuſa nitenteis. ¶ Trahebant: cū feſtinatione adducebant: ut Conuentus trahit in medios. Et modo trahebant ad deſideriū ducentiū: & Sinonis ptinet ſimulatione. ¶ Quis ſe: quibus ſe alii qui ſe legunt. ¶ Hoc ipſum: per m quia uſurpatum eſt ipſud: & ē naturale ipſus: ut Ipſus mihi dauos. Dicimus ergo ipſus ipſa ipſū: doctus docta doctum. ¶ Strueret: cōfirmaret periuria: & dolo℞ ſemina. & reſpexit ad ſuperiora: ut Aedificāt. ¶ Fidens aī: ut O pſtans aī iuuenis. & ē nomen. deſiit. n. eē participiū: qa genitiuo caſui cohæret. & pōt recipe cōparationem. Participiū. n. & accuſatiuo cohæret: & nō recipit compatione. ¶ In utrūqꝫ: ī mō ad ſignificat: alibi cōtra: ut & ſupra diximus. ¶ Verſare dolo: euertere. & ſubaudi troianos: aut dolos uerſare: ideſt exercere. ¶ Viſendi: frequētatiuū eſt uiſo. ut uerſo faceſſo: licet rarū ſit: Nā in to exeunt frequētatiua. ¶ Circūfuſa ruit: figura hypallage: ruit & circūfuſa ē. ¶ Illudere capto: & illudo tibi dicimus: ut hoc loco & illudo te: ut Verbis uirtutē illude ſuperbis: & in te. ſimile eſt inſulto. ¶ Crimen ab uno: hoc eſt cauſa: ut Crimen amor ueſtrū. ab eo qđ pcedit id qđ ſequitur. Si. n. ſimpliciter intellexeris crimine: de negocio ad pſonā uitioſum trāſitum facis. Alii ſic legunt: danaū inſidias & crimē. ¶ Turbatus: q̄ſi turbatus: ut exultat amazon q̄ſi amazon. ¶ Heu: mō eſt una ſyllaba: ſed interdum propter metrū duæ fiunt: ut eſt: Heu qua pingui macer eſt mihi taurus in eruo. ſicut prendit & præhendit. & ſecundum Plinium multa ſunt alia. ¶ Tellus & æquora: bene conciliat miſerationem: de communibus duobus excluſus elementis. Sane tellus lus longa eſt: & ſunt pauca quæ us producunt: ut ſenectus: iuuentus: ſalus: uirtus: palus: ſeruitus: incus: thus: rus: mus: pus: tunc ſcilicet quum genituus in tis uel ris exit. Et habet penultimam longā: ideo autem tis & ris diximus: quia palus: licet paludis longa ſit lu: breuis tamē nōnunq̄ inuenitur: qa in dis exit genitiuus: ut Hora: Sterilisqꝫ diu palus aptaqꝫ remis. ¶ Aequora: modo maria: alibi campos: ut Ac prius ignotū ferro quā ſcindimꝰ æquor. dictum eſt ab æqualitate. ¶ Deniqꝫ: aut uacat ſicut gentium: Aut nouiſſime ſignificat. ¶ Et ſuper ipſi: quibus ſum pſtiturus ſalutem. ¶ Infenſi: infenſus ꝓprie dicit plus q̄ inimicus. ¶ Pœnas cum ſan. po. ideſt & tormenta & mortē: poteſt enim aliud eē ſine alio. ¶ Quo ſanguine cretus: qbus ſit parentibus natus. Nā græcū eē conſtabat. ¶ Ferat: afferat. ¶ Memoret q̄ ſit fiducia capto: aut dicat quæ tanta ſit in captiuo fiducia: ut audeat dicere inſuper ipſi: aut certe memoret eſt meminerit: ut ſignificet meminerit in captiuo ueriloquium: uitæ fiduciam eſſe. Vnde & reſponſio talis eſt.

Ecce ¶DONA. Nūc: ſicuti ſtetiſti ante has īſidias. ¶ Ecce: ſp ponit ecce Virg. ubi ſignificat aliqđ malū repētinū. Dū igit illa diſputāt aliud īteruenit: qđ ab eq tētatu auerteret: Primus āt aduētus efficit: ut res in pſentia omitteret: ſimulata deīde oratio pēitus religiōe nos aſtrixit: ne Mineruæ dōa fœdaremꝰ: Accedēte maxīe uiolatoris morte: Ecce rē īprouiſam exoriri oſtēdit: q̄ magis mouet pſertī cū aſſint ſigna nocētis. ¶ Qui ſe: cōſiliū Sinōis fuit puenir: ne eq fraudes auerteret. ¶ Hoc ipm: paratus ēt mortē ſubire: nā nō ſit facinus magnū ſine magno piculo. ¶ Vndiqꝫ. u. expreſſit hominū morē: qs. n. nō cupiat hoſtē ſuū captū uider & uiſo illudere. ¶ Accipere: deſtruxit græco℞ pſonā oī occaſiōe: & defēdit ſuā. Nā totā rē ī deo℞ aduerſū ſtudiū reuocat: ut oñdat græcos: tū īſidiis: tū deo℞ īiuſto fauor uictoriā obtīuiſſe. ¶ Quo gemitu: bōitatē troiāo℞ oñdit q ꝓ ſupplicio ultio qđ ſpabat ſolo gemitu eiꝰ: ꝓ pēa cōtēti ſūt. ¶ Hortamur fari: uī ꝓpoſitiōis hēt & tria ꝓpōit: ad q̄ Sinonē rñder cōueniret. ¶ Cūcta: ꝓmittit oīa uera dictu℞: q nulla ī pte fuerat ueritatē detracturꝰ. ¶ Tibi rex: aſſūit fiduciā cōfitēdi apud eū q & cognoſcēdi & agnoſcēdi facultatē hēret. Cōmēdat āt ſe q uera polliceṫ & qđ regē appellat: captat bēiuolētiā.

¶CHRI. Paſtores: nā cū deuia colāt: illū facile indeuiis inuenire. ¶ Magno cla. & cōuitiis in eū & cōgratulatiōe turbæ cōcurrētis. ¶ Ignotū: ignoratū: nā nō uidiſſet niſi ſe ultro obtuliſſet: uel ignotū nā ſi eū nouiſſent nō potuiſſet decipere: uel ignobilem & deeſt quaſi: Nam ſe nobilem oſtendere ſine maxīa ſuſpitione non poterat. ¶ Hoc ipſum: nō addidiſſet tātū piculū: niſi fuiſſet fidēti aīo: & niſi ꝓponeret īgens pmiū piculo. ſ. aperire troiā ſuis: & niſi eſſet paratus etiā obire mortē. Hæc igit omnia rē incredibilē ueriſimilē faciunt: & oſtenditur qualē eē oporteat ciuē pro ſalute patriæ. ¶ Accipe: cū indignatiōe in græcos protulit. ¶ Nāqꝫ: mirifice deſcribit hominē ſimulātē metū ut maior deīnde fides ſibi adhibeaṫ. ¶ Turbatus: q̄ſi turbationem ſimulās. ¶ Atque. o. p. a. c. Quid ſit ab his qui uehementer timent. ¶ Heu quæ. n. t. i. q. m. æ. p. a. qua quidē re quid pōt eſſe miſerius. Diximus de interrogatiōe alio in loco plura. Hic aūt cōmiſerationē auget. ¶ Quo. g. quantū uerbis & actiōe ſimulata potuerit: facile apparet: cū īſenſos ad miſericordiam ſolo gemitu perduxerit. ¶ Depoſita for. & hoc etiā fingit.

Cũcta equidẽ tibi Rex:fuerint q̃cũq; : fatebor
Vera inq̃t:neq; me argolica de gente negabo.
Hoc primũ:nec ſi miſerum fortuna Sinonem
Finxit:uanũ etiam:mendaceq; ĩproba finget.
Fando aliquid:ſi forte tuas peruenit ad aures
Belidæ nomen Palamedis:& inclyta:fama
Gloria:quem falſa ſub proditione Pelaſgi
Inſontem:infando indicio:quia bella uetabat
Demiſere neci:nunc caſſum lumine lugent:
Illi me comitem:& cõſanguinitate propinquũ
Pauper ĩ arma Pater primis huc miſit ab ãnis
Dũ ſtabat regno ĩcolumis: regnumq; uigebat
Conſiliis:& nos aliquod nomenq;:decuſq;

℃SER. Fatebor uera: Alii memorẽ legũt ut ſit ſenſus:hortabamur ad loquẽdũ memorẽ:hoc eſt qui diligẽ/
ter factionis ſuæ meminerat. Fuerint quæcũq;:ideſt quicũq;:me ſequat̃ euentus. Hoc primũ:hoc eſt maxi/
mum apud me uerꝝ dicere Sinonẽ. Auctolycus q̃dã fur fuit.qui ſe uarias formabat in ſpecies.hic habuit liberos
Siſyphũ:unde natus ẽ Sinõ:& Auctoliã:unde Vlyxes : Cõſobrini ergo ſunt.Nec ĩmerito Vir.Sinoni dat & fal/
laciã & ꝓditionis officiũ:ne multũ diſcedat a fabula:q̃a ſecũdũ Euphorionẽ Vlyxes hoc fecit. Finxit:cõpoſuit:
formauit:ut Corpora fingere lĩgua:Et notãdũ ꝙ oĩs Sinõis oratio ẽ dia ſyrtica.Nã & negociũ exprimit:& tro/
iãorꝝ ĩſultat ſtultitiæ: ut hoc loco finxit. Vanũ: fal/
lacẽ.Et uanus ẽ q ẽt ſine utilitate mẽtit̃. Mẽdax qui
tm̃ ad decipiẽdũ.Sãe uanus apud idoneos ſtultus ĩue
nit̃:ut Iuue.Sic libitũ uano:q nos diſtĩxit othõi. Fã
do aliq̃d ſi forte tuas:puenit ad aures:dũ dicit̃.& utit̃
bona arte mẽdacii:ut p̃mittat uera:& ſic falſa ſubiun
gat.Nã q̃d de Palamede dicit uerꝝ ẽ:q̃d de ſe ſubiũgit
falſũ.Et ſciẽdũ ex hac hiſtoria partẽ dici:partẽ ſuppri
mi:partẽ ĩtelligẽtibus lĩnq.Nã Palamedes: ut Apol/
lõius dicit:ſeptĩo gradu a Belo originẽ ducẽs:quũ de
lectũ militũ p græciã ager: & ſimulãtẽ inſaniã Vlyxẽ
duxit ĩuitũ.quũ.n.ille iunctis diſſimilis nãæ aĩalibus.
ſalẽ ſereret:filiũ ei Palamedes oppoſuit: quo motus
Vlyxes aratra ſuſpẽdit:ne filiũ offenderet:q̃d nõ ĩnſa
niæ:ſed prudẽtiæ fuerat ĩdiciũ.Et ad belum ductus
hũit iuſtã cãm doloris.Poſtea quũ Vlyxes frumẽtatũ
miſſus ad thraciã nil aduexiſſet:a Palamede eſt uehe
mẽter ĩcrepitus.Et quũ diceret adeo nõ eẽ negligẽtiã
ſuã:ut ne ipſe q̃dẽ ſi pgeret:quicq̃ poſſet aduehere: ꝓ
fectus Palamedes ĩfinita frumẽta deuexit:q̃ ĩuidia Vlyxes auctis inimicitiis fictã epiſtolã Priãi noĩe ad palame/
dẽ:p q̃ agebat gratias ꝓditiõis:& cõmemorabat ſecretũ auri põdus eẽ trãſmiſſũ:dedit captiuo:& eũ ĩ itinere fe
cit occidi.hæc ĩuẽta more militiæ regi oblata ẽ:& lecta prĩcipibus cõuocatis.Tũc Vlyxes quũ ſe Palamedi adeſ/
ſe ſimularet ait.Si uerꝝ eẽ creditis:ĩ tẽtorio eius aurũ q̃rat̃.Quo facto ĩuẽto auro:q̃d ipſe p noctẽ corruptis ſer/
uis abſcõderat:Palamedes lapidibus ĩterẽptus ẽ.hũc ãt ꝯſtat fuiſſe prudẽtẽ.Nã & tabulã ipſam ĩuenit ad cõpri/
mẽdas ocioſi ſeditiões exercitus:ut Varro teſtat̃:ſecũdũ quoſdã ipſe repperit literas.Quæ res ſi forte ſit dubia:
tñ certũ ẽ ab hoc ĩuẽtã cũ aſpiratiõe.rẽſpectu k literæ ſine aſpiratiõe. Inclyta gloria:pp delectũ & frumẽta. Fal
ſa ſub ꝓditiõe:ſub falſo crimine ꝓditiõis.& rẽ notã p trãſitũ dicit.Vñ paulopoſt:Haud ignota loquor.quãq̃ ibi
poſſit ĩtelligi haud ignota nobis:ſed certe ad uos ẽt potuit puenire.Sciẽdũ ſane factũ hoc & troiãos ſciſe.Sed Si
nõ callide q̃ſi ignorãtibus:q̃ uera ſũt dicit:ut fidẽ ſequẽtibꝰ faciat. Infãdo ĩdicio:pp aurũ clã ſuppoſitũ Quia
bella uetabat:Iã hoc falſũ ẽ:ſed dr̃ ad Sinõis cõmẽdationẽ. Caſſũ:priuatũ uacuũ. Paup:hæc fuerat cã militã/
di ut Terẽtius: Quũ hĩc egẽs ꝓfugi & aliquo militatũ. Dũ ſtabat regno ĩc.q̃a & ipſe unus de regibus fuit. Et
nos:pluralis numerus ꝓ ſingulari ad euitãdã iactãtiã. Nomẽ gloriã: ut Nomẽ echioniũ matriſq; gẽus pideæ.

℃DONA. Fatebor:aliud ẽ q̃ referã.Referimus cũ dicimus aliq̃d ſimplex:& põt ꝓferri ſine tormẽtorꝝ metu. Fateri
Fatemur ãt cũ ꝓdimus id q̃d ſit cõtrariũ cõfitẽti & poſſint tormẽtis exprimi ſe pectore negãtis:& repẽte bis fa/ Referre
tebor cũcta:& fatebor quodcũq; erit. Argolica de gẽte:ad id quo ſangĩe cre.Græcus ſũ.Ac ſi dicat hoſtis ſum.
Nec ſi.m.f.ſ.F.u.e.m.q.i.f.Potuit eripere mihi fortũa priorẽ fœlicitatẽ.At nõ poterit me mẽdacẽ fingere. Hoc
argumẽto pſuaſit:ut troiãi crederẽt reliq̃:& ne uideat̃ ĩcredibile q̃d ipſe ſolus ex oĩbus græcis remãſerit:ad hãc
partẽ ducit ex alto prĩcipiũ:& narrat rẽ omnibus notã & magna ex pte uerã quã expoſita ſubiũgit falſa. Pala/
medis:eadẽ dicit q̃ Ser.de Palamede. Et nos aliq̃d:de p̃terita eius florẽti fortũa:& de p̃ſenti miſeria ſibi cõpa/
rat beniuolẽtiã.Cõmẽdat ẽt Palamedis memoriã dicẽdo q̃a bella uetabat ut amico uiuẽti p̃ſtarent ꝙ defuncto
nõ poterãt. Superis.c.a.o.non dixit mortuus ẽ:ne eius memoria digna poſt hominũ finẽ uiuere memoraret̃.

℃CHRI. Fatebor:coactus ꝓferã.Nã fingit ſe niſi coactũ nolle dicere q̃ ſimulat timere ne noceãt. Nec ſi mi
ſe.optima ſentẽtia:niſi ſit ĩ ore fraudulẽti.Fortũæ uis nulla eſt cõtra uirtutẽ.Poteſt auferre q̃ ĩ temeritate ſua po
ſita ſunt ſed nõ q̃ ĩ noſtro animo ſunt. Vanũ:differt a falſo & ficto.Falſum ẽ quo tegit̃ id q̃d factũ eſt. Vanũ: Vanum
q̃d fieri nõ põt.Fictũ ergo totũ eſt ſine uero:ſed ueriſimile.Falſum loqui mendacis eſt fictũ callidi. Vanũ ſtulti. Falſum
Falſum loq culpæ eſt.Fictũ uirtutis.Vanum uecordiæ. Falſis decipimur. Fictis:delectamur.Vana contemni/ Fictum
mus. Mẽdacẽ:mentiri differt ab eo quod eſt mendacium dicere.ut ait.P.Nigidius quem Cice. ingenii & do/ Menda/
ctrinarum nomine ſumme reueritus eſt.Nam qui mentitur non fallitur:ſed alterum fallere tentat:Qui men cium
dacium dicit ipſe non falli:quãtum in ſe eſt.Itaq; uir bonus non mentitur : Prudens autẽ nõ dicit mendacium
ait Aulus Gelli. Aures:quia uocem auriãt:ut uocem his auribus auſi.Vel a græco illi enim ωτα dicunt. In/
clita:nobilis.Nam κλεος apud græcos. Gloria:q̃ diffinit̃:a Cice.ut gloria ſit cõſentiens laus bonorꝝ & ĩcorru/
pta uos bene iudicãtium de excellente uirtute:ut ait tuſculanis. Quia bella ue.pathos a cauſa.Inde enim ma/
lũ prouenit:unde bonum ꝓuenire debuit.Nam cauſa rem miſerabilem facit ut de Aleſo dum ſeſe medium pa
ci offert item qui ſanguine nobis hanc patriã propere ſuo:Item indignatio a cauſa:ut At tu dictis albane mane/
res. Lumine:nam uitam lumen uocamus:ſicut mortem tenebras & noctem : ut in æternam clauduntur lu/
mina noctem. Comitem:is eſt qui principalem ſequitur:Decus a græco eſt p antiſtœcõ.Illi.n.κυδος dicunt.

¶SER. Inuidia:propter aduectum frumentum.¶Pellacis:per blanditias decipientis Pellicere enim eſt blãdiendo elicere uel decipere.¶Mecum indignabar:quomodo ergo nec tacui demens? intelligimus iſtum quaſi tacuiſſe primo:poſtea impatientia doloris erupiſſe.¶Fors ſiqua:bene ſiqua:quia eſt bona:& mala.¶Promiſi:per contrarium ait:pro minatus ſum: quia minamur mala: promittimus bona. Sic Horatius contra: Atqui uultus erat multa & præclara minantis:ideſt promittentis.¶Prima mali labes:quia ſecuta ſunt poſtea oraculum.& aſcita Calchantis factio.Labes uero ruinam ſignificat a lapſu.¶Criminibus: cauſis:ut ſupra:Et crimine ab uno.¶Spargere uoces miſcere: Cicero: Spargere uenena didicerunt.¶Ambiguas:dubias:ne ſi aperte ageret accuſatio eſſe uideretur.¶Conſcius:aut peracti ſceleris:aut dolorum ſuorum: ut eſt in tertio:Ob litus ſue ſui eſt ithacus diſcrimine tanto.¶Arma:modo fraudes:uel dolos.Nam arma ſunt inſtrumenta cuiuſlibet rei.Vnde & inſidiantis fraudes arma nominauit.¶Nec requieuit enim:aut uacat enim : aut pendet ſenſus ex poſterioribus.¶Donec calchante miniſtro:arte enim agit ſemiplena dicendo.ut cogat & interrogare & auidius audire troianos.¶Chalchante miniſtro:me deſtinat aræ intelligitur: & eſt apoſiopeſis.¶Ingrata:nec uobis placitura: nec mihi gratiam conciliantia.¶Quid ue moror:ueſtram ſcilicet feſtinationem.¶Omnes:& eos qui uobis prodeſſe diſponunt.¶Vno ordine : uno reatu.& eſt de antiqua tractum ſcientia: quia in ordine dicebantur cauſæ propter multitudinem: uel tumultum feſtinantium.quum erat annus litium. Iuuenalis: Expectandus erit qui lites inchoet annus.¶Iandudum:modo q̃ primum.¶Hoc ithac⁹ uelit & magno mercentur Atridæ:callide hoc dicto impetrat uitam aſſerens mortem ſuam illorum hoſtibus eſſe placituram.Ideo autem dicit mercentur:quia ſacrorum eſt ut fugiens uictima ubicunq; inuenta fuerit occidatur:ne piaculum committatur.Ergo Sinon qui uictima fuerat:& iure:& uotis: & præmio græcorum interimitur.Ithacus uero pro ithacenſis.principale pro deriuatiuo.¶Magno:ideſt precio.ut Turno tempus erit magno quum optauerit emptum Intactum palanta.¶Ardemus ſcitari:feſtinamus.¶Quærere cauſas:inquireretur græcis eius interitus optaretur.¶Artiſq; pelaſgæ:ars των μεσων eſt:ideo adiecit pelaſgæ.fraudulẽti enim ſunt habiti ut Plautus græca mercamur fide.

Geſſimus:inuidia poſtq̃ pellacis Vlyxi
(Haud ignota loquor) ſuperis cõceſſit ab oris
Afflictus uitam in tenebris:luctuq; trahebam.
Et caſum inſontis mecum indignabar amici:
Nec tacui demens:& me fors ſiqua tuliſſet:
Si patrios unq̃ remeaſſem uictor ad Argos:
Promiſi ultorem:& uerbis odia aſpera moui.
Hinc mihi prima mali labes:hic ſemp̱ Vlyxes
Criminibus terrere nouis:hinc ſpargere uoces
In uulgum ambiguas:& q̃rere conſcius arma.
Nec requieuit enim:donec Calchãte miniſtro.
Sed qd̃ ego hæc aũt nequicq̃ ingrata reuoluo?
Quid ue morõ? ſi oẽs ũo ordiẽ hẽtis achiuos?
Idq; audire ſat eſt : iandudum ſumite pœnas.
Hoc Ithacus uelit:& magno mercent̃ Atridæ.
Tum uero ardemus ſcitari:& quærere cauſas
Ignari ſcelerum tantorum:artiſq; Pelaſgæ.

¶DONA. Vitam in te.ut illi qui cupiunt mori & non uiuere.¶Idq; au.ſat eſt ubi ad cardinem uenit in quo mendaciorum conſtitit affectus:negauit ſe dicturum ne ultro omnia referendo daret ſuſpitionem falſitatis.ait igitur cum ſciat ſe periturum melius eſſe ne ſecreta Græcorum prodat.Neq; enim propter unum hominem debeo omnes meos prodere.¶Quid ue moror:cur differo pœnas meas poſt relationis beneficium continuo moriturus:Vlyxes enim omne malũ uidebitur:intuliſſe:qui me quolibet peccato quærebat occidere.¶Tum uero:hoc cõſilium noſtram cupiditatem audiẽdi accendit.¶Ignari:Nã noſtra ſimplici natura pẽdẽtes Græcos illum uera dicere putabamus:Sed illi omnes ſunt doloſi:unde ſaciauit illud:& crimine ab uno Diſce omnes.

¶CHRI. Trahebant : quaſi inuitus uiuebam.¶Amici : mouet uehementer amicitiam : ſed etiam ſi non eſſet amicus tamen quia inſons moueret.¶Promiſi:quamuis promittamus bona & minemur mala: tamen quia promittere eſt ueluti ſe debitorem aſtringere: iccirco dixit promiſit:ut non ex ira minitaretur:ſed etiam: fidem aſtringeret ſe facturum. Minari autem præfert ſui quandam fiduciam ſe facturum. Vnde Horatius. Multa & præclara minantis.Quoniã ergo minari uidetur polliceri de ſe quandam inuitam ſupereminẽtiam dicimus minas murorum:& dicimus ædificiam minari ruinam:Hinc repetitio eſt quæ ſæpe commiſerationem mouet.¶Vno ordine:quaſi pari gradu.Nam ordines dicuntur in theatro illa aſcenſio graduum: & qui in eodem ordine ſunt pares ſunt nec alter altero ſuperior aut inferior.¶Habetis : iudicatis:exiſtimetis.¶Iandudum:iamdiu ſignificat:& quia uehementer properantibus etiam uelociſſima uidentur longiſſima dicimus : Iandudum cum uolumus exprimere q̃primum:ut oſtendamus q̃uis ocyus fiat nobis ſero uideri.¶Pœ/
Ithaca nas:per œ ſcribitur:quia eſt a græco ποινη per oi.¶Ithacus :ithaca:& ceplalenia: & zacinthus: ante ſinum corynthiacum inſulæ eſt ithaca:in qua regnauit Vlyxes aſpera montuoſaq; eſt:de qua Cicero. At ſinos id quod maxime debet noſtra patria delectat:cuius rei tanta eſt uis:& tanta natura : ut ithacam illam in aſperimis ſaxulis tanq̃ nidulum affixam ſapientiſſimus uir in mortalitati anteponeret.¶Mercentur: non ſolum cupiunt ſed ita cupiunt:ut ſint pro eo daturi præcium:neq; ſolum præcium:ſed magnum præcium.¶Tum uero :iſtæ
Cauſa duæ dictiones iunctæ hoc ſignificant:ut ſi alias tamen nunc maxime.¶Cauſas:cauſa eſt per quam res fit.ſunt autem quatuor cauſæ efficiens:materialis:finalis:& formalis:ut in hoc equo cauſa efficiẽs fuit is Faber q ædificauit:Materialis:lignum ex quo fabricatus eſt.Formalis ea forma & imago equina quam Faber in materiam induxit.Finalis:ut ſcilicet per eum fallerentur Troiani.

¶SER. Pauitans:quaſi pauitans.¶ Ficto pectore:pectus ꝑ uerbis poſuit:Nam nunq̄ fingitur pectus.¶ Sæpe fugā Danai:hoc ſecūdū Homerum uerū eſt.ut maxime eſt εν τοβ.ιλιαδος.¶ Moliri:parare.¶ Feſſi: bello: fauorē ſibi cōciliat dicēdo fatigatos eſſe græcos uirtute troianorū.¶ Vtinā:nec enim hic aræ deſtinaretur.¶ Ponti hyems:bene addidit pōti:qa eſt & tēporis & aeris.¶ Eunteis:ire cupiētes:ut Quum canerē reges & ꝑlia:ideſt cum canere uellē.& ē figura:ubi ſtatuiſſe aliqd pro incohatione habetur.¶ Præcipue:cōtra illud: ne diceretur numina nō eē placata.¶ Aethere:ætherē ꝑ aere poſuit poetica licētia.¶ Suſpēſi:aut ſolliciti:ut Noſtroq; ī limīe

Proſequitur pauitans:& ficto pectore fatur.
Sæpe fugam Danai Troia cupiere relicta
Moliri:& longo feſſi diſcedere bello.
Feciſſentq; utinam:ſæpe illos aſpera Ponti
Intercluſit hyems:& terruit Auſter eunteis.
Præcipue cū iā hic trabibus cōtextus acernis
Staret equus:toto ſonuerunt Aethere nimbi.
Suſpenſi Eurypylū ſcitatum oracula Phœbi
Mittimus:iſq; Adytis hæc triſtia dcā reportat.
Sanguine placaſtis uentos:& uirgine cæſa
Cum primum Iliacas Danai ueniſtis ad oras:
Sanguine quærendi reditus: animaq; litandū
Argolica uulgi quæ uox ut uenit ad aures
Obſtupuere animi:gelidusq; per ima cucurrit

pēdes:quia nec tēpeſtas poſt dona mutabaẗ. Aut ad nimbos referẗ diſtinctiōe mutata.¶ Scitātē: participiū pro participio eſt:ideſt ſcitaturū.Alii ſcitatum legunt.i.inquiſitum.¶ Oracula:tēpla:de quibus dātur oracula.¶ Adytis:adytū eſt locus templi ſecretior:ad quē nulli eſt aditus niſi ſacerdoti α ſine Δυω ingredior.i.ſine alicuius ingreſſu.¶ Triſtia dicta reportat: more ſuo breuiter habitum futuræ orationis oſtendit.¶ Sanguine placaſtis uentos & uirgine cæſa: quū primū hic diſtinguendū:quia & ſemel ad troiam uētū eſt:& anteq̄ ad eam ueniret:De Iphigenia eſt ſacrificatum:cuius fabula eſt talis.Quū græci ad Aulidē ueniſſent: Agamēnon Dianæ ceruā occidit ignarus. Vnde irata dea fla tus uētorum remouit:quāobrem cū nec nauigare poſſent:& peſtilentiam ſuſtinerent: oracula cōſulta dixerunt:agamēnonio ſanguine Dianā eſſe placandā.Ergo quum ab Vlyxe ꝑ nuptiarum ſimulationē adducta Iphigenia ī eo eſſet ut immolaretur:numinis miſeratione ſublata ē:cerua ſuppoſita:& trāſlata ad Tauricam regionē regi Thoanti tradita eſt:ſacerdosq; facta Dictynæ Dianæ:quum ſecūdū ſtatutā cōſuetudinē humano ſangīe numē placaret:agnouit fratrem Oreſtem:qui accepto oraculo carendi furoris cauſa cum amico Pylade colchos petierat:& cum his occiſo Thoante ſimulachrū ſuſtulit abſconditū faſce lignorū.Vnde & faſcelis dicitur:nō tātū a face:cum qua pingitur:ꝓpter quod & lucifera diciẗ: & aritiam detulit.Sed quum poſtea romanis ſacroꝝ crudelitas diſpliceret:q̄q̄ ſerui immolarentur:ad laconas eſt Diana tranſlata:ubi ſacrificii conſuetudo adoleſcentuloꝝ uerberibus ſeruaẗ:qui uocabātur βωμονικαι:quia aris ſuperpoſiti cōtēdebāt:qui plura poſſent uerbera ſuſtinere.Oreſtis uero oſſa ab Aricia Romā trāſlata ſunt:& cōdita ante tēplū Saturni:quod eſt ante cliuū capitolii iuxta Concordiæ tēplū.¶ Virgine cæſa:nō uere: ſed ut uidebaẗ.Et ſciendū in ſacris ſimulata pro ueris accipi.Vnde quum de aīalibus quæ difficile inueniunẗ eſt ſacrificādū:de pane: uel de cæra fiunt:& pro ueris accipiunẗ.hinc eſt etiā illud:Sparſerat & latices ſimulatos fontis:auerni.Nā & in tēplo Iſidis aqua ſparſa de Nilo eē dicebaẗ.¶ Argolica:quia occurrebat occidi potuiſſe captiuum.

¶DONA. Pauitās:aut pauorē ſimulās:aut pauitās ne ligua titubāte ī curſu īſidiaꝝ detectio naſcereẗ q̄ iā uidebat ī tuto eē.¶ Sæpe fugā:cū hoc falſum eēt parat cām q̄ ſit credibile.ſ.bello feſſi.¶ Feciſſentq; ut.recte optare ſimulat:Nā & Troianos placabat & ſibi cōmiſeratione captabat.¶ Sæpe illos.a. nō cōſiliū facto ſed euētus uolūtas defuit.¶ Sāguine:uerū dicit de iphigenia.Falſum addit de ꝓcepto Apollinis.Miſcet ergo uera ut credantur falſa.¶ Argolica:ne credatur potuiſſe litari alienigena:Nec quærenda erat uirgo cū exercitus fœminis careret. ¶ Vulgiq;:uox cū enim generalitatē propoſuiſſet:Quia res incerta erat unuſquiſq; timebat ſibi: Excuſat autē.

¶CHRI. Pauitans:pauere tundere eſt:unde pauimentum quod pedibus tundatur. Hinc dicimus pauere Pauere hominem:cū ex magno timore tunduntur pectora crebro magnoq; motu pulmonū:& tremitu qui eſt a frigore totū concutiẗ corpus.Ex timore:refugit ſanguis ad cor:& partes externæ ab eo relictæ frigeſcunt: Vnde Pauitare eſt frigeſcere:& timeſcere.Ergo quod tremit timor:qđ pauet pauor dicitur.Metus autē a quoddam Pauitarē motu animi dicitur:cum illud qđ caſurum putat:refugit mens.Cum autem ita uehementer ſe moueat ut ha Pauor beat foras formido dicitur.Pauitans igitur quaſi pauitās Non.n.pauebat ex timore ſed ſimulabat. ¶ Ficto.pe. fingebat aliud habere in mente q̄ habebat.¶ Moliri:tanq̄ rem arduam.¶ Acernis:ex acere eſt.n. acer opere ele Acer gantia ac ſubtilitate cedro ſecunda plura eius genera. Album quod præcipui candoris gallicum uocatur alterū genus criſpum macularum diſcurſu qui cum excellentior fuit a ſimilitudine caudæ pauonis nomen accepit in Hiſtria Venetiaq; præcipuum. Euiliori genere craſſiuenium uocatur.Tertium genus zigiam rubet:& fixili ligno:ſed hoc alii proprii generis uolunt:& Carpinū latini appellant.¶ Aethere.i.aere: Nam perturbatiōes iſtæ. ut ſunt uenti pluuiæ:grandines:nubes:& ſimilia:quoꝝ motus. Ariſto.in meteoris:exequitur non ſolum non tranſcendunt ad ætherem:ſed ne in aere quidem ſupra octo ſtadia:ideſt quinq; milia inueniuntur.Nam cacumina nōnullorū montiū qa hāc altitudinē ſuperāt:ut eſt olympus īmunia harū perturbationū eſſe multi ſcribunt.¶ Eurypilū : hic Euemonis Filius orchomeni quæ Vrbs Boetiæ eſt regnauit.de quo nūc intelligit:alter fuit Eurypilus filius.Tertius fuit filius Thelephi ex athocle.¶ Adytis:aditū neutri generis eſt:& Græcū nomē: & diciẗ ab α priuata:& Δυω ſubeo:Quia illū locū nemini niſi ſacerdoti ſubire licet : aditus āt ab adeo adis uerbale ē:& ſignificat īgreſſum:ut Sola uiri moles aditus : & tēpora noras.¶ Gelidus:q a gelu ē:Nerui.n.& ligamēta.Vnde ē motus:& firmamētū calore roboranẗ:Frigore autē debilitantur atq; inde uacillāt:& īde fit tremor.

¶SER. Cui fata parēt: cui pparēt mortē. ¶ Magno tumultu: ad factionē tegēdā. ¶ Numīa diuū: p oraculis poſuit. & q̄rit mō nō qd dicat. nā planū ē: ſed qs debeat immolari. ¶ Multi crudele canebāt: multi bis ītelligēdū .i. multi uidebāt taciti: multi ēt dicebāt ne ſit cōtrariū canebāt taciti. ¶ Biſqnos ſilet ille dies: dicimus & biſqnis ſilet dieb⁹. ¶ Tectus: aut multitudini ſe ſubtrahēs: aut tegēs cōſiliū ſuū. ¶ Vix tādē: aut iūge: aut uacat tādē: aut ſepara. & ē exaggeratio a ſynonymis: ut abiit: exceſſit: euaſit: erupit. ¶ Cōpoſito: ex pacto: uel ordīe īter eos īſtituto. ¶ Rūpit uocē: hoc ē erūpit ī uocē & dictū ē p cōtrariū. Nā ſilētiū rūpere eſt loq: ut Quid me alta ſilētia cogis Rūpere? uocē rūpere tacere: Sed aliq̄ īterdū ſimpliciter: īterdū p cōtrariū debemus intelligere. ¶ Et q ſibi qſq; timebat: iō hoc addidit: qa dixerat Aſſenſere oēs ne uideret̄ cūctis fuiſſe ſuæ gētis iuiſus. ¶ Mihi: multi poſterioribꝰ, multi primis iūgūt. Vnus tñ ē ſenſus. ¶ Parari: īfinitiuus modꝰ p īdicatiuo: & ē figura ppria hiſtoriographoꝝ. ut Sal. Eqtare: iaculari: curſu cū æqualibꝰ certare: ut poetaꝝ ppria ē Nuda genu. & Toruū clamat. Quod aūt ait Cicero bellicū canit: nō ē figura: ſed ſermo naturalis: ē. n. ſoni nomē. ¶ Salſæ fruges: ſal & far qd' dr̄ mola ſalſa. q̄ & frōs uictiæ & foci aſpergebant̄: & cultri. Fit āt de horna fruge: & horno ſale: ut Horatius: Et horna fruge. ¶ Vittæ: quibus uictimæ coronant̄. ¶ Leto: nō ſacrificio: inuidioſe locutus eſt. ¶ Vincula rupi: atq ſolutæ ſūt hoſtiæ. Nā piaculū eſt ī ſacrificio aliqd eſſe religatū. Vnde ē Vnū exuta pedē uinclis ī ueſte recincta. Itē Vittaſq; reſoluit Sacrati capitis. Ergo uincula religionis intelligē: ut Et uinclis innatet chlœlia ruptis. ſ. fœderis. Nec. n. obſides unq̄ ligant̄. Sed huic expoſitioni illud occurrit: Vnde iſte ligatus fuerit: qa eū troiani non ligauerunt ultro enim ſe obtulerat. Vnde intelligendū eſt a græcis magis ligatū: qa & cōſuetudo illa: quā ſupra diximus: erat ī ipſo tēpore ſacrificiorū. Ante. n. ligabant̄. ut Iuuenalis: Sed pcul extēſum petulās q̄rit hoſtia funem.

Oſſa tremor: cui fata parēt: quē poſcat Apollo.
Hic Ithacus uatem magno Calchāta tumultu
Protrahit ī medios: quæ ſint ea numina Diuū
Flagitat: & mihi iam multi crudele canebant
Artificis ſcelus: & taciti uentura uidebant.
Biſquinos ſilet ille dies: tectuſq; recuſat
Prodere uoce ſua quēq̄: aut opponere morti.
Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus
Compoſito rumpit uocem: & me deſtinat aræ.
Aſſenſere omneis: & quæ ſibi quiſq; timebat:
Vnius in miſeri exitium conuerſa tulere.
Iamq; dies infanda aderat: mihi ſacra parari:
Et ſalſæ fruges: & circum tempora uittæ.
Eripui (fateor) leto me: & uincula rupi.

¶DONA. Calchantem: qui falſa dixerit. Nam oſtendi uim eſſe paſſum. Remouet a ſe odium: quia Græci aſſenſere de eo quoniam odiſſent: ſed ut ipſi interitu qui incertus erat liberantur. ¶ Fugi: nō culpam criminis: ſed innocens crudeliſſimā mortē. Ne ea gauderet inimicus: & ne quis quærat quomodo potuerit fugere: addit uincula rupi. ¶ Limoſoq; la. limus enim & lacus ſuffragabantur ne poſſent inſequentes intrare. Poſuit & nocte nam & tenebre adiuuabant. ¶ In ulua: timiditatem maximam ſimulat: ut cum in loco eſſet ad quē nulli eſſet aditus tamen in eo quæreret latebras. Vluam dicunt rem quam uulgus budam uocat: ſed nihil intereſt quæ ſpecies ſit herbæ modo illum occultare poſſet. ¶ Vela darent: ut oſtendat ſuos pluſq̄ Troianos timuiſſe.

¶CHRI. Calchāta: hic uates fuit. Teſtoris filius ſic dictus: ut Græci grāmatici uolūt απο της καλχης. Id aūt eſt πορφυρα πορφυρειν āt ē περι ἀνανι. curate excogitare: Quoniā hic acurate futura excogitaret: Hic apud Troiā ex numero paſſerū a ſerpēte uoratorū quot annorū obſidio Troiæ futura eſſet pdixit. Poſt uero Troianū Bellū aiunt illū cū amphiloco amphiarai Filio tereſtri itinere Colophōem q̄ urbs cariæ eſt perueniſſe: & cum apud fanū clarii apollinis: quod ante eā urbē eſt in Mopſum augurē præſtātiſſimū īcidiſſet: præ mœrore mortuū eſſe: Heſiodus ſcribit Calchantē Mopſo propoſuiſſe: ut diceret quot ficus ea quæ aderat caprificus ferret: ac Mopſum dixiſſe decies mille unaq; amplius ac cū uera de numero dixiſſet. Cōtinuo Calchātē e uita migraſſe. Pherecides āt ſcribit prægnāte ſuæ oblata Calchantē interrogaſſe Mopſum quot illa porculos in utero gereret: & Mopſum reſpōdiſſe tres atq; ex illis unā Fœminā & cū uera dixiſſet: illū præ dolore mortuū. Sūt q dicūt Calchantē ſuē propoſuiſſe: & mopſum caprificū ac mopſum uera dixiſſe Calchantē uero minime: & præ mœrore mortuū: & ſophocles in quodā loco ſcribit cū Helena repoſeretur: tūc Calchanti fata mortē decreuerunt: cū præſtantiorē augurē offendiſſet. Sed hic Calchantis mortē traſfert in Ciliciā. Refert præterea Strabo quod in agro daunio q nō pcul aſypūte eſt: Circa tumulū quē Diomedis uocāt Baſilicæ duæ mōſtrant̄. Vna qdē Calchantis in ſummo uertice cui petētes oracula nigrātē ſacrificāt arietē: & ſtrata in pelle dormiūt. Altera podalirii in īfima mōtis radice poſita. ¶ Bis quinos: poeticæ: nā orator nō ponit nomē p numerali niſi ſit bis ut ſingulis diebus terni ueniebāt & niſi ſit nomē qd' careat ſingulari. Nam tunc ſemp ponitur p numerali: ut binas litteras & ternas nuptias. ¶ Prodere: ſimpliciter manifeſtare ſignificat & eſt ex p & dare. Pro. n. cōpoſitione demonſtrat rē in pmptu & aperto poni: ut promo promulgo: ſed quoniā qui ſibi commiſſa manifeſtāt fidē frāgunt dicimus prodere fidem frangere. ¶ Morti: mors eſt omnis ſeparatio animi a corpore. Cædem autē & necem dicimus cum ui anima pellitur. ¶ Aræ: de qua uide in Buco. ¶ Timebat: ſibi timeo te uela te cum formido ne damnū uis ue a te mihi īferat̄. Timeo autem tibi. i. timeo ne tibi noceatur. ¶ Tulere: æquo animo paſſi ſunt. Non enim lætati ſunt in quo oſtenderetur ipſum eſſe ſuis odium: Sed tulere tanq̄ rē moleſtā moti miſericordia tulere tamē quoniā ipſi ſe extra periculum uidebant. ¶ Infanda: nam nō ex religiōe ſed ex crudelitate parabant̄ ſacra. ¶ Salſæ fruges: ſine ſale uita humana eligantior eſſe neqt. Et in animo ſales appellant̄. Varro Pulmētarii uice uſos ſale antiquos refert: maxima tamē ī ſacris apparet auctoritas: quoniā nulla cōficiūtur ſine mole ſalſa ait Pli. ¶ Salſæ ergo fruges. i. moles ſalſa: Faciebat. n. molam. i. pultem ex ſale & farina horna. i. huius anni.

Calchas

Mors

Sal

❡SER. Limoſoq; lacu:ut ueriſimile fugā faciat:circunſtātiis utitur. Notādū ſane Virgiliū ſub alioꝝ pſonis cām exeq nobiliū:ut hoc loco Marii:Itē paulopoſt Pōpeii:ut Iacet īgēs littore trūcus. ⁋ Per noctē obſcurus:bo/ na elocutio eſt:rē tēporis ad pſonā transferre:ut matutinus uenit. ⁋ Si forte dediſſent:mediū ſe pbet: nā nec ne/ gat:nec cōfirmat eos nauigaſſe:ne aut eis demat ſecuritatē:aut qđ ſupra dixit falſum ſit nō poſſe nauigare græ cos:niſi homine īmolato:ut illoꝝ ſit qcqd elegerint:& artis eſt in argumētorū anguſtia incertis uti ſermōib9. ⁋ Antiquā:carā & bene cōmemorat liberos & parentē:ut oſtēdat ſe nō deſeruiſſe:ut uilē:ſed mortis fugiſſe ter rorē. ⁋ Fors ad pœnas:forte & pœnas. Alii iūgūt fors & ut ſit forſan. Bene elicit miſericordiā: oſtēditq; nō ſe hr̄e cām redeūdi poſt mortē ſuoꝝ. ⁋ Effugia: & fu ga:& effugiū dicimus:ſicut lana & laniciū:ut ſi tibi la niciū curæ:hinc ē æqtas:& æquū. ⁋ Piabūt:expiabūt: & τῶν μεσῶν eſt. Nā plerūq; īpiare ſignificat. ⁋ Per ſi qua ē:diaſyrtice irridet:ut diximus: ordo ē. Quod te oro p ſuperos. ⁋ Nō digna.i.indigno luctu affecti. ⁋ Miſereſcimus ultro:aut p ſe plenū eſt: aut cohæret ſequētibus:qa non pōt primis. Dicimus.n.aut illā rē miſeror: aut illius rei miſereor nō illis. Vltro āt nō ē ſpōte:nā iā rogauerat:ſed inſup. Et uenit ab eo qđ eſt ultra:qa pluſq̄ rogauerat pſtiterunt. ⁋ Arcta uincula: aut epexegeſis manicaꝝ eſt:aut utrūq; hūit. ⁋ Quiſ/ qs es:licet hoſtis ſis.& ſunt (ut habemus ī Liuio) īpe/ ratoris uerba trāſfugā recipiētis in fidē:Quiſqs es no ſter eris. Itē uigilas ne deū gēs uerba ſunt: qbus pōti/ fex maximus utit̄ in puluinaribus: qa uariā ſciētiam ſuo īſerit carmini. ⁋ Hic iā:aut ex hoc tpe: aut ex hac orōne:aut ex eo qđ te dicis Vlyxis factiōe laboraſſe. ⁋ Ediſſere uera:hic diſtinguēdū: uera.n.audire deſi/ derat. ⁋ Quo molē:quā ob cām.& ad hoc reſpōdet ſi nō ne recipiat̄ portis. Et eſt color:q in cōiecturali ſta/ tu ſæpe reqrit̄. ⁋ Quis auctor:ad hoc rn̄det: Calchas attollere iuſſit. ⁋ Quid ue petūt:qd deſiderant: utiq; ut placet̄ Mineruæ. ⁋ Ad ſidera:in altū.ad locū ſideꝝ uel qa ſemp ſunt ſidera:ſed ſolis ſplēdore uincuntur. ⁋ Aeterni ignes:aut ararū:quas fugit ut execratio ſit pp poſteriora uos aræ:aut certe Solē & Lunā ſignifi/ cat. Execratio autem eſt aduerſorum deprecatio. Iuſiurandum uero optare proſpera.

Limoſoq; lacu per noctē obſcurus in ulua
Delitui:dum uela darent:ſi forte dediſſent.
Nec mihi iam patriā antiquā ſpes ulla uidēdi:
Nec dulceis natos:exoptatumq; parentem:
Quos illi fors ad pœnas ob noſtra repoſcent
Effugia:& culpā hanc miſerorū morte piabūt:
Quod te per ſuperos:& cōſcia numina ueri
Per:ſiqua ē:quæ reſtat adhuc mortalibus: uſq̄
Intemerata fides:oro:miſerere laborum
Tantorum:miſerere animi non digna ferentis.
His lachrymis uitā dāus:& miſereſcim9 ultro:
Ipſe uiro primus manicas:atq; arcta leuari
Vincla iubet Priamus: dictiſq; ita fat̄ amicis.
Quiſqs es:amiſſos hinc iā obliuiſcere Graios:
Noſter eris: mihiq; hæc ediſſere uera roganti.
Quo molē hāc īmanis eq ſtatuer̄:qs auctor:
Quidue petūt:q relligio:aut q machīa belli:
Dixerat.ille dolis inſtructus:& arte pelaſga
Suſtulit exutas uinclis ad Sydera palmas:
Vos Aeterni ignes:& nō uiolabile ueſtrum

❡DONA. Nec mihi:ponit cōſultationē quā in lacu.habuit. Hinc.n.niſi nauigarent erat periculū uitæ ſi na uigaſſent priuabat:antiqua.i.magna patriā:uel antiqua.i.cuius affectum diuturnitas tpis accumulauerat & fi/ liis:& parētē:& ſingula ſingulis dedit patriā dixit antiquā natos dulcis expectatū patrē in qbus rebus occurrūt peiora qđ græci illos eēnt occiſuri pp ſuā fugā piādā:qđ erat neceſſariū. Hæc aūt oīa dicta ſunt ut faceret uериſi/ milia q fingebat. ⁋ Per ſupos:quos nō latet ueritas. ⁋ Per ſiqua ē q.n.ſciebat apud ſe nō eſſe fidē:unde arbitrabat̄ apud nullos eē. Et cū pſona ſua eēt odioſa: qa hoſtis mouet miſericordiā a ſuis calamitatibus Priamus autē ut omnia uera diceret:depoſita regia auctoritate ut amicus cū hoſte locutus ē. ⁋ Noſter eris: apta beniuolētia cū recipiat cū ꝓ ciue. ⁋ Mihi:ſcilicet regi q poſſem tormētis inqrere ueritatē & ſimpliciter qro. ⁋ Mihi: qui te ſer/ uaui:& in eoꝝ numerum recipi. ⁋ Quo molē:Breuiſſima ꝓpoſitio:ſed perfecta. Quæſitum eſt cur equus eſſet factus. Cur tantæ magnitudinis. Quo auctore:utrum religiōis an Belli cā. ⁋ Ille dolis.q.d.natura ſua & arte pe/ laſga mandatis ſuorum & oſtendit nullum Græcum carere dolis. ⁋ Vos æterni:iurauit ſed ſubtiliter:nam tro ianos fallit:& non prodit arcana ſuorū adhibuit iuſiurādū quia nō uidebat̄ uеriſimile illū ſuorum ſecreta ſine tormentis ꝓdere. Teſtatus eſt igitur non ꝓpter narrationis ueritatem: ſed ꝓpter licentiam quaſi proditionis.

❡CHRI. Antiq:carā. ⁋ Quod te per ſupos:callide loquit̄ ut argui nō poſſit.ait enim numina ſcire uerum. Non autem ſcire illū ea non eſſe mentitū. Neq; dicit eē aliquē locum īcorruptæ fidei. ⁋ His.q.d.adeo callide ut queuis decipere potuiſſent & cōmēdat Troianos a clemētia. Nā artis ē nos ſemp ab ea uirtute auditores cōmē/ dare qua cupimus illos in nos uti. ⁋ Manicas:uincula manū. Alias ornamentū ueſtiū circa manus: Vt Et tuni/ cæ manicas & habēt redimicula mitræ. ⁋ Arcta.u.interptatus ē manicas in q̄ ſignificatiōe poneret. ⁋ Quo mo lem:ex curſu & celeritate interrogationis exprimitur cupiditas rem intelligendi Priamo: nam & breues clau/ ſulæ ſunt & ſine copula:& paucis uerbis multa cōplectit̄. ⁋ Molem & īmanis:exprimit magnitudinem īmmē ſam. ⁋ Hanc:quaſi tantā & tā mirabilem. ⁋ Statuere:uero firmitatem oſtendit. ⁋ Quis au.cū ſtupore ꝓfert.q.d. nō potuit nō eē magno ingenio.auctor aūt cōis generis ē. ⁋ Dolis:dolus eſt mētis calliditas ab eo q deludat. Te ſte aūt Feſto ī malis ſolū nūc utimur:apud antiquos uero ēt in bonis: Vnde adhuc dicim9 ſine dolo malo. ⁋ Te ſtor:in teſtimoniū uoco:ut teſtor utrūq; caput:alias teſtificor: alias teſtim̄ cōdo. ⁋ Vos æter.ign.apoſtrophe ut uides utitur in hoc loco. Apoſtrophe autem maiorem habet uehementiam quam ſi dixiſſet. ⁋ Teſtor:ignes & aras. ⁋ Quos fugi:cum horrore periculi pronunciat.

Manica

Dolus

Teſtor numen:ait:uos Aræ:enſeſq; nefandi:
Quos fugi:uittæq; deum quas hoſtia geſſi:
Fas mihi Graiorum ſacrata reſoluere iura.
Fas odiſſe uiros:atq; omnia ferre ſub auras:
Siqua regunt:teneor patriæ nec legibus ullis:
Tu modo promiſſis maneas:ſeruataq; ſerues
Troia fidem:ſi uera feram:ſi magna rependā.
Omnis ſpes Danaum: & cœpti fiducia belli
Palladis auxiliis ſemper ſtetit:impius ex quo
Tydides:ſed enim ſcelerumq; inuētor Vlyxes
Fatale agreſſi ſacrato auellere templo
Palladium:cæſis ſummæ cuſtodibus arcis:
Corripuere ſacram effigiē: manibuſq; cruētis
Virgineas auſi Diuæ contingere uittas.
Ex illo fluere:ac retro ſub lapſa referri
Spes Danaū:fractæ uires:auerſa:Deæ mens:

SER. Teſtor:mō iuro.alibi teſtificor:ut teſtor ī occaſu ueſtro. ¶ Veſtrū num̄:q̄a ſecūdū philoſophos dicūt ſidera elemēta eē:& haber̄ ꝓprias poteſtates. ¶ Enſeſq; nefādi:īuidioſe ad pluralē trāſit numerū:ut Terētiꝰ:Nō ꝑpeti meretricū ꝯtūelias. ¶ Vittæq;.d.aut q̄ habent̄ ī honor̄ deoꝝ:aut q̄s hn̄t ipā ſimulacra:ut ī ferius:Virgineas auſi diuæ cōtigere uittas. ¶ Geſſi:pene geſſi.nō.n.uere geſſerat:ſed quātū ad græcos ꝑtinet dixit. ¶ Fas mihi: ſubaudis ſit:& bn̄ adiis petit ueniā:ne uideat̄ ꝓditor:nā & hæc q̄ dicturꝰ ē tacuit anteq̄ audiret Noſter eris.Si.n. uolūtate ꝓderet:ſeq̄bat̄ qđ ait Cice.Nemo unq̄ ſapiēs ꝓditori credēdū putauit. ¶ Sacrata reſoluer̄ iura.ſ.ut nō īcidat ī ſacramēti pœnā:q̄a militiæ tria ſūt genera.plerūq;.n.euocati dicunt̄:& nō ſūt milites ſed ꝓ milite. Vn̄ Sal.Neu q̄s miles ne ue ꝓ milite.Itē ipē ab his oēs euocatos & cēturiōes.plerūq; tumultuarii:hoc ē q ad unū militāt bellū.Plerūq; ſacramēto rogati: q̄a poſt electionē ī rēp.iurāt.& hi ſūt q hn̄t plenā militiā. Nā qnq; &.xx.ānis tenēt̄.hæc tria genera tāgit Vir.Sacramenti hoc loco.Tumultuarii:ut Simul oē tumultu Cōiurat trepido latiū.Euocationis:Mittit̄ & magni uenulus diomedis ad urbē. ¶ Fas odiſſe uiros: ut ſupra dictū ē oīa diaſyrtice loq̄t̄.Nā & ad græcos pn̄t referri:& ad troiāos. ¶ Siq̄ tegūt:pp ea q̄ latent ī equo. ¶ Nec legibꝰ ullis:ſi græcoꝝ pp id noſter eris.ſi troianoꝝ:q̄a græcꝰ. ¶ Serues troia fidē:q̄a qđ rex ꝓmittit:uidet̄ reſpu.polliceri. ¶ Oīs ſpes danaū:mor̄ ſuo a ueris īcipit.Nā & fauet Minerua græcis: & cōſtabat raptū eē palladiū. ¶ Tydides ſedenī:ſedenī hyſterō ꝓterō eſt.ſedenī ex quo īpius tydides.Nā hyſterologia uniꝰ ē ſermōis:ut Trāſtra ꝑ & remos.Impiū uero pp uulnerata numīa. ¶ Scelerūq; īuētor ulyxes:pp Palamedē occiſū ipſiꝰ factiōe. ¶ Fatale:των μεσων.Nā & qđ cuſtodit.& qđ īterimit ꝓ loco ītelligit̄. ¶ Auellere:oñdit ī uitū numē eē ſublatū. ¶ Palladiū: Helenus apud Ariſbā captꝰ a græcis:īdicauit coactꝰ fata troiana:ī q̄bꝰ ēt de Palladio dixit.Vn̄ dr̄ a Pyrrho regna meruiſſe.quāq̄ ꝑſtiterit Pyrrho:ut faceret eū redir̄ ꝑ terrā:dicēs oēs græcos:qđ & cōtigit:naufragio eſſe ꝑituros. Tunc Diomedes & Vlyxes: ut alii dicūt cuniculis:alii cloacis aſcēderūt arcē:& occiſis cuſtodibꝰ ſuſtulere ſimulacū.Iō āt hoc negociū his potiſſimū dat̄:q̄a cultores fuerūt Mineruæ.Hoc quū poſtea Diomedes haberet:qđ & Virg. ꝓ ꝑte tāgit:& Varro pleniſſime dicit:credēs ſibi nō eē aptū:pp ſua ꝑicula trāſeūti Aeneæ offerre conatus ē. Sed quū ſe ille uelato capite ſacrificās cōuertiſſet:Nautes q̄dā ſimulacrū accepit.Vn̄ Mineruæ ſacra nō Iulia gēs hūit: ſed nautiorū.hīc ē ī q̄nto:Vnū tritōia Pallas Quē docuit.q̄q̄ alii dicāt ſimulacrū hoc a troiāis fuiſſe abſcōditū intra extructū parietē:poſtq̄ agnouerūt troiā eē ꝑiturā qđ poſtea bello mithridatico dr̄ Fimbria q̄dā rōanus īuētū īdicaſſe.qđ romā ꝯſtat aduectū.Et quū reſpōſū fuiſſet illic īperiū fore:ubi & palladiū.adhibito Mamurrio fabro multa ſimilia facta ſūt.Verūtamē agnoſcit̄ haſtæ:oculorūq; mobilitate:Vnde ē:Vix poſitū caſtris ſimulacrū arſcer̄ coruſcæ Luminibꝰ flāmæ arrectis:uel haſtā q; tremētē:Sed ab uno tm̄ ſacerdote agnoſcit̄:ut Lucanꝰ Troianā ſoli cui fas uidiſſe Mineruā.Dicūt ſane alii unū ſimulacrū cælo lapſū apud athenas tātū fuiſſe:Alii duo uolūt:hoc de quo diximꝰ:& illud athenienſe. ¶ Sacrā effigiē:q̄ſi cælo lapſā. ¶ Ex illo:facto uel tpe. ¶ Fluer̄: των μεσων eſt.Iō ait retro.Cōtra Saluſtius Rebꝰ ſupra uotū fluētibꝰ. ¶ Auerſa deæ mēs:pp illud:Manibus cruētis.

DONA. Fas.m.g.q̄ſi iā ipē græcꝰ nō eēt:uel illi eiꝰ ſocii nō fuiſſēt.Et liceat eos odiſſe:q ciues mei eē noluer̄t. ¶ Teneor.p.plꝰ ē uolūtate q̄ legibꝰ retineri.alteꝝ ē ex ſtudio puræ mētis:alteꝝ ex neceſſitate. ¶ Tu.m. p.tu troia ꝯſeruatori tuo fidē ſerua. ¶ Repēdā.q.d.tm̄ recipiet q̄tū dederit.i.ut ſalutē mœreret̄ ſalutis auctor. ¶ Oīs.ſ. rn̄det ultīæ ꝑti:ut falēdi ꝓmptior pateret occaſio:& prio uniꝰ crimīs īuidiā pluribꝰ criminibꝰ maculat ī ulyxe:& oñ-

Fatale dit Mineruā grauiter iratā ſacrilegis. ¶ Inuētor ſe.q nūq̄ īuēit qđ ꝓbari potuiſſet. ¶ Fatale.a.ſ.a tēplo: in ſingulis ſingula ſūt genera ſacrilegii. ¶ Fatale:ī quo ſtaret fatū græcoꝝ.dixerat.n.palladis auxiliis. ¶ Aueller̄:ut cū ſacrilegio eēt crimē uiolētiæ. ¶ Palladiū:cū pōder̄ ꝓnūciādū:ī ipo.n.noīe magnitudo nūinis exprimit̄.qđ uero de Mamurrio dicit Se.nuſq̄ đ palladio legit̄:ſed ī ācilli celitꝰ delapſo de quo ſuo loco dicēus. ¶ Cæſis:ad ſacrilegiū accedit hōicidiū:cū illi humāitatis cā:& nūinis ueneratiōe ne leui q̄dē iniuria cōtigi debebāt:auget̄ hōicidiū ex merito ꝑſonaꝝ q̄a cuſtodes neq; eēnt electi cuſtodes niſi ꝓbate uitæ.Vide āt exaggeratiōnē crimīs.aggreſſi ſūt tēplū ſacratū:qđ īgredi q̄ñq; ſine ueneratiōe nefas eēt cuſtodes cæſi:& uſq; ad ipſū ſimulacꝝ gradatī uētū.Viſū nefarioꝝ oculis & polutis hūano ſanguīe māibꝰ tactū:neq; ſolū corpꝰ:ſed ultꝰ & uirgīales uittas:q̄s ī capite geſtabat:īceſtare ſūt auſi. ¶ Ex illo fluere:Nā ſupra dixerat Palladis auxiliis ſemꝑ ſtetit.cū ergo irata eēt cœpit fluere.

CHRI. Fas repetitio:& diſſolutio.Et hæc tota teſtificatio attētos facit ex magnitudīe īuocatiōis & beniuolos ex demōſtratōe ſui ꝑiculi:q̄a citat̄ cōmiſeratio.Habet & ſūmā uī apoſtrophe:ꝑſerti ſi ad res mutas cōuertat̄ ſermo:ut dulces exuuias dū fata deuſq; ſinebāt.Et Turnꝰ Tuq; optīa ferrū Terra tene. ¶ Fas odiſſe:Fas diuīa lex ē:ut ius hūana. Auxeſi ergo ē q; nō ſolū lege hūana:ſed q; plus ē diuina liceat nō ſolū deferer̄ ſed odio hr̄e. ¶ Troia:Troianæ populeːut iā nūc ītelligat̄ qđ ſibi ꝓmiſſū ē a Rege q perſonā populi ſubſtinet:ꝓmiſſum eſſe a populo. ¶ Omnis ſpes:ergo hoc ſublato nulla alia ſpes relinquebat̄. ¶ Stetit.q.d.ueluti fundamētū penitus hæſit. ¶ Sublapſa:retro:& ſub:& re interitum ſignificant:Cum.n.res aut retrocedit aut deiicit̄ ad introitum tendit.

¶SER. Tritonia:aut quaſi terribilis απο του τρειν:qđ eſt timere uel fugere:Aut ſecundũ Lucanum q ait:
Et ſe dilecta Tritonida dixit ab unda:uel tritonia per ετυμολογιαν qa cum ſit dea ſapientiæ in partes tres di
uiditur in intelligentiá de tempore præſenti:in prouidentiá de futuro:in memoriam de tempore præterito.
Sane tritonia antonomaſiuum eſt:quia proprium eſt Minerua.Nam epitheta ſunt:quæ poſſunt uariis uel re/
bus:uel perſonis apponi.Et hæc caute obſeruanda ſunt:ſicut & propria nomina:quæ plerunq; ex appellatiuis
ſunt:ut eſt uictor:uel felix.¶ Vix:modo mox.¶ Salſus ſudor:bene addidit ſalſus:ut ſignificaret laborem futu/
rum:ne forte aliter in ſimulacro humor intelligere/
tur.¶ Emicuit:quaſi quæ conſiſtebat inuita.¶ Ten/
tanda æquora: ſi fugere poſſint poſt iram Mineruæ.
¶ Argis:aduerbium in loco eſt.Et reſpexit moré ro/
manum.Nam ſi egreſſi male pugnaſſent: reuertebã
tur ad captanda rurſus auguria.¶ Reducant: recon/
cilient.¶ Arma deoſq; parant comites: ingenti arte
de futuro ſolicitos facit:ut p̄ſentem firmet ſecurita/
tem.¶ Improuiſi aderunt:ſicut & factũ eſt.¶ Digerit
omnia:interpretatur numinis commotioné.¶ An/
tiqua ſub relligiõe:ſub fauore priſtino.¶ Nam ſi ue
ſtra manus:qa occurrebat exurédum eſſe equum:ſi
introferri uel prodeſſe non poterat.¶ Aſcendiſſet:ut
Scádit fatalis machina muros.¶ Aſiam: aſiaticos: ut
paulopoſt urbem ſepultam pro ciuibus poſuit.¶ Pe/
lopeia:argiua a Pelope:unde peloponneſſus dicitur.
¶ Noſtros nepotes:diaſyrtice.Nam iam quaſi troia/
nus loquitur.¶ Periuri:in uerbo.r.non habet. Nam
peiero dicimus corrupta natura præpoſitionis: quæ
res errorem facit:ut aliqui maledicant peiurus.
¶DONA. Auerſa: duorum ſceleratorum com/
miſſio omnibus irata eſt.¶ Vix poſitum: ſigna ſunt
qbus oſtendit irá:Primum flammæ in oculis inani/
matis.¶ Sudor:Secundum ſignum:Non poteſt ex ſi
mulachro fluere:niſi portendit malum:Idẽ dicas de
motu ſimulachri.¶ Parmá.ſ.h.q.t. manifeſtũ ſignũ
ſe hoſtem profiteri deam.¶ Arma.q.Hoc cõtra Tro/
ianos:ut reliqua faciat ueriſimilia.
¶CHRI. Ne dubiis:non fuit difficile cognoſcere
iratam deam:qa ſigna dedit manifeſta:Quo tempo/
re ilus Trois filius ilium condidit: quod fuit anno ſe
re ſeptimo ſupra tria milia:& octingentos poſt mũ/
di initium aiunt:Breue ſcutum de cælo lapſum in
templum quod in arce cõdebat idq; palladium eſſe
uocatum:& elegiſſe ſibi locum in media æde:cui ad
huc ſuper inductæ tegulæ non erant:id ſignũ ligneũ
fuiſſe multi tradiderũt hoc igit̃ allecto per illecebras Theano cuſtode Antenoré accepiſſe uolũt:& Græcis tra/
didiſſe:Caliſtratus aũt de ſamothracia ſcribens:& ſatyrus:ut refert Diony.dicunt Gryſantẽ pallátis filiá cũ nu/
beret Dardano attuliſſe palladis munera:Hæc ãt fuiſſe palladium:& magnorum deorum ſimulachra: Dein/
de dardanum diluuium fugientem Arcadia profectum tuliſſe in ſamothraciam: ibiq; illis templum ſtruxiſ/
ſe.Mox cum maiorem partem populi tranſuexiſſet in aſiam ſacrificia ac cerimonia ſamothracibus reliquiſſe
palladia uero:& deoꝝ imagines ſecũ aduexiſſe:& ex oraculo accepiſſe urbem illam duraturá in qua hæc per/
manerent:ac propterea urbem condidiſſe:& a ſe denominaſſe:& in ea collocaſſe: Condito deinde ab eius po/
ſteris ilio eſſe tranſlata:Poſtea uero capta urbe inferiore Sicam dominum arcis factum ſubſtuliſſe ex adytis ſa
cra:& qđ ſupererat palladiũ:Nam alterũ Vlyxes & Diomedes furtim urbé ingreſſi abſtulerant:Aretinus eodẽ
Diony.teſte ſcribit Palladiũ a Ioue Dardano datũ:& locatũ in loco inacceſſibili: Sed fabricatũ aliud ad eius ſi/
militudinem:& poſitum palam & hoc eripuiſſe Græcos:illud accepiſſe æneam:alii ſcribunt palladium abſcõ
ſum ab ilionenſibus in cauernis:ne hoſtes eriperét:& poſt multas ætates a Fimbria q̃ſtore cũ iliũ expugnaſſet:
ablatum ac Romá peruectũ:Seruabat̃ aũt in templo Veſte:quod erat inter capitoliũ: & palatiũ: quo incéſo.L.
Celius Metellus illud liberauit:ipſe ignis ardore cæcus euaſit:Syluius auté ſcribit cũ Diomedes:in urbe quam
in apulia cõdebat palladiũ collocare uellet monitũ eſſe a dea nocturna qete:Vt in latiũ ubi uera erat numinis
ſedes:illud deportaret.¶ Detulit:diomedes & palladiũ tradidit Tritonia:de hac dea in ſuperioribus dictũ eſt.
¶ Fractæ uires:ná ut ſpe erigit̃ animus:& quodãmõ augent̃ uires ſi contra deſperatione deprimit̃: & minunt̃
uires.¶ Auerſa deæ mens:cauſa quare amiſſa ſit ſpes.¶ Sudor:quod calamitates portendere etiá in Georgicis
oſtẽdit:Et mœſtũ illachrymat tẽplis ebur æraq; ſudát.¶ Tentáda.q.d.quáuis alias nõ ſucceſſiſſet:ut ſupra:Sæ/
pe fugá danai Troia cupiere relicta:Et ſæpe illos aſpera põti intercludit hyems.Numen p̄ſentiam: & fauorem.

Nec dubiis ea ſigna dedit Tritonia monſtris.
Vix poſitum caſtris ſimulacrũ: arſere coruſcæ
Luminibus flammæ arrectis:ſalſuſq; per artus
Sudor iit:terq; ipſa ſolo (mirabile dictu)
Emicuit:parmãq; ferens: haſtamq; trementé.
Extẽplo tentanda fuga canit æquora Calchas:
Nec poſſe argolicis excindi Pergama telis:
Omina ni repetant Argis:numenq; reducant
Quod pelago:& curuis ſecũ aduexer̃ carinis.
Et nunc quod patrias uento petiere Mycenas:
Arma:deoſq; parãt comites: pelagoq; remẽſo
Improuiſi aderũt:ita digerit omina Calchas.
Hanc pro palladio moniti:pro numine læſo
Effigiem ſtatuere:nefas quæ triſte piaret:
Hanc tamẽ immenſam Calchas attollere molẽ
Roboribus textis:cæloq; educere iuſſit.
Neu recipi portis:aut duci in mœnia poſſit:
Neu populum antiqua ſub relligione tueri.
Nã ſi ueſtra manus uiolaſſet dona Mineruæ:
Tũ magnũ exitiũ:(quod dii prius omẽ in ipm
Cõuertãt:) Priami iperio:phrygibuſq; futurũ.
Sin manibus ueſtris ueſtrã aſcẽdiſſet in urbẽ:
Vltro Aſiã magno Pelopeia ad mœnia bello
Venturam:& noſtros ea fata manere nepotes.
Talibus inſidiis:periuriq; arte Sinonis

¶SER. Credita res:aut fides habita:aut ei cōmiſſa reſpu.¶ Captiq; dolis:uirtuti nō cedit.Dolis dicit troiā eſſe ſuperatam:non ꝙ troianis uictos eſſe turpe non fuerit:ſed ꝙ græcis turpius uiciſſe per dolos.¶ Coactis:ut Terentius Vna mehercle falſa lachrymula q̄ oculos terendo miſere uix ui expſſerit.¶ Lariſſæus achilles: a uicinitate.Nā Phthius fuit.utraq; tamē theſſaliæ ciuitas eſt.¶ Hic:tūc.¶ Maius mi.multoq;:frequentauit me:ut Et ſale ſaxa ſonabant.& Caſus caſſandra canebat:Nā apud ueteres a ſimilibus incipere uitioſum nō erat.Et no tandū quia ut ſupra diximus:agit ne uideat̄ uel Troia ceſſiſſe uiribus:uel Aeneas uoluntate fugiſſe.Hanc autē rem oſtendit:ex accidentibus dolos græcoꝝ eſſe firmatos.¶ Laocoon:ut Euphoriō dicit: poſt aduentū græcoꝝ ſacerdos Neptuni lapidibus occiſus ē: quia ſacrificiis eoꝝ nō ꝓdixit aduentū.Poſtea abſcedentibus græcis:quū uellent ſacrificare Neptuno Laocoō thymbræi Apollinis ſacerdos ſorte ductus eſt:ut ſolet fieri:quum deeſt ſacerdos certus.Hic piaculū cōmiſerat ante ſimulacrū numinis cū uxore coeundo. Et ob hoc immiſſis draconibus cū ſuis filiis interem ptus eſt.hiſtoria qdē hoc habet.Sed poeta interpreta tur ad troianoꝝ excuſationē.¶ Sorte ductus: ſic Saluſtius:Sorte ductus furti negati.¶ Solēnes aras: anniuerſario ſacrificio religioſas.Dicimus aūt ſacrificiū ſolēne & aras ſolēnes:ut apricū & hominē & locū:ut Aprici meminere ſenes.Perſius.cōtra Horatius:Cur apricū oderit campū.¶ Taurum ingentē: nō præter rationē eſt hoc loco ingentē:ut alio loco Iam cornu petat.In uictimis enim iſta requirunt̄: ut certis numinibus certæ ætatis animalia mactent̄.¶ Gemini: duo:aut ſimiles gemini aūt ꝓprie fratres ſunt ſimul nati.¶ Horreſco referēs:ēt referēs.¶ Angues: angues aquaꝝ ſunt:Serpētes terrarū:Dracones temploꝝ:ut in hoc indicat loco.¶ Tranqlla ꝑ alta angues: paulopoſt Serpens amplexus.Itē Delubra ad ſumma Dracones.Sed hæc ſignificatio plerūq; cōfundit̄.¶ Pelago:ꝑ pelagus.¶ Iubæ:aut criſtæ:aut barbæ.¶ Sangui neæ.i.ſanguinei coloris.¶ Legit:tranſit: ut Littoraq; epiri legimus.¶ Sinuat:curuat:flectit ī ſinus.¶ Salo:dicimus & ſalū.Vnde ē ſalo:& ſal ſalis:ut Spumas ſalis ære ruebāt.Et ſale tabentes artus.¶ Suffecti: ꝓ infecti:ut cōnixa pro enixa.& eſt figura ſuffecti oculos.¶ Sibila.i.ſibi lantia.Nā pticipiū ē.cū.n.nomē ē ſibilus dicius:ut Nā neq; me tātū uenietis ſibilus auſtri.¶ Vibrātibus:mobili bus:qa nullū aīal tāta celeritate linguā mouet:adeo ut triplicē habere uideat̄:quū una ſit.diffugimus uiſu q̄lis uindicta in eos fuit:ut ēt aliter prius poſteris ſupplicia hæc ꝓuidiſſent.maior.n.pœna ē in uiſiōe q̄ in patiētia.

Credita res:captiq; dolis:lachrymiſq; coactis
Quos neq; Tydides: nec Lariſſæus Achilles:
Non anni domuere decem: non mille carinæ:
Hic aliud maius miſeris:multoq; tremendum
Obiicit̄ magis:atq; īprouida pectora turbat.
Laocoon ductus Neptuno ſorte ſacerdos
Solēneis taurum ingentem mactabat ad aras.
Ecce autem gemini a tenedo trāquilla per alta
(Horreſco referēs) immenſis orbibus angues
Incumbunt pelago:pariterq; ad littora tendūt:
Pectora quorum inter fluctus arrecta: iubæq;
Sanguineæ exuperāt undas.pars cætera pōtū
Pone legit ſinuatq; immēſa uolumine terga.
Fit ſonitus ſpumāte ſalo:iamq; arua tenebant.
Ardenteiſq; oculos ſuffecti ſanguine:& igni:
Sibila lambebant linguis uibrantibus ora.
Diffugimus uiſu exangues:illi agmine certo
Laocoonta petunt:& primum parua duorum
Corpora natorum ſerpens amplexus uterq;

¶DONA. Capti.d.Nō poterat obiici Troianis:cur ita creduli fuiſſent:Quia iurauit:& qa lachrymas ueras credidimꝰ eē:Ergo nō uirtute:nō nūero hoīum:Nō diuturnitate Belli:ſed īſidiis uicti ſumus.¶ Hic aliud.m. nā uehemēter dolos poterat cōfirmare hoc mōſtrū.¶ Sorte:in q̄ fuerat arbitriū diuinū.Ergo debuit niſi fuiſſet futurū exitiū publicū ſeruare ſacerdotē diuina uolūtate ductū :& nō arbitrio hūano mactātē Tauꝝ ingētē .i.excellētē hoſtiā.¶ Ecce āt:ꝑ hæc ſignificabat̄ hoſtes uēturos a tenedo.¶ Ecce:ſemꝑ pōit̄ ubi res horrēda:& re pētina ſignificat̄.¶ Feſtinatio āt:& oculi ardētes:& linguæ mobilitas demōſtrabāt alicui illos laturos interitū. ¶ Agmīe:agmē dr̄ actus ſerpētū.Curſus.n.& iter pedū ē qbus carēt ſerpētes.¶ Laocoōta:exprimit̄ deoꝝ impie tas.¶ Sacerdos.n.in ipſo ſacrificio petit̄:ſed primo in eius cōſpectu filii crudeliſſime interficiunt̄ paruuli: & in ſontes:Cætera ſerpentū deſcriptio crudelitatē deſignat.¶ Qualis mu.alluſit ad Taurū qa ſacrificabatur taurus.

¶CHRI. Hic aliud maius:Oſtēderat hactenus uirtute nō potuiſſe ſuperari Troiāos deinceps neq; prudētia qdē uictos fuiſſe demōſtrat:Nō.n.a Sinōe decipi potuiſſent.nā nō temere illi credidiſſent:aut decepti fuiſſent niſi deoꝝ ſtudiū cōtra illos niteret̄ dū obiicit̄ percuſſoris:Laocoontis interitus.¶ Improuida.p. improuida di xit:qa oīa repētina maiorē perturbationē afferunt:Cice.in Tuſcu.Sed diligēter cū nec opinatorū naturā cōſide res:nihil aliud reperies:niſi oīa ſubdita uideri maiora:& qdem ob duas cauſas:Primū ꝙ quanta ſint q̄ accidūt conſiderandi ſpaciū non datur:Deinde cū uideantur ꝓcaueri potuiſſe:ſi prouiſum eſſet quaſi culpa contractū malum ægritudinem acriorem facit:Quot ita eſſe dies declarat:quæ procedens: ita mitigat:ut iiſdem malis manentibus non modo leniatur ægritudo:Sed in pleriſq; tollat̄.¶ Aras:de his dictum in Bucoli.¶ Mactabat: mactare eſt magis augere:Vnde qa ſacra rem augent hoſtiæ nō cædi:ſed mactari dicunt̄ inde in abuſu eſt mactare pro interficere.¶ Pone:a tergo:ut pone ſubit coniunx:Deſcribit̄ autem aduentus draconū:ut Horrorē in cutere poſſit.¶ Sanguine & igni:micanti:& ardenti rubore.¶ Vibrantibus:crebro mobilibus. ¶ Diffugimus: magnus effectus horroris.i.in diuerſas partes fugimus:Nā in ſumma trepidatione unuſquiſq; ſibi conſulit:& eo fugit quo cōmodius putat poſſe fugere nō habita reliquoꝝ ratione.¶ Exangues:& hoc a metu eſt: nō quia ſint ſine ſanguine:aut importat uocabulum:ſed quoꝝ ſanguis relictus exterioribus partibus ad cor cōfugerit. ¶ Illi:hic maxima fides uelle deos uulneratū equū ulciſci:cum ex omni turba ſolum uulneratorem peterent.

Mactare

SER. Depaſcit̃:ut ſupra diximus & paſco & paſcor unius ſunt ſignificationis.ut Atq; artus depaſcitur arida febris poſt ipſum auxilio quomodo ſe miſit filios liberare qui talē uim cōſpiciebat:ſed ne parricida diceret̃ qui filios non liberarit.¶ Spiris:nodis.Vnde & baſes columnarū ſpirulas dicunt.Nā ꝓprie ſpira eſt uolubilitas funium.¶ Squammea:ꝑ ſquammoſa:ut frondea ꝑ frōdoſa.¶ Perfuſus uittas:ꝑfuſas habens uittas.& eſt interpoſitus uerſus.Nā pōt tolli ſaluo ſenſu.¶ Atroq; ueneno:ut pallida mors :uel triſtis ſenectus.¶ Qualis mugitus.i.tollit.ſcdā āt ꝯparatio ē pp ſacerdotis perſonā.¶ Incertā dubie illiſam:q nō haberet mortis effectū.¶ Lapſu:

Implicat:& miſeros morſu depaſcitur artus.
Poſt ipſum auxilio ſubeuntem:ac tela ferentē
Corripiunt:ſpiriſq; ligant ingentibus:& iam
Bis mediū amplexi:bis collo ſquāmea circum
Terga dati ſuperant capite:& ceruicibus altis.
Ille ſimul manibus tendit:diuellere nodos.
Perfuſus ſanie uittas:atroq; ueneno:
Clamores ſimul horrendos ad ſidera tollit.
Qualis mugitus fugit cum ſaucius aram
Taurus:& incertam excuſſit ceruice ſecurim.
At gemini lapſu delubra ad ſumma Dracones
Effugiunt:ſæuæq; petunt Tritonidos arcem
Sub pedibuſq; deæ:clypeiq; ſub orbe tegunt̃
Tū uero tremefacta nouus per pectora cūctis
Inſinuat pauor:& ſcelus expendiſſe merentem
Laocoonta ferunt:ſacrum qui cuſpide robur
Læſerit:& tergo ſceleratam intorſerit haſtam.
Ducendum ad ſedes ſimulacrū:orādaq; Diuæ
Numina conclamant.

labi ꝓprie ſerpentū ē.¶ Delubra:delubrū dr̃:qđ uno tecto plura amplectit̃ numia:qa uno tecto diluit̃: ut eſt capitoliū ī quo ē Iupiter:Iuno:& Minerua.Alii dicunt delubrū eē locū ante tēplū:ubi aq̄ currit a diluēdo.Eſt āt ſinecdoche:hoc eſt a pte totū.¶ Sæuæ: fortis:aut nobilis.¶ Sub pedibuſq; deæ.i.maioris ſimulacri:qđ a cūctis uī.Nā qđ colitur & breue ē:& latet: ſicut palladium fuerat.¶ Clypeiq; ſub orbe:ut maxima pars in ſpirā collecta ſit ante pedes.Colla uero cū capitibus erectis poſt clypeū:ideſt īter ſcutū & ſimulacrū deæ latebāt:ut eſt in tēplo urbis Romæ.¶ Nouus:magnus:ut Pollio & ipſe facit noua carmīa.¶ Inſinuat:ꝑ inſinuat̃.¶ Scelus:ſuppliciū ab eo qđ ꝓcedit id quod ſequit̃.Expēdiſſe aūt tractū ē a pecunia. Nā apud maiores pecuniarias pœnas cōſtat fuiſſe.¶ Sacrū robur:nō ut ſupra lignū.¶ Sceleratā:ꝑ ipſe ſceleratus:ut Inutile ferrū.& eſt hypallage.¶ Sedes:ꝑ hoc oſtendit donum Mineruæ.¶ Oranda:placanda.

DONA. Tollit:bis accipe tollit Laocoon tollit Taurus.¶ At ge.nō inertia ſua decepti ſunt a Sinone: ſed iniquo deoꝝ ſtudio ꝑſertim : Mineruæ. Petitus Laocoon q equum uulnerauerat: & dracones ad ſimulachrū deæ refugerent.¶ Tum uero:tū magis:nā ſupra dixerat horreſco referens.¶ Et ſcelus:nā ex hac coiectura argumentū ducebat.¶ Ducēdū ad ſedes:eadem omnium ex corde Laocoontis fuit ſententia:& concordi uoce clamabant.¶ Diuidimus muros:plena deſcribitur Troianorum dementia:Nam quo tempore bellum nec poſitum fuerat:nec ſopitum muros diuidebant.¶ Omnes:Nequis a nefario opere abeſſet.

CHRI. Spiris:ſpira baſis columnæ eſt unius tori aut duoꝝ.Item genus operis piſtorii.Itē funis nauticus in orbē conuolutus:Ennius uero hominū ſimilitudinē ſpiram uocauit ait Feſtus:Spirulam appellāt catelam ſiue aliquid huiuſmodi quod circa collū ponunt mulieres:ut eſt apud diuū Hieronymum:Deniq; ſpira eſt cū longior res ita in gyrum cōplicatur:ut inde plures fiant circuli:Sed differt a circulis: quia circuli in ſeipſos redeunt:ſpira cū ipſe orbis ad principiū:Suū rediit nō definit in ea:ſed ſumit principiū alterius orbis.¶ Circum terga dati.i.circūdati.¶ Nodos:Nexus.¶ Qualis:ſimile eſt:Simile aūt habet exemplū:Parabolā: & imaginem: Ab omnibus his indignatio elicit̃:& miſericordia in exemplo miſericordia:ſic antenor potuit mediis elapſus achiuis illyricos penetrare ſinus:Itē ſi potuit manes arceſſere cōiugis orpheus:indignatio ſic Pallas ne exurere claſſem argiuū.In parabola eſt miſericordia:Qualis populea mœrens Philomena ſub umbra Amiſſos querit̃ fœtus:Et hic Qualis mugitus:indignatio āt ut ac ueluti pleno lupus inſidiatus ouilli Cū fremit ad caulas imago aūt miſericordiā cū aut forma corporis abentis ſcribit̃:ut ē ſic oculos ſic ille manus ſic ora:gerebat:aut illa q̄ nulla ē fingit̃:ut q̄ fama ſecuta eſt: Candida ſuccinctā latrantibus inguina monſtris:Dulichias uexaſſe rates: Et abſciſſa uadit diſcordia palla:& conſanguineo gaudens bellona flagello.¶ Delubra: delubrū Varro in octauo diuinaꝝ reꝝ alios ait exſtimare locū in quo præter edem ſit area aſſumpta deorū cauſa:ut ē in circo flamineo Iouis piſtoris:alios locū in quo dei ſimulachrū dedicatum ſit ſicuti in quo candela ponitur candelabrum dicimus:& hoc ille affirmare uidet̃:& hoc hic tangit poeta:Nam dicit Sub pedibuſq; deæ: illud ſuperius tangit in quarto:ut Principio delubra adeunt pacemq; per aras exquirunt:& ut aram ibi deoꝝ cauſa aſſumpta eſſe oſtendat:ut paulo infra Aut ante ora deū pingues ſpatiatur ad aras: Hæc ex Macrobio.Feſtus autem ait delubrum fuſtem eſſe delibratum : ideſt decorticatū quaſi ſine libro: ideſt cortice quem uenerabant̃ pro deo: Plinius ait mirum uideri quod cum ſtatuaꝝ origo ita uetuſta ſit ſimulachra tamen deorum lignea potius aut fictilia in templis uſq; ad deuictam aſiam dicata fuiſſe.Euſebius autem Pamphilus ſcribit idem additq; ex ligno Apollini primam in delo ſtatuam fuiſſe ex ligno palladi quod deinde apud athenienſes fuit.Item Iunoni apud ſamios:ut refert Callimachus:Peras qui prius Iunonis argolicæ templum condidit: expiri trunco ipſius deæ ſimulachrum finxit:Plato in legibus uetat ſimulachra deorum ex terra fieri:quoniam deorum ſit pauimentum.¶ Vetat:ebur quia animam depoſuit:unde ad deorum ſimulachra ineptum eſt: Aes & ferrum Belli ſunt inſtrumenta: Aurum & argentum etiam inutile:quia īfœcundæ terræ colorem putabant: Vel quia inuidioſa poſſeſſio eſt.¶ Conclamant:non enim ut ſupra diuiſæ ſunt ſententiæ:ſed omnium una eſt.

Lineæ ſtatuæ

¶SER. Muros:ſuppoſitos portæ ſcææ.¶ Mœnia.p.u.nõ ē iteratio.Ná ſeqt̃ q̃ter ipo ĩ limĩe portæ:dicit pate/ facta porta:uel diruta ĩteriora ciuitatis eé nudata.¶ Accigũt.o.i.ꝑparãt ſe ad opus.¶ Intẽdũt:ligãt:ut ĩtẽditq; locũ ſortis.¶ Scãdit:trãſcẽdit ꝓpria magnitudĩe.¶ Fatalis:mortifera.¶ Sacra.c.hymnos dicũt.¶ Minãs: uel emi/ nẽs:ut minæq; muroꝝ:uel mitans: euẽtũ aliquẽ malo ominãs.¶ O pr̃ia:uerſus enniãus.ſane exclamatio eo ptinet:q; tãta fuerit uis cõſecratiõis:ut ẽt poſt ꝓphanationẽ ab ĩgreſſu hoſtes uetaret nã nouius ſepulchro Laomedõtis:qđ ſupra portã ſcæã fuerat:tuta fuiſſe fata troiana.¶ Inclyta.b.qa ſuꝑauerat myſiã totã.¶ Quater:ſæpius. ¶ Immẽores: ĩprouidi : aut nõ memores oraculorũ. ¶ Mõſtrũ ĩſe.poſt rẽ ꝓbatã dixit.¶ Tũc.e.ſicut añ hac ſæpius.nã Helẽa ueniẽte p̃dixerat futura bella & mala.¶ Dei iu.p̃cepto Apollinis:q ſpe ꝓmiſſi coitꝰ ꝯceſſa diuĩtate fruſtratꝰ ſuſtulit fidẽ uera dicẽti.¶ Nõ.u.nõ aliqñ:nã ſi nõnũq̃ eẽt:duæ negatiuæ facerẽt ꝯfirmatiuã:licet Ter.græco mor̃ dixerit agrũ ĩ his regiõibus meliorẽ neq; p̃cii maioris nẽo hẽt.¶ Feſta.f.q̃ feſtos ĩdicat dies:ut laurꝰ oliua hedera & ſimilia.¶ Velamꝰ: corõamꝰ:ut uictori uelatũ auro uitiſq; iuuẽcũ.¶ Vertit̃.c.atq epithetõ hoc cæli ꝑpetuũ ẽ:ſed uertit̃ nũc.i.ĩ aliã faciẽ cõmutat̃: qđ more ſuo ſeq̃ntibus explanat. ¶ Ruit oceão:naſcit̃ de oceano: ut & ruit atra ad cælũ picea craſſus caligine nubẽ. Ideo autẽ ruit quia altius eſt mare q̃ terra:ut diximus ſupra.

Diuidimus muros : & mœnia pãdimus urbis.
Accingunt oẽs operi:pedibuſq; rotarum
Subiiciunt lapſus:& ſtupea uincula collo
Intẽdunt:ſcãdit fatalis machina muros
Fœta armis:pueri circum:innuptæq; puellæ
Sacra canũt:funemq; manu cõtingere gaudẽt.
Illa ſubit:mediæq; minans illabitur urbi:
O patria:o diuum domus iliũ: & inclyta bello
Mœnia dardanidũ:quater ipſo in limĩe portæ
Subſtitit:atq; utero ſonitũ quater arma dedeř.
Inſtamus tamen ĩmemores:cæciq; furore
Et monſtrum infelix ſacrata ſiſtimus arce.
Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris
Ora:dei iuſſu non unq̃ credita Teucris.
Nos delubra deum miſeri : q̃bus ultimus eſſet
Ille dies:feſta uelamus fronde per urbem.
¶SER. Superatne:uiuit.Sane noue dictum:& caret exemplo:ut pauco in Virgilio. Alii dicunt ſuperat ſuperſtes eſt:ſed ſuperſtes præſentem ſignificat:ut Cicero in Mureniana:Suis utriſq; ſuperſtitibus : ideſt præſentibus.¶ Quem tibi iam troia:hemiſtichiũ nec in ſenſu plenum.ſunt autem duo talia:ut hoc & Conceſſere deum:quem quidam ita compleuit:Conceſſere deum profugis noua mœnia teucris.¶ Amiſſæ cura parentis : ſi parentis Creuſæ accipis:occurrit unde ſciebat eam periiſſe.& alii dicunt potuiſſe hoc uel ab Heleno diuinante cognoſci:uel Aenea requirente per troiam:ut Impleui clamore uias:ſed utrũq; uiribus caret:parẽtem ergo patriã accipiamus:ut Tullius:Si tibi patria quæ cõmunis ominum parens eſt.& eſt ſenſus.dolet ne perditã patriam?¶ Animoſq; uir.ſupradixerat:puer:ſed animos uiriles ait parentum cõſideratione. unde etiam in octauo de ipſo Ante annos animumq; gerens: curamq; uirilem.¶ Et multum la.ordo eſt: lachrymas multũ fundit inter uerba ſingula: nã ſi lachrymans: quid fundit?¶ Agnoſco:aut cognomĩe agnoſco: aut certe quia reparatam audierat Troiam:ut Hic incredibilis rerum fama occupat aures.¶ Scææq; amplector limina portæ:ſcæa porta dicta eſt non a pugnis ante ſe factis ſcæuis:ideſt malis:nam & antea ſic dicta eſt:nec ab itinere ingreſſis ſcæuo:ideſt ſiniſtro : q; ingreſſi non recto eunt itinere:ſed ſiniſtro:ſed a cadauere Laomedontis:hoc eſt ſcæomate: quod in eius fuerat ſuperliminio.¶ Amplector:teneo:ut Amplexeq; tenent poſtes:atq; oſcula figunt.¶ Teucri: pro teucridæ.¶ In amplis:quod eſt regiæ magnitudinis.¶ Accipiebat:paſcebat.Terẽtius: Accipit nemo melius neq; prolixius.¶ Aulai:pro aulæ.eſt autẽ diæreſis de græca ratione ueniens : quorum diphthongos reſoluta apud nos duas ſyllabas facit.¶ Carbaſus:genus lini ẽ. quod abuſine plerunq; pro uelo põitur. Sane in ſingulari hæc carbaſus dicimus:ĩ numero plurali uero hæc carbaſa.¶ Troiugena : ac ſi diceret generoſe. ut alibi:Dardanidæ magni genus alto a ſanguine diuũ. ¶ Interpres:uaticinator:qui deorum mentem mortalibus publicas:ſed quia interpres nomen generale eſt:currit per ſpecies:nã ut ait Cicero.omnis diuinandi peritia in duas partes diuiditur : nam aut furor eſt : ut in uaticinantibus:aut ars:ut In auruſpicibus : fulguratoribus ſiue fulguritis : auguribus . & omnia iſta ex ſe pendent : licet propriis finibus contineantur. unde Virgilius omnia ei dat : quem uult perfectum intelligi : ut hoc loco Heleno.Item alibi in decimo. Cui pecudum fibræ:cæli cui ſidera parent: Et linguæ uolucrum & præſagi fulminis ignes.¶ Diuom qui nu.poteſt & interpres diuum diſtingui. Sane per omnia zeugma eſt ab inferioribus ſentis.¶ Qui nu.ſen. qui ſuſpicis numen:& futura prædicis.

Q uid puer Aſcanius ſupatne? & ueſcit̃ aura?  
Q uem tibi iam Troia.  
Ecquæ nã puero eſt amiſſæ cura parentis?  
Ecquid in antiquam uirtutẽ : animoſq; uiriles  
Et pater Aeneas:& auũculus excitat Hector?  
Talia fundebat lachrymans:longoſq; ciebat  
Incaſſum fletus:cum ſeſe amœnibus Heros.  
Priamides multis Helenus comitãtibus affert.  
Agnoſcitq; ſuos:lætuſq; ad limina ducit.  
Et multũ Lachrymas uerba iter ſingula fũdit.  
Procedo:& paruã Troiam:ſimulataq; magnis  
Pergama:& arentẽ Xanthi cognomine riuum  
Agnoſco:Scææq; amplector limina portæ.  
Necnon & Teucri ſocia ſimul urbe fruuntur.  
Illos porticibus rex accipiebat in amplis.  
Aulai in medio libabant pocula Bacchi  
Impoſitis auro dapibus:pateraſq; tenebant.  
Iamq; dies:alterq; dies proceſſit:& auræ  
Vela uocãt:tumidoq; inflat̃ carbaſus Auſtro.  
Hic uatem aggradior dictis:ac talia quæſo.  
Troiugena iterp̃s diuom:qui numina Phœbi:

¶DONA. Paruam Troiam:in omnibus : iſtis uerſibus ne minuat magnitudinem Troiæ patriæ oſtendit hanc non tantam eſſe ſed ſimilem:nam dixit paruam Troiam : & ſimulata pergama arentemq; riuum xanthi:nec nõ:& teucris Aeneam Anchiſen & Aſcaninm duxit in ſuam domum:Reliquos hoſpitia per ciuitatem acceperunt.¶ Accipiebat:paſcebat:aliter enim non in amplis porticibus:ſed in amplas porticus dicendum fuerat . ¶ Iamq; dies:argumentum benignitatis:cum non unius : ſed plurium dierum ſit hoſpitium.¶ Troiugena:plurimum dat ei generi:ex quo fuit etiam ipſe qui laudabat.¶ Interpres:Quid fœlicius q̃ noſſe quid uelint dii:& dignum eſſe per quem loquatur in hominibus.

¶CHRI. Aſcanius:interrogat:de eo quem amare præcipue oportuit:quoniam mariti ex ſorore fuiſſet nepos:& in quo magna eſſet ſpes future fortitudinis ac probitatis ponenda:& quia æneæ filius & hectoris nepos eſſet.Prudens ergo poeta qui & affectum mulieris ſaciauerit:& æneæ aſcaniiq; laudandi ſibi occaſionem comparauerit.¶ Antiquam:quaſi dicat ſemper aſſuetam illi familiæ.Ergo iam propriam.¶ Paruam : & ſimulata: magnis:& arentem hæc omnia pathos habent quod citatur cum pro maximis rebus nimia nobis compenſata uidentur.¶ Agnoſco:hactenus muliebrem orationem mulieri conceſſit : nunc uirũ:ut uiꝝ inducit.¶ Scææ amplector limina portæ:ex amplexu oſtẽdit ſibi caram eſſe:& eſſe caram propter nomina quæ ferebat ex ueteri Troia.¶ Fruuntur:non modo enim inde capiebant commoda:ſed & uoluptuoſe etiam tractabant: nam fruimur re de qua ſummam capimus uoluptatem.¶ Accipiebat:paſcebat.Terentius accipit nemo lautius.Aliquando accipere eſt intelligere uel audire:ut accipe nunc danaum inſidias: & crimine ab uno Diſce omnes.¶ Aulai: æ diphthongus apud nos eſt quæ apud Græcos eſt αι. Sed nos in diſſolutione non dicimus aulæ : ut eſt diphthongus latina:ſed aulai:ut eſt αι Græca:ſic Lucretius.Nunc quæ mobilitas ſit redita materia.

¶SER. Qui tripodas:tripodes menſæ fuerunt in templo Apollinis Delphici:qbus ſuperpoſitæ phœbades uaticinabant.¶ Clarii lauros:& hæc q̄ ſentis ſubaudi.Clariū oppidum eſt in finibus colophonioꝝ.unde Apollo Clarius. Sane q̄ritur utrum Clarii geminandū ſit i:& eſt ſciendū aliter non ꝓcedere:nam cla breuis inuenitur:ut Statius:Nec clarias hac luce fores dydimæaq; quiſquā:Per lauros autē oraculū intelligimus.¶ Qui ſidera ſentis:q̄ es peritus aſtrologiæ.¶ Et uolucrū linguas:qui es augur.¶ Et præpetis omina pennæ:Aues aūt oſcine ſunt aut præpetes.oſcines ore futura p̄dicunt ab os & cano.præpetes uolatu ſignificant:ſed p̄petes aut ſuperiora tenent:& p̄petes uocantur:aut inferiora:& dicunt̃ inferæ.Præpetes āt ideo quia oēs aues ſupiora petūt uolātes:uel a græco πέτομαι.i.uolo.¶ Fare age:hortātis eſt age.i.dic celeriter:& ē ordo:Troiugena fare age quæ prima pericula uito:Quidue ſequēs tantos poſſim ſuperare labores:cætera p parēthesim dicta ſunt.¶ Nāq; omnē curſum:hypallage eſt:nam non omnē curſum ꝓſpera dixit religio:ſed omnis religio dixit proſpeꝝ curſum.¶ Cuncti diui:qa quicqd audiuit a diuerſis ad Iouē recurrit:ut dixim9 ſupra:Quæ phœbo pater omnipotēs:mihi Phœbus Apollo Prædixit.¶ Numine:oraculum ſignificat.¶ Repoſtas:penitus paſſio per ſyncopā.i.πάθοσ ꝓ repoſitas:ideſt lōge poſitas.¶ Nouū:magnū more ſuo.¶ Prodigiū canit:ꝓdigium:mōſtrum:portētum modico fine diſcernunt̃:ſed cōfuſe plerūq; ponunt̃.¶ Triſtis iras:deoꝝ.ſ.ꝓpter iniuriā ſuam.¶ Obſcenāq; famē:aut quæ hoīes etiā ad obſcena cōpellit:ut Male ſuada fames:aut certe q̄ obſcena auis p̄dixerat.¶ Quæ pria pericula uito:Quidue ſequēs tantos poſſim ſuperare labores:duo petit quemadmodū aut periculis careat:aut qbus conſiliis par eſſe laboribus poſſit.¶ Tātos:quantos harpyia prædixerat.¶ De more.ſ.ſacrificantū:& aut de ſacrificantū more reqrit:utrū tēpus cōſulēdi eēt:nā & hoc uehemēter q̄rit̃:ut in.v.Tū uirgo poſcere fata Tēpus ait:aut certe qđ & melius eſt:de ſacrificantū more ante nefas expiat ab harpyia p̄dictū:& ſic uenit ad uaticinaionē.Vt āt hic expiatā famē itelligamus:ſequēs efficit locus:ut Aderitq; uocatus apollo:quū cōſtet:niſi in hoc intellexeris loco:famis cā nuſq̄ inuocatū eē Apollinis numē:Dubitationē āt in hoc loco exorat facit:nā orare ē petere:exorare īpetrare ergo īpetrat pacē aut ad inquirēdū tēpus:aut ad mitigādū famis piculū.¶ Vittaſq; reſoluit:in ratiōe ſacroꝝ par ē & aīæ & corporis cauſa:nā plerūq; q̄ nō poſſunt circa animā fieri fiunt circa corpus:ut ſoluere:uel ligare:quo poſſit aīa:qđ per ſe nō poteſt ex cognatiōe ſentire.inde eſt Vnū exuta pedē uinclis ī ueſte recincta:bene ergo Helenus cūcta corporis ſoluit:ne qua ꝑte aīo religato ad numē accederet.¶ Suſpēſus:ſi ſuſpēſus ipſe numinis plenus.ſi ſuſpēſum me ſollicitū & attētū.¶ Deinde canit:poſt pacta ſolēnia.¶ Nate.d.ordo ē:nate dea pauca tibi expediā dictis:ꝓhibēt nā cætera ꝑcæ Scire Helenū fariq; uetat ſaturnia Iūo.Oīa iqt uates nouit:ſed nō ꝑmittit̃ dicer̃ fatis ꝓhibētib9.& ēt ex his q̄ nouit multa illū uetat dicer̃ ſaturnia Iūo.¶ Maiorib9:cæleſtib9 ꝑꝑ ſideris curſum:cui9 fuit explanatio p Creuſam.¶ Per altū:p limitē fortunæ ſupioris.

Qui tripodas:Clarii lauros:qui ſidera ſentis:
Et uolucrū linguas:& præpetis omina pennæ:
Fare age:(nāq; oēm curſum mihi ꝓſpera dixit
Relligio:& cuncti ſuaſerunt numine diui
Italiam petere:& terras tentare repoſtas:
Sola nouum:dictuq; nefas Harpyia Celæno
Prodigium canit:& triſteis denunciat iras:
Obſcenamq; famem)quæ prima picula uito.
Quidue ſequens tātos poſſim ſupare labores.
Hic Helenus cæſis primum de more iuuencis
Exorat pacem diuom uittaſq; reſoluit
Sacrati capitis:meq; ad tua limina Phœbe
Ipſe manu multo ſuſpenſum numine ducit.
Atq; hæc deinde canit diuino ex ore ſacerdos.
Nate Dea(nam te maioribus ire per altum
Auſpiciis:manifeſtata fides:ſic fata deum rex

¶DONA. Tripodas:triū pedū ſunt.Alio nomine cortina appellat̃.Eſt aūt laus plena:nā cū ſint diuerſa uatū genera:& uix ſingula uaticinationis in ſingulis reperiant̃ ipſe erat in oībus uerſatus.Eſt color rhetoricus repetitio.¶ Fare age:nō iubet ſed hortat̃.Prodigia autē dicunt̃ qbus nunciant̃ aduerſa.Poſcit inde remediū quo aduerſa toleret:aut poſſit fugere.¶ Manu:qđ eſt apertū ſignū beniuolentiæ.¶ Suſpenſum:aut numinis ueneratione turbatum:aut inde ſuſpēſum ne cōtraria q̄ optet audiret.¶ Diuino:qa diuina canit.Nā cū ſit cōiunctio rationabilis nō debet pria cōſtitui:ergo lege.¶ Nate dea.m.t.ire p al.¶ Auſpiciis.m.ſ.nā ſic fata deū rex ſortitur. Tripodes

¶CHRI. Clarii:apollinis a claro urbe:in q̄ colit̃ in hac āt Iuppiter Neptūnus & Pluto:ut ait Lactā.in Statiū:regnū diuiſerūt.Laudat āt cōuiuiū:& a copia uini:& ab aureis uaſis:& a ſplēdore epularū cōmēdat dapes.¶ Numina phœbi:id uaticinii genus intelligit qđ ex diuino furore ꝓuenit:ſed de tota diuinatione dictū ē.¶ Sydera:ꝑꝑ aſtrologū.¶ Volucrū:ꝑꝑ auguria.¶ Præpetis:p̄petes aues dr̄ ab Au.Gellio q̄ opportūe p̄uolāt:aut Idoneas ſedes capiūt:qb9 ut ait Nigidi9 Figul9 ꝯtrariæ q̄ ſunt īferæ appellant̃:Apolinaris uero ſulpiti9 eas dicit p̄petes:q̄s Home.τανυπτέρυγας appellat:qm̄ iſtæ maxīe ab augurib9 ſpectant̃ q̄ ingētib9 alis patulæ:& porrectæ ꝓ uolāt:Enni.ēt p̄pes ꝓ ueloci poſuit ī annalib9 brūduſiū pulchro p̄cinctū p̄pete portu.¶ Victaſq;.r.uolebāt ātiq in ſacris corp9 ſolutū eē:ut p id ſignificaret̃ aīum ab oī cura ſolutū deber̃ ad ſacra acceder̃.Sic Pythagoras ſymbolis corporeis īdicabat̃ eaq̄ eēnt aī.¶ Nāq;.o.oīdit neceſſe eē ſibi accipe oraculū quo certior reddat̃ qū ex iis q̄ hacten9 accepit qa īter ſe alīqd cōtrariū habeāt icert9 reliquat̃.Pria picula.i.maxīa:nā ī nulla re magis ē laborādū adminiſtratori reipub.q̄ ut a populo famē ꝓpulſet:illa.n.ad oēm ſeditionē:& ad oē iniuſtū ac nefas īpellit̃:nā neſcit plebs ieiuna timere:ergo q̄ pria picula uito.i.q̄ ego ueluti maxīa omniū pericula uitare cupio.¶ Cæſis iuuēcis:ut eo ſacrificio placatus Apollo uera in ſuū pectus infundat.¶ Sacrati capi.i.ipſius q apollini ſacer erat.¶ Manifeſta.ſ.adeo uideo oīa māifeſta:ut fides indubitata adhibēda ſit.¶ Prohibēt:nā cætera oſtēdit Macro.ex intima diſciplinæ ꝓfunditate hoc poſitū a poeta:ſed qa res breuib9 explicari nō p̄ōt:nō eſt uiſum hic īſerere.

Præpetes

Infernæ Aues

Sortitur:uoluitq; uices:hic uertitur ordo)
Pauca tibi ex multis quo tutior hoſpita luſtres
Aequora.& Auſonio poſſis conſidere portu:
Expediam dictis:prohibēt nam cætera Parcæ
Scire Helenū:fariq; uetat Saturnia Iuno.
Principio Italiam:quā tu iam rere propinquā:
Vicinoſq; ignare paras inuadere portus:
Longa procul longis uia diuidit inuia terris.
Ante & trinacria lentandus remus in unda.
Et ſalis Auſonii luſtrandum nauibus æquor:
Inferniq; lacus.Aeææq; inſula Circes:
Quam tuta poſſis urbem componere terra.
Signa tibi dicam:tu condita mente teneto.
Cum tibi ſollicito ſecreti ad fluminis undam
Littoreis ingens inuenta ſub ilicibus Sus.
Triginta capitum fœtus enixa iacebit
Alba ſolo recubans albi circum ubera nati:
Is locus urbis erit:requies ea certa laborum.
Nec tu menſarum morſus horreſce futuros.
Fata uiam inuenient:aderitq; uocatus Apollo.
Has autem terras:Italiq; hanc littoris oram
Proxima:quæ noſtris perfundit̃ æquoris æſtu

¶SER. Sortit̃:diſpōit:ordĩat & bñ alluſit q̃ſi Apollinis ſacerdos:cuius ꝓprie ſũt ſortes.i.reſpōſa diuĩa.¶ Voluitq;.u.diffinitio fati ſcd̃m Tulliũ:q ait Fatũ ē ꝯnexio reꝝ ꝑ æternitatē ſe ĩuicē tenēs:q̃ ſuo ordĩe & lege uariat̃:ita tñ ut ĩpa uarietas hẽat æternitatē.¶ Pauca.t.e.m.duo dicit ſe eē dictuꝝ:quēadmodū tute poſſit nauigar̃:& q bꝰ ſignis Italiæ regna cognoſcat.¶ Hoſpita.æ.nil.n.nobis hoſpitio uicinꝰ cōſtat.¶ Prohibēt.n.c.p.ſ.hic diſtĩguēdũ:& ē ſẽſus.cætera te ſcir̃ ñ ſinũt fata.Helenũ uero Iũo ꝓhibet dicer̃:ēt ea q̃ audir̃ poteras.& uacatq; ut ſolet frequēter.Male ăt ſẽtiũt q diſtigũt ſcir̃ Helenũ:quũ legerimꝰ ĩ Lu.Vẽit ætas oĩs ĩ una Cōgeriē:miſerũq; ꝑmũt tot ſæcula pectꝰ:itē alibi:Nec tãtũ ꝓder̃ nati q̃tũ ſcir̃ l3:& adeo repletꝰ numĩe oĩa nouit ſacerdos ut refrenet̃ ad cætera dicēda:nã dicēdo helenũ:fariq; uetat ſaturnia Iũo oñdit ꝑmiſſũ ad Aeneã ꝑtiner̃:aliter ſuũ nō ĩterpōeret nomē.Præterea qũo uetat Iũo dicer̃:ſi fata ſcir̃ ꝓhibēt̃ Nullꝰ.n.uetat̃ loq q̃d neſcit.ergo cætera Parcæ ſcir̃ te ꝓhibēt:ñ ăt Helenũ ꝓhibet ăt ſcir̃:mortē p̃ris ad augēdũ ĩopinatũ dolorē:tēpeſtatē ab Aeolo ĩmiſſã:amorē Didōis:ĩ quo & gaudiũ qdē eēt:ſed q̃d añ ꝓuiſũ ē:uile credit̃.Et ſi ſciret Aeneas ſe de africa exituꝝ:nō facile Didōis cōſentiret amoribꝰ.Nouimꝰ ăt hoc Iũonē facer̃:ut ſi poſſet fieri regnũ Italiæ libycas auerteret oras.ĩopinatũ uero dolorē ēt Aeneas cōq̃rit̃:ut Nec uates helenꝰ quũ m̃lta horrēda mōeret:Hos mihi p̃dixit.¶ Ignar̃:ꝓ ignarꝰ:caſus ꝓ caſu.dicit ăt ignaꝝ fati.¶ Lōga.ꝑ.ñ ſitu:quã pene uidet:ſ3 neceſſitate fatali:& curſu nauigatiōis tardior̃.¶ Via.ĩ.Aeneæ.ſ.¶ Trĩacria:q̃ latĩe triq̃tra dr̃:q̃ multi trĩacrã dñt:q tria hēt ꝓmōtoria q̃ græci ακρα dicũt.¶ Lētãdus:aut lēte tibi nauigãdũ ē:nã totã Siciliã circũiuit:Aut lētãdꝰ tibi ē remꝰ.i.flectēdꝰ:ut lētũ uimē dicĩus.i.flexibile.¶ Inferniq; la.lucrinũ:& auernũ dicit:iter quos ē ſpelũca:ꝑ q̃ ad ĩferos deſcēdebat̃.uñ eos dixit ĩfernos ꝑꝑ necromãtiã q̃ ibi fiebat.¶ Aeææq; in.cir.q nũc Circeiꝰ mōs a Circe dr̃.quōdã:ut Var.dicit:ĩſula fuit nōdũ ſiccatis paludibꝰ:q̃ eã diuidebăt a cōtinēti.Aeææ ăt dcã ab aſꝑnãtiũ uoce ꝑꝑ celebratas ĩllic corpoꝝ mutatiōes.uñ eſt Inacceſſos ubi ſolis filia lucos.Aeææ ăt tres ſũt diphthōgi:nã genitiuus eſt ab ææa.¶ Quã.t.p.u.c.t.añ cũcta luſtrabis q̃ poſſis urbē tuta cōpōer̃ terra.Tuta ăt ꝑꝑ Thraciæ & Cretæ diſcrimina.¶ Signa.t.d.deeſt ergo.Et notãdũ qa nō eo ordĩe quo ꝑmiſerat dicit.añ.n.dicit de ciuitate cōdēda:ſecũdo de tuta nauigatiōe.¶ Secreti ad.fl.un.i.thiberini.¶ Littoreis:littꝰ dr̃ qcq̃d iuxta aquã ē.uñ nũc ripã fluminis littus uocauit.¶ Sus:nãliter lōga ē:licet ĩ genitiuo breuis ſit:ut bos:pes:res:ſpes.De hac ăt ſue alii dicũt ſcd̃m Vir.q in Italĩa inuēta ſit.Alii q ſecũ eã mor̃ nauigãtiũ troiãi portauerĩt:& oraculo cognouerĩt ibi cōdēdã eē ciuitatē:ubi ſus illa poſt fugã fuiſſet inuēta.Dr̃ ergo ĩ cãpaniã fugiſſe:Et inuēta ĩ Laurolauinio:a q̃ Aſcãius poſt Albæ nomē ĩpoſuit.¶ Trigĩta.c.f.e.ꝓdigiale ē hoc quo ſignificat̃ trigĩta annis regnaturꝰ Aſcãiꝰ.¶ Viã:rōnē.& nō dicit quã:qa ēt ꝓfutura ē fames:ut Hæc erat illa fames:hæc nos ſuꝑma mãebat Exitiis poſitura modũ.¶ Aderitq; uo.a.nunc uocatus:quia ut ſupra diximus:expiatorum fecit ſacrificium.¶ Has autem terras: quaſi oſtendentis eſt.nec enim Calabria ab Epiro longo diſtat ſpatio.¶ Noſtri æquoris:epirotici:quo Calabriæ littus aluitur.

¶DONA. Pauca:multa ĩſtructiōis cã fuerăt referēda:ſed ne id fieret:dii ꝓhibet me ſcire:& Iuno aliqua referre nō patit̃:tñ dicã q̃ poſſunt eē ĩ mea p̃tãte.Deĩde narrat q quãuis Italia ꝓxima ſit:tñ lōgo circuitu ambiēda ē Sicilia.¶ Signa tibi dicã:Cōmendat q̃d fuerat dicturus:ut oſtēderet ĩd magnũ eſſe:& uerũ:deinde dat ſigna fluminis:dat porcæ:dat numerũ fœtus:dat colorē:quod ſi eſt p̃ter naturã porcã edere.xxx.multa ꝑſæpe q̃ bonũ aut malũ portenderēt:euenerunt p̃ter naturã:ut ĩgnis ex capite aſcanii mitis:& innoxius:ut in Polydori ſepulcro ſanguis ex uiminibꝰ:ut uox humana ex pecudibus.¶ Nec tu mēſaꝝ:oſtēdit futurã famē:ſed nō nocturnã.

¶CHRI. Voluit ui.Nã ipſum fatũ reuolutiōe cæloꝝ fit.¶ Ordo:ſydeꝝ & cæli.¶ Hoſpita:q̃ cingũt Italiã:cuiꝰ hoſpitio recipieris.¶ Via ĩu.d.nō ergo lōge diſtat:ſed cũ uia q̃ breuis illud ē tibi ĩuia fit: qa nō potes illa uti iccirco eſt ac ſi lōge diſtet.¶ Signa tibi.d.ex Home.ille.n.συ δἐενι φρεσι τιθεο σοισι.¶ Certa:nã requiē: & in Thracia:& in creta ſperaſti:ſed illa incerta fuerũt.¶ Locri.hi populi iuxta phocidē ſunt.¶ Locritis.n.regio teſte Stra.in duas plagas Diuidit̃.una locoꝝ ē ĩ euboea uergētiũ:q ad utrũq; daphnũtis urbis latꝰ diſcindunt̃.Horũ alteri opuntii ab urbe metropoli:alteri apicnemedii a Cnemede mōte uocabant̃.Qui ăt ad occidētē ſpectăt occidui locri:& ozole dicunt̃:diuidũt ăt hos opũtiis epicnemidis: & pnaſꝰ mōtes.Ozoli ăt dicunt̃:quoniã in eoꝝ regiōe taphoſis eſt collis in quo:& neſi:& alioꝝ cētauroꝝ tumulus locatus eſt:equoꝝ thabo teterrimus odor fundit̃:& hũor craſſioribus guttis manat:unde illi oxoli.i.odoris mali appellant̃.Verũ ab epicnemediis ducta colonia:& ab his locri epizephyriiq; deriuati eſt.n.zephyrũ promontoriũ in Italia poſt herculeũ promōtoriũ.

¶SER. Hic & naritii poſuerũt mœnia locri: Locri ſocii Aiacis Oilei fuerũt: Epizephyrii: & Ozolei. ſed poſt tẽpeſtatẽ mõtis Capharei Epizephyrii tẽuerũt Brutios. & hos nũc dicit. Ozolei uero tenuerũt pẽtapolĩ: uel Lybyã. unde ẽ Libycoue habitãtes littore locros. Qui ẽt de ozoleis legiť: q̃ delati Thinneiã ulterius acceſſerit: & ciuitatẽ cõdiderit: q̃ nũc ozalis dr̃. Naritii ãt a loco dicti ſũt ꝓuĩciæ ſuæ. Ozolei uero a putore paludis uicinæ: nã oζω ẽ puteo. ¶ Salẽtinos obſedit milite cãpos: ſalẽtinũ ꝓmõtoriũ Italiæ ẽ. nã ut ait Sal. oĩs Italia coacta ĩ auguſti ſcindiť ĩ duo ꝓmõtoria: Brutiũ & Salẽtinũ. ¶ Lyctius idomeneus: a lyctio Cretæ ciuitate: unde pp ſupradictã pulſus eſt cãm. ¶ Ducis meliboei: Philoctetæ a Melibœa ciuitate theſſaliæ: de q̃ fuit. ¶ Meliboei ergo pro melibœnſis. ¶ Subnixa petilia muro: ciuitas cincta muro modico: ut Crinẽq; madentẽ Subnixus rapto potiť. ¶ Petilia: dcã uel ἀπὸ τοῦ πέτεσθαι. i. uolarẽ. nã captato augurio cõdita ẽ: uel qđ poſt relictũ Iliũ: quo ducebať a græcis eã petiuit ciuitatẽ. petilia ſane ẽ nũeri ſingularis: Philoctetes ãt fuit Pæãtis fili9: Herculis comes: quẽ Hercules quũ hoĩem ĩ œta mõte deponeret: petiit ne alicui corporis ſui reliq̃s indicaret. De q̃ re eũ iurare cõpulit. eiq; ꝓ munere ſagittas dedit hydræ felle tĩctas. poſtea troião bello reſpõſũ ẽ ſagittis Herculis opus eẽ ad Troiæ expugnationẽ. Inuentus itaq; Philoctetes: quũ ab eo Hercules q̃rereť: & prio negaret ſe ſcire ubi eẽt: tãdẽ mortuũ eẽ cõfeſſus ẽ. ĩde quũ acriter ad ĩdicãdũ eius ſepulcrũ cogereť: pede locũ ꝑcuſſit: quũ nollet dicere. poſtea quũ ipſe ducereť ad bellũ: unius ſagittæ caſu uulneratus ẽ pedẽ: quo ꝑcuſſerat tumulũ: cuius ĩſanabilis uulneris cũ putorẽ græci ferre nõ poſſent: diu qdẽ eũ ꝓ oraculi neceſſitate ſuſtinuerũt. ductũ tãdẽ apud Lemnũ ſublatis ſagittis reliquerũt. hic poſtea quũ horrore uulneris ſui ad patriã redire noluiſſet: paruã ſibi petiliã in Calabriæ partibus fecit. ¶ Purpureo uelare comas adopertus amictu: ſubaudi cura: aut memẽto: aut certe qđ melius ẽ: uelare ĩperatiuus ſit: nõ ĩfinitus. ¶ Hoſtilis facies occurat & oĩa turbet: ſacrificii ordinẽ rũpat: qđ ẽ piaculũ ſignificat ãt Diomedẽ: q quũ multis caſibus affligereť: palladiũ: qđ apud ipſũ erat: troiãis oraculo iuſſus ẽ reddeř: qđ quũ uellet ĩpleř Aeneã ſacrificãtẽ ĩuenit: q ut ſupra dixius ne ſacrificii ordĩnẽ rũpet palladiũ Nautes accepit. uñ nautiorũ familia ſacra Mineruæ ſeruabat. Sane ſciẽdũ ſacrificãtes diis oĩbus caput uelare cõſuetos ob hoc: ne ſe ĩter religionẽ uagis aliqd offerret obtutibus excepto tm̃ Saturno: ne nũinis imitatio eẽ uidereť qa Saturno uelato capite incẽdiť. ¶ Hac caſti: pii: ut Nulli fas caſto ſceleratũ ĩſiſtere limẽ. ¶ Digreſſũ: a littore Calabriæ. ¶ Anguſti rareſcẽt clauſta pelori: qa a cõtinẽti. i. a colũna uſq; ad pharõ tribus milibus diſtat. Rareſcent ãt iõ: qa ueniẽtibus de Ionio ad Calabriã pp curuaturã littoꝝ clauſæ uidenť anguſtiæ: q̃ paulatĩ ꝓpĩquãtibus apiri uidenť. ¶ Pelori: ꝓmontoriũ Siciliæ: ſecũdũ Saluſtiũ dictũ a gubernatore Annibalis illic ſepulto: q fuerat occiſus ꝑ ignorãtiã regis: quũ ſe eius dolo crederet eẽ deceptũ: ueniẽs de Petilia: q̃q̃ legamus ẽt ãtepeloꝝ dictũ. ¶ Leua tibi tellus: ueniẽtis ꝑſonã ř̃ſpexit: nã de Ionio nauigãtes: ſi fretũ petãt: dextrũ teneãt lit9 neceſſe ẽ: ſin alias ſiniſtꝝ. ¶ Aequora circuitu: totã. n. pene circũitur9 ẽ Siciliã. ¶ Hæc loca: ut etiam Saluſtius dicit: Italiæ coniunctam ſiciliam conſtat fuiſſe: ſed medium ſpacium aut per humilitatem obrutum eſt: aut propter anguſtiam ſciſſum. Vt autem tam curuum ſit: facit natura mollioris Italiæ: in quam aſperitas: & altitudo ſiciliæ æſtum relidit. ¶ Quondam: tria tenet tempora: ſicut olim.

Effuge: cũcta malis habitantur mœnia Graiis.
Hic & Naritii poſuerunt mœnia Locri.
Et Salentinos obſedit milite campos
Lyctius Idomeneus. hic illa ducis melibœi
Parua Philoctetæ ſubnixa Petilia muro.
Qui ubi trãſmiſſæ ſteterit trãs æquora claſſes
Et poſitis aris iam uota in littore ſolues:
Purpureo uelare comas adopertus amictu:
Nequa inter ſanctos ignes in honore deorum
Hoſtilis facies occurrat: & omnia turbet.
Hunc ſocii morem ſacrorum: hũc Ipſe teneto.
Hac caſti maneant in relligione Nepotes.
Aſt ubi digreſſum ſiculæ te admouerit oræ
Ventus: & anguſti rareſcent clauſtra Pelori:
Leua tibi tellus: & longo leua petantur
Aequora circuitu. dextrũ fuge littus: & undas.
Hæc loca: ui quondã: & uaſta conuulſa ruina
(Tantũ æui lõginqua ualet mutare uetuſtas)

¶DONA. Malis: ut æneã abſterreat qui per multas urbes Græcas tranſierit: & etiã ipſe qui captiuus fuiſſet hoſtium perſonã deformare debebat. ¶ Hæc loca: huius loci deſcriptionẽ cũ oĩ cautela ꝓſequiť. Dicit. n. ueteꝝ ſequi opinionẽ facitq; ueriſimile: quia uetuſtate tẽporis multi ſitus locoꝝ mutati ſunt. ¶ Læua tibi: aduertendũ eſt qđ tendentibus ad Italiã diciť leuũ latus: & dextrũ cæterũ redeuntibus ſiniſtrũ fit quod fuerat dextrum.

¶CHRI. Meliboei: quibus autem urbibus Philoctetes imperauerit Homerus ſic exponit.
οἱ δ᾽ ἄρα μηθώνην καὶ θαυμακίην ἐνέμοντο καὶ μελίβοιαν ἔχον καὶ ὀλιζῶνα τρηχεῖαν
τῶν δὲ φιλοκτήτης ἦρχε τόξων εὖ εἰδώς. ¶ Petilia: de hac Stra. ait petilia lucãoꝝ metropolis putať hãc Philoctetes e meliboea ꝑ ſeditionẽ ꝓfugus ædificauit egregiis monumẽtis ualidã: ſamnites. n. quãdoq; caſtellis exedificatis eã corroborarũt. ¶ Solues: tanq̃ debitor: nã ĩ facto uoto accepit q̃ petierat: debitor uoti factus ẽ: Vnde in Buco. Dãnabis tu quoq; uotis. ¶ Sãctos: qa ſacrificiis pati eſſet. ¶ Honore: ſacrificio: ut ſupra aut ſupplex aris ĩponit honores. ¶ Turbet. o. i. turbãdo ſacrificia ĩterat malũ omẽ. ¶ Caſti: pii. ¶ Pelorus: ait Stra. eſt ſicilia tribus formata angulis: figurã uero eius tria terminãt ꝓmontoria: Ora qdẽ delori ad faucẽ: & Colu. & reginos agros anguſtũ facit euripũ. Pachynus ſiculo alluiť pelago ĩ pelopõneſum cretẽſemq; curſum ꝓſpectans lilybeũ in libyã reſpicit: hãc ĩſula teſte Soli. ac Diodo. Sicanus cũ liberorum manu ante troiana Bella coluit: deinde ſiculus Neptũni filius unde: & ſicãia: & Sicilia: ẽ denoĩata: dr̃ triquetra pp triãgularẽ formã: dr̃ itidem trinacria pp tria ꝓmontoria: Nã ἄκρον Græce ꝓmõtoriũ eſt. Eſt aũt ambitus ĩſulæ ſtadiorum trium miliũ: ut placet Solino.

Petilia
Mœlibea
Pelorus
Pachynus

℞

Diſſiluiſſe ferunt:cum protinus utraq; tellus
Vna foret:uenit medio ui Pontus:& undis
Heſperiũ ſiculo latus abſcidit:aruaq; & urbes
Littore diductas anguſto interluit æſtu.
Dextrũ Scylla latus:leuũ ĩplacata Charybdis
Obſidet:atq; ĩmo Barathri ter gurgite uaſtos
Sorbet in abruptũ fluctus:rurſuſq; ſub auras
Erigit alternos:& ſidera uerberat unda.
At ſcyllam cæcis cohibet ſpelunca latebris
Ora exertantem:& naueis in ſaxa trahentem.
Pria hominis facies:& pulchro pectore uirgo
Pube tenus:poſtrema immani corpore Piſtrix
Delphinum caudas:utero cõmiſſa luporum.
Præſtat trinacrii metas luſtrare Pachynni
Ceſſantem:longos & circumflectere curſus:
Quam ſemel informẽ uaſto uidiſſe ſub antro
Scyllam:& cæruleis canibus reſonantia ſaxa.
Præterea ſiqua eſt Heleno prudentia uati:
Siqua fides:animum ſi ueris implet Apollo:
Vnum illud tibi Nate dea:præq; omnib9 unũ
Prædicã:& repetẽs iterumq; iterũq; monebo.

SER. Diſſiluiſſe ferũt:hĩc apparet bene dictũ:Vnctos ſaluere p utres.nã ut diſſilui:ſic ſalui facit.Cice.ĩ Miloniana:Quũ hic de rheda reiecta pẽula diſſiluiſſet.ẽ.n.poſitio ſalio ſalis ſalui.itẽ ĩ cõpoſitiõe diſſilio diſſilis diſſilui. Cũ ,pti.cõtĩue:& mõ aduerbiũ loci ẽ.alibi tpis:ut Protinus aerias phæacũ abſcõdimus arces. Foret:ab ĩfinito ẽ.ſed mõ pteritũ ſignificat tps:qđ rarũ ẽ.ſæpius.n.futurũ ſignificat. Venit me.ĩ mediũ:ut It clamor cælo. Heſperiũ ſi.la.ab.hypallage ẽ:nã minora a maioribus ſegregant:ſed cõtra dixit. Abſcidit: pp metrum ei corripuit p poeticũ morẽ. Interluit:ĩterlabit põt9.ſ. Dextrũ ſcylla lat9 leuũ ĩplacata cha. de Ionio ueniẽtib9 ſcylla.n.in Italia ẽ: charybdis ĩ Sicilia.Scila phorci & Cretheidos nymphæ filia fuit:hãc amabat Glaucus: quẽ Circe diligebat:& quoniã pronior ĩ Syllã fuerat: irata Circe fõtẽ.ĩ quo illa cõſueuerat corp9 abluer ĩfecit:uenenis:ĩ quẽ quũ illa deſcẽdiſſet.pube tẽus in uarias mutata ẽ formas.horrẽs itaq; ſuã deformitatẽ:ſe pcipitauit ĩ maria.Home.hãc dicit ĩmortale mõſtrũ fuiſſe.Salu.ſaxũ eẽ dicit:ſimilis formæ celebratæ procul uiſẽtibus.canes uero & lupi ob hoc ex ea nati fingunt:qa ipſa loca plena ſũt monſtris marinis:& ſaxorũ aſpitas illic imitat latratus canũ.Legimus ẽt Nũc nemora igẽti uẽto:nũc littora plãgũt.ſi ergo plãgũt dicimus:& latrãt nõ incõgrue poſuit.Charybdis aũt fœmina fuit uoraciſſima:q qa boues Herculis rapuit:a Ioue dicit fulminata: & ĩ maria pcipitata. Vnde naturã priſtinã ſeruat:nã ſorbet uniuerſa.& ſecundũ Saluſtiũ ea circa taurominitanũ eggerit litt9.De hac Cice.ĩ Philippicis ait:Charybdis q ſi fuit animal fuit unũ. Obſidet:ad trãſeũtiũ ĩſidias. Barathri:barathrum eſt ĩmenſæ altitudinis nomẽ.Vnde ſequitur Sorbet ĩ abruptũ:qđ græce βαραφρον dr qa ſit grauis aſpectus quaſi βαρυτοαθρειν. Cohibet ſpelunca:hypallage ĩ ſenſu:nã ipa ſe tenet intra ſpelũcã ſecũdũ fabulã. Prima:nominatiuus ẽ pluralis a neutro. & ẽ græca figura ταπρωτα ανθροπος. Pube ten9: tenus ppoſitio ablatiua quidẽ ẽ:ſed figurate ẽt genitiuo cohæret:ut Crutũ ten9 a mẽto palearia pẽdẽt.Sane gaudet poſtpoſitõe. Piſtrix:ſi nauẽ ĩtelligas:hæc priſtis huius priſtis facit:ſi de belua dicas:hæc piſtrix hui9 piſtricis facit. Cõmiſſa lu.cõiũcta & coagmẽtata:ipa.ſ.& figurate locutus ẽ:ut Oculos ſuffuſa.ẽ ãt hæc elocutio poſtrẽa.i. ταεσχατα cõmiſſa erat utero luporũ caudas delphinũ.i.cõmiſſas hẽbat. Ceſſantẽ:ĩmorãtẽ:qđ ſequẽtia ĩdicãt.Lõgos & circũflecter curſ9. Præterea:hic oſidit cũcta ſcire Helenũ & ĩfenſam Iunonẽ:ſed ,phiberi dicere:ut ſupra dixius. Heleno.p.in hoĩ.n. prudẽtia ẽ:in uatibus fides. Veris implet:oraculis:ut Lucanus:Atq; hominem toto ſibi cedere iuſſit Pectore.

DONA. Ter gurgite uaſtos Sorbet:utrũq; pnitioſum nauigãtibus aut cũ ſorbet nauigia:aut cum eructat & excutit. Scyllam:hanc ut mõſtrũ more poetaꝝ deſcribit.ſ.pube tenus:ideſt uſq; ad inguina facie humana eſt:pro pedibus aũt habere ſæuoꝝ animaliũ genus lupoꝝ fœditate armatum.Eligit aũt animaliũ naturã quæ inſatiabilia ſunt.Cæterum locus eſt in mari ſaxa habens latentia cui natura ſit: ut de longinquis partibus nauigia trahat:& contineat aſperitate ſaxoꝝ:& retenta cõminuat. Præſtat metas:,ppoſitis utriuſq; lateris malis indicat eundẽ quã carybdis eſt malũ leuius & labores ſubire longioris curſus q̃ compendio nauigare p ſcyllam. Semel:qa iterum uideri cũ pieris non potes. Præterea:dicturus rem magnam & ad æneæ ſalutem in primis pertinentẽ cõmendat altis ſenſibus tenaciter retinendam. Prudentia:quod ad eũ pertinet:cũ nõdum minime pcitus ſit. Fides:hoc pertinet ad perſonam uatis. Præq; oĩbus:pro cõmodo omniũ deſideriorum.

CHRI. Diſſiluiſſe ferunt:credit antiqtas ſiciliam iunctam Italiæ fuiſſe:& peloꝝ ſiciliæ partẽ eſſe apẽnini: ſed cum ea parte uehementer depſſa eſſet Italia terræmotu uel alia ui:cum locus ſcideretur mare irripuiſſe:& ſiciliam a cõtinenti diuiſiſſet: diſſiluiſſe diuiſam eſſe.Diſſilire eſt in diuerſas partes ſalire:& quæ ĩ diuerſas partes ſaliunt diuiduntur.unde Aeraq; diſſiliunt uulgo ueſteſque rigeſcunt. Vi:nam ui terræmotus ſciſſus eſt

Scylla locus:& mare intrauit. Anguſto:freto.Scylla quid de iis monſtris intelligant poetæ in noſtris allegoriis diximus.Homerus:hanc latrantem more canis nuper geniti inducit &.xii.pedes &.vi.capita habere affirmat:quæ ex ſpelunca emittens balenas & huiuſcemodi piſces rapit. Obſidet:trãſlatio ab obſidione urbium uel q; tanq̃ inſidias uenientibus nauibus ponat.Teren.Numerus ternarius: ut etiam affirmat Ariſtoteles complet omnẽ dimenſionem : & ideo a poetis ponitur pro omni numero. Naues: alluſit ad ueritatem rei: nam uidentur illis undationibus attrahi naues. Prima ho.fa.& hoc expreſſum eſt ĩ allegoriis. Quam ſemel ĩformẽ: Si oẽm moram ne ſemel uideas ferre præſtat:quid patieris ne te obſorbeat.Eſt igitur optima adhortatio. Præterea ſi qua eſt:reintegrat exordium & captat attentionem cum interponit fidem: quia uates:& prudẽtiam quia homo:his.n.rebus uidet hoc uehemẽter affirmare tãq̃ primũ maximũ q & in quo ſumma ſalutis æneæ cõſiſtat.

Iunonis magnæ primum ꝑce numen adora:
Iunoni cane uota libẽs:& dominamq; potentẽ
Supplicibus ſupera donis:ſic deniq; uictor
Trinacria fines italos mittere relicta.
Huc ubi delatus:cumæam acceſſeris urbem:
Diuinoſq; lacus:& auerna ſonantia ſiluis:
Inſanam Vatem aſpicies:quæ rupe ſub ima
Fata canit:foliiſq; notas:& nomina mandat.
Quæcunq; in foliis deſcripſit carmina uirgo:
Digerit in numerũ:atq; antro ſecluſa relinq̃t.
Illa manẽt immota locis:neq; ab ordine cedũt.
Verum eadẽ uerſo tenuis cum cardine uentus
Impulit:& teneras turbauit ianua frondes:
Nunq̃ deinde cauo uolitantia prendere ſaxo:
Nec reuocare ſitus:aut iungere carmina curat.
Inconſulti abeunt:ſedemq; odere Sibyllæ.
Hic tibi:nequa moræ fuerint diſpendia tanti:
Quamuis increpitent ſocii:& ui curſus in altũ
Vela uocent: poſſiſq; ſinus implere ſecundos:
Quin adeas uatẽ: precibuſq; oracula poſcas.
Ipſa canat:uocemq; uolens:atq; ora reſoluat.
Illa tibi Italiæ populos:uenturaq; bella:
Et quo quenq; modo fugiaſq; feraſq; laborem
Expediet:curſuſq; dabit uenerata ſacerdos:

¶SER. Iunonis.m.i.ſupernæ:nã legimus ĩ ſexto Iunoni ĩfernæ dictus ſacer.☞Prece numẽ adora: Iunoni cane uota libẽs:his.n.Iuno ꝓcipue delectať.i.hymnis & ꝓce.☞Victor:ꝓpoſiti tui effector.☞Cumæã acceſſeris urbẽ:Euboea ĩſula eſt:de cuius ciuitate Chalcide ꝑfecti ſunt ad nouas ſedes q̃rẽdas:& haud longe a baiis: qui locus a ſocio Vlyxis Baio illic ſepulto nomẽ accepit inuenerunt uacuum littus ubi uiſa muliere grauida:ciuitatẽ condiderunt:q̃ res fœcundam oſtendebat fore rempub.& eam cumas uocarunt:ſiue ab εγκυου:ideſt ꝑgnãte: ſiue απο τωυ κυματων.i.ab undis.κυματα.n.dicunť u aũt latini in u ſæpius uertunt:ut byrrhia burrhia.Cumæam autem urbem ſicut buthroti arcẽ:& fontem timaui.☞Diuinoſq; lacus:cõſecratos auernũ & lucrinũ.Auernus aũt in plurali numero hæc auerna facit: ut tartarus tartara.unde ait Auerna ſonantia ſiluis. Sane hic lacus antea ſiluarum denſitate ſic ambiebatur: ut exhalans inde per anguſtias aquæ ſulphureæ odor grauiſſimus ſupuolantes aues necaret.Vnde & auernus dictus:quaſi αορνος:quã rẽ Auguſtus Cæſar intelligens deiectis ſiluis ex peſtilentibus amœna reddidit loca.☞Inſanã uatẽ:alii magnã dicũt:ſed meli⁹ ẽ deo plenã: & uaticinatricẽ ĩtelligamus e græcorũ tractũ etymologia qui μαντεις απο της μανιας appellauerũt:nã ſupra ſenſus humanos ĩtelligẽtia: furor & ĩſania dr̃.Teſte Cicerone libro de diuinatione huic pſtãtiſſimæ rei nomen nr̃i a diuis græci: ut Plato ĩterpretať a furore dixerũt :rurſus furoris diuinationẽ ſibyllinis maxime uerſibus cõtineri arbitrati. ☞Sub ima:in ima:ut Nãq; ſub ingenti luſtrat dũ ſingula templo & Exercet ſub ſole labor.☞Fata canit foliiſq; notas & noĩa mãdat: tribus modis futura ꝓdicit:aut uoce:aut ſcriptura:aut ſignis .i. q̃buſdã notis: ut in obeliſco Romæ uidemus:uel ut alii dicũt notis litterarũ:ut per unã litterã ſignificet aliquid. In foliis ãt palmaꝝ Sibyllã ſcribere ſolere Varro teſtať.☞Carmina uirgo:q͂a eius reſponſa uerſibus ſcribebanť.uirgo uero phemonoe dicta ẽ:nã ſibylla appellatiuũ nomẽ eſt:adeo ut Varro quot ſibyllæ fuerint ſcripſerit. Sibylla autẽ dr̃ oĩs puella:cuius pectus numẽ recipit nã æoli σιουσ dicũt deos:βυλη ãt eſt ſententia ergo σιβυλλας quaſi σιου βουλας dixerũt.ide eſt:Magnã cui mẽtẽ animũq; Delius inſpirat uates. Sane ſcr̃endũ oĩa reſpõſa ſibyllæ.plus minuſue centũ nõ cõtineri ſermõibus.unde Vir.ait: Quo lati ducũt aditus cẽtũ:hoſtia centũ Vnde ruunt totidẽ uoces reſpõſa ſibyllæ.☞Digerit:ordiat:diſponit.☞Secluſa:ꝑ ĩcluſa.ꝑpoſitio ꝑ ꝑpoſitiõe.☞Cardine uerſo:apta ianua:ꝑ piphraſin.☞Turbauit Ianua frondes:nõ Ianua:ſed uẽtus:qui ꝑ ianuã ingredit.☞Inconſulti:iſcii rerũ ignari ſine cõſilio. & cõſultus eſt q cõſulit.icõſultus q nõ accipit cõſiliũ.☞Vela uocẽt:q̃s fit ꝓfuſa nauigatio.☞Volens:quæ uelle habet:nã uolitura propter aſperitatem noluit dicere.illa tibi quærit quare de ſibylla dicit cum helenus dixiſſet uentura quos bella intulit ſpem & quoq; modo fugiaſq; feraſq; laborem.

¶DONA. Iunonis.m.oñdit poeta maioris potẽtiæ inimicos obſequẽdo potiuſq; reſiſtẽdo poſſe ſuparí.Q̃ua ꝓꝑ ꝓcibus & donis placãdã admõet Iunonẽ:ut Poſſit ĩ italiã uẽire.☞Inſanã:plenã nũinis.☞Morẽ: dixit ſibyllæ. & ĩ quo loco ſit:& quo ordine ſinguloꝝ deſideriis reſpõdeat Scribit ĩ foliis:ordinat:& dimittit hoĩes q ĩ illis futura legũt: ſed ſi uẽto ꝑturbať ordo folioꝝ peũt cõſulta:& dubii remanẽt q uenerãt cõſulturi.☞Illa tibi:edicet illa q̃ ego ꝓhibeor apiř:q̃ bella ſint uẽtura:& q̃uo ſingulos labores uel tolerãdo trãſeas : uel ſupando cõpeſcas.

¶CHRI. Cumeã ur.de hac urbe ait.Stra.poſt has cumæ ſunt uetuſtiſſimũ chalcidẽſiũ & cumæorũ ædificiũ: ãtiq̃tate.n. cũctas & ſiciliæ & Italiæ urbes añcellit.ipſi⁹ ãt claſſis ductores Hippocles cumæus & megaſthenes chalcidẽſis ĩter ſe pepigerũt:ut hoꝝ q̃dẽ colõia fieret.hoꝝ ãt appellatiõe noĩaref:uñ cumæ nũcupãť a chalcidẽſib⁹ tñ ꝯditũ putať oppidũ.☞Auerna:idẽ Str.Cõtigu⁹ baīs lucrin⁹ adeſt ſin⁹:ĩtra quẽ auern⁹ ẽ.Sed hoc ĩ ſexto lati⁹ dicem⁹.☞Inſanã:furoř diuio plenã ſed de eo furoř quo ꝑcita mẽs hũana futura ꝓuidet:& de ſibyllis latius ĩ.vi.dicemus.☞Rupe:Rupes ꝓcipitia latera mõtis ſř:Ripæ uero fluuioꝝ extrẽitates.☞Mãdat:cõmittit.q.d. rei ĩſtabili credit.☞In numeꝝ:ĩ ordinẽ aliq̃ñ nũeros rithmos:& modulatiões ĩ muſica dicim⁹: ut Nũeros:memini ſi uerba tenerẽ.☞Reliq̃t:q̃ſi nõ curet maneãt an diſſipenť:nã reliq̃mus ea q̃ pauci facimus.☞Ab ordine exprimit:q̃d dixit Digerit in numerũ.☞Tenuis:cũ uelit dãnare hũc modũ reſpõdẽdi:oſtendit quãtũ in ſit periculũ:cũ mãdeť reſpõſum ſiliis.i.rei leuiſſimæ:& cũ deferatur extra ſuam cuſtodiã:& cum tenui uento turbari res poſſit:& cũ ſibylla quæ ſemel turbata ſint in ordinẽ reuocare negligat:quo periculo ſuadere põt:ut æneas omnes moram perferat:donec reſponſum ſibi ore reddi impetret.☞Illa:quæ poterit quæ ego non poſſum.

Cumea

¶SER. Hæc ſunt:quæ noſtra liceat te uoce moneri:bene cum pſcriptione ne falſi dicus: uel minus peritus
poſtea putaretur ſacerdos.¶ Grauia:a finalitatis ratione producitur:ſed ſatis aſpere:nam in nullam deſinit con
ſonantem:ut Omnia uincit amor & nos cedamus amori: At tibi thymbre caput euádrius abſtulit enſis.¶ Ele
phanto:pro ebore poſuit.¶ Stipat:denſat.unde ſtipatores dicuntur qui in nauibus aliquid componunt:a ſtipa.
¶ Dodonæos:epiroticos a ciuitate Epiri Dodona.laudauit a regione ut uaſa corinthia.¶ Lebetes: ollas æreas
græce dixit.zeumas enim uulgare eſt:non latinum.lebes quos pro uaſe capitur in quod & qua:dum máus ab
luuntur.decident quod decentius æneæ conuenire
domum uidetur quam ꝙ culine dona præſtentur:
ut Home.in odyſſea χερνιβα Δαμφι πολος προ/
χοωε πεχευε φερουσα ναλη χρυσειη υπεραρ
τιρεοιο λεβητος. ¶ Hamis auroq;:hamis aureis p
endyadim.hamis átcatænis ſignificat.¶ Conum inſi
gnis galeæ criſtaſq; comantes: a parte totum : nam
conus eſt curuatura quæ in galea prominet : ſuper
quam criſte ſunt.¶ Sua dona parenti:ideſt Anchiſæ.
ſua autem cōgrua apta ætati.¶ Remigium : ſupplet
bene uerbo militiæ uſus eſt:ut ſupplementum dice/
ret:nam multos in Creta perdiderat:remigium aűt
ꝓ multitudine nauigátiű poſuit.¶ Velis aptare iube
bat:ſubaudi ſocios a ſupioribus.¶ Ferēti: flāti.¶ An/
chiſa:uocatiu⁹ hic nō ē latin⁹:ná breuis eēt a ut o Ca
tilia.græc⁹ ē ergo de quo apud eos ualtē q̄rit queád
modű exeat ab his noībus:q̄ ī es mittűt noīatiuű:ná
Tydides Tydide facit:ut Danaű fortiſſime gētis Ty/
dide.Atrides quű ſit ſimile atrida facit:ut Hor.Ne qs
húaſſe uelit aiacē atrida uetas Cur? tale ē ergo & an/
chaſa.Sane apud latinos horum nominum cá mani
feſta eſt:nam nominatiuum ipſum in a mittunt: &
recipiűt latiná declinationē: ut atrides atrida facit:ſcythes ſcytha facit.¶ Dignate:digne habite:digne iudicate:
ná modo non agentis habet.ſed patiētis imaginem.unde eſt in primo.Haud equidem tali me dignor honore.

Hæc ſunt:quæ noſtra liceat te uoce moneri.
Vade age:& igentē factis fer ad æthera Troiá.
Quæ poſtq̄ uates ſic ore effatus amico eſt:
Dona dehinc auro grauia:ſectoq; Elephanto
Imperat ad naues ferri:ſtipatq; Carinis
Ingens argentum:Dodonæoſq; lebetes
Loricam conſertam hamis:auroq; trilicem:
Et conum inſignis galeæ: criſtaſq; comanteis.
Arma Neoptolemi:ſunt & ſua dona parenti.
Addit equos:additq; duces.
Remigiű ſupplet:ſocios ſimul inſtruit armis.
Interea claſſem uelis aptare iubebat
Anchiſes:fieret uento mora ne qua ferenti:
Quē Phœbi iterpres multo cōpellat honore:
Coniugio Anchiſá Veneris dignate ſuperbo:

¶DONA. Vade age & ingentem:Quædam prædicit:ut uates quædam admonuit: ut amicus ceſſantibus
partibus uatis.¶ Stipat:largitorem præcipuum indicat:qui tátű donaſſet argenti q̄tű naues:niſi ſtipatæ capere
nō poſſent.¶ Loricá:& dona q̄ augeát:ſuas opes dat:& ea qbus ſe ab hoſte tutetur.& omnia cű decoro:& dicit
arma fuiſſe illius q Troiá uicerat:ut ſit iſultatio arma uictű ferre uictoris.¶ Sua:ætati cōuenictia.¶ Socios:nul
lű indonatű reliqt dás q̄ cōpetebát uiris fortibus.¶ Dignate:quaſi qui dignus ſit iuētus q filiæ Iouis iungeret.
¶CHRI. Elephanto:elephas ut ápud Pli.ex maximum eſt omnium animalium ꝓximumq; humanis ſen
ſibus intelligit ſermonem patrium habet obedientiam officiorum amoris:& gloriæ uoluptatem probitatem
memoriam prudentiam religionem:nam in Mauritania niteſcente luna ad milon flumen ueniunt aquaq; lu/
ſtrantur:atq; ſalutato ſydere in ſyluas redeunt.Regem adorant:genua ſubmittunt. Romæ primum currum
Pōpei in africano triumpho comitati ſunt:ut prius de bacco fertur deuicta īdia:ſed ut triumpho iuncti portas
ingredi: ut refert Protilius nō potuerunt.Aliqs ductus litteraꝝ græcarű didicit:ſcripſitq; illa lingua.¶ Ipſe ego
hæc ſcripſi:& celtica ſpolia dicaui:ut ait Mutianus:qui ter conſul fuit.Prædam uero quæ de his petat ſciunt eē
ſua arma:quæ iuba cornua.Herodo.uero tanto antiquior dentes appellat. Hos uel caſu aliquo uel ſenecta de/
ciduos defodiunt.Hocq; ſolum ebur eſt cuius cádore intelligit iuuenta.Ipſi hoꝝ dentiű alterius mucroni per
eunt ne ſit prœliis habes.Alterius uero mucrone radices opario uſu fodiunt.Homini ſimpliciter errant in ſoli
tudíe mitis eſt uiamq; demōſtrat.Gregatim icidűt.Ducit agmē ſenior.Cogit ꝓximus ætate.Domitis nomi
na īponebát.In exercitu Antiochi cű Aiax ductor agminis fluuiű tráſire denegaret.Pronűciauit rex prīcipatű
fore eius q tráſiret alius Patroculus noīe tráſiuit.Quapp faleris argēteis ab Aiace detractis donatus ē. Ipſe autē
Aiax ex ignominia mœrore cōfectus ī edia ſe ipm extixit.Primű ī Italia niſi ſűt ī bello Pyrrhi ī Lucanis uñ illos
boues lucas appellarűt.Anno urbis.cccclxxii.Itē poſt.vii.an.romæ ī triűpho.Inde áno dii in uictoria.L.Metelli
pōtificis capti ſűt ī ſicilia.cxlii.uictis pœnis.& uecti ratib⁹.qs doliorű ſtructis ordinib⁹ īpoſuere.Verri⁹ illos pu
gnaſſe ī circeo ꝯfectoſq; Iaculis pēuria cōſilii qm̄ neq; alii neq; regib⁹ dōari placuit.Oriunt ī africa ultra ſyrticas
ſolitudíes:& ī mauritania.Itē apud æthiopas:& tragloditas:ſed maxios omniű fert india.Eos aphri pauēt nec
ītueri audent.Decē annos utero geſtari credidit uulgus.Ariſto.ſcribit bienniű:nec amplius quá ſingulos ſemel
gignere.Plures.cc.annos uiuunt.Quidá.ccc.Latini a ſonitu uocis eos barros appellát.eoſq; barrire dicűt:ut bo
ues mugire.Hinc ebur eorű dentē dicunt ꝙ e barro ſit:Horati.Quid tibi uis mulier nigris digniſſima barris:
græci & animal & dentē elephátē:appellant qui latine:& in ſecunda elephantus elephanti:& in tertia elephas
elephátis dicitur.Hic igitur poeta elephanto pro ebore græce dixit.¶ Loricam:quidam dictam putant ꝙ ſine
loris ita cōſeratur:ut hamus hamű capiat.¶ Trilicē:ideſt triplici hamoꝝ ordine conſertam:ergo denſior eſt:&
ꝓpterea minus penetrabilis.¶ Conű:figura orbiculata ē:ſed in altitudinē extenuata.Ab hac formæ ſimilitudi
ne:& trochű quo pueri ludűt:& curuaturá in galea prominentem ſupra quá criſtæ iponunt:& cupreſſi baccá
conum dixerunt.¶ Addit equos:nam ii in epiro optimi ſunt:ut in georgicis Eliadum palmas epiros aquarű.

¶SER. Cura deum: amor: ut Veneris iuſtiſſima cura. ¶ Bis pergameis erepte ruinis: probauit curam deum. Et ſciendum rhetorica eſſe argumenta quæ a contrariis laudant. quod enim ſupra Anchiſes infelicitatis putauit: ut Satis una ſuperq; uidimus excidia: Et captæ ſuperauimus urbi. hoc hic argumentum conuertit in laudem. bis autem propter Herculem qui quondam & græcos: qui modo expugnauere troianos. ¶ Ecce tibi: aut uacat tibi: ut in Tullio Qui mihi accubantes in conuiuiis. Aut certe altius dictum eſt tibi: ac ſi diceret qui Italiæ hanc tantum uiſurus es partem. non etiam eam quam fata Aeneæ promittunt. ¶ Auſoniæ: Italiæ a rege

Cura deum: bis pergameis erepte ruinis:
Ecce tibi Auſoniæ tellus: hanc arripe uelis.
Et tamē hanc pelago præterlabare neceſſe eſt:
Auſoniæ pars illa procul quam pādit Apollo.
Vade ait o felix Nati pietate: quid ultra
Prouehor? & fādo ſurgēteis demoror Auſtros?
Nec mīus Andromache digreſſu mœſta ſupræ
Fert picturatas auri ſubtemine ueſteis: (mo
Et phrygiā Aſcanio chlāydē: nec cedit honori:
Textilibuſq; onerat donis: ac talia fatur.
Accipe & hæc manuū tibi q̄ monumēta meaꝝ
Sit puer: & lōgū Andromaches teſtent̄ amorē.
Coniugis Hectoreæ cape dona extrema tuoꝝ.
O mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago.
Sic oculos: ſic ille manus: ſic ora ferebat.
Et nunc æquali tecum pubeſceret æuo.

Auſono. ¶ Arripe: inuade. illic enim eſt ſacrificaturus. ¶ Et tamen ανακολουθον eſt. non enim præmiſit q̄q̄ uicina ſit. ¶ Quam pandit apollo: Laurolauinii autem agrum ſignificat: ad quem uenturus eſt. ¶ Vade ait: bis hæc in Virgilius iteratio: ut hoc loco: nam quum ſupra compellat dixerit: modo intulit ait. Item in quito quum præmiſerit: Fidam ſic fatur ad aurem: ſubiecit rurſus. & ſeſe oſtendat in armis dic ait. ¶ O felix nati pietate: latenter oſtendit mortem futuram. non enim ait felicem uitæ longinquitate: uel aduentu ad Italiam: ſed tantum nati pietate: quaſi: q poterit exequiarum munus implere. ¶ Prouehor: ſermone progredior: ut ſequentia oſtendunt. Digreſſu mœſta ſupremo: ultimo: poſtq̄ eorum deſperat aſpectum. ¶ Picturatas: participium ſine uerbi origine. ¶ Auri ſubtemine: ideſt filo quod intra ſtamen currit: quod Perſius tramam dixit Mihi trama figuræ. ſic reliqua: Aſt illi tremat omento popa uenter. nam male quidam ſubtemen ſtamen accipiunt: quum ſtamen de auro eſſe non poſſit. ¶ Et phrygiam aſcanio chlamydem: aut acu pictam. huius enim artis peritos phrygiones dicimus ſecundum Plautum: aut ob hoc addidit phrygiam: quaſi per quam patriæ memoria retineretur. ¶ Nec cedit honori: ideſt dat tāta munera quanta merebatur Aſcanius. hoc enim eſt honori non cedere: ſcilicet parem eſſe meritis accipientis. Scaurus uero honore legit. & intelligit honore: non cedit Heleno: qui patri eius uel auo donauerat multa. ¶ Textilibus: ſibi congruis. quid enim magis conueniebat donare mulierem? ¶ Accipe & hæc: aut intelligamus ante aliqua fuiſſe data: aut certe ſecundum ius locutus eſt. Omnia enim quæ uel auus uel pater acceperat ad Aſcanium hæreditatis nomine deueniunt. ¶ Monumēta: memoriæ. monumenta uero a mentis admonitione ſunt dicta. ¶ Longum amorem: & de præterito & de futuro: ut cognoſcas quantum te uel amauerim: uel amatura ſim. ¶ Coniugis hectoreæ: dictum eſt hoc habita ratione perſonæ: cum qua loquebatur: ac ſi diceret uxoris auunculi tui. ¶ O mihi ſola mei ſuper aſtyanactis imago: ſuper: ideſt ualde: uehementer expreſſe: hoc eſt ualde mihi es imago Aſtyanactis. quo ſermone etiam Homerus in ſimili utitur ſignificatione. ¶ Pubeſceret æuo: ut etiam in ſecūdo diximus. pro œconomia eſt: ut ueriſimile ſit Aſcanium in octauo potuiſſe iam bella tractare.

¶DONA. Bis pergameis: oſtēdit̄ q ſit cura deum: qui cum debilis eſſet liberatus tamē ſit periculis patriæ in qua perierunt uiri fortes. ¶ Nec cedit honori: duo notat in chlamyde: & q eſſet ſibi ſolatio quia eſſet de originalibus terris: & q conueniret honori Aſcanii. nam digna fuit qua uteretur. Tali etiam dignus Aſcanius qui tantam rem applicaret uſibus ſuis. Sunt enim quidam abiecti: qui utuntur ueſtibus ſibi non conuenientibus. Sunt rurſus adeo excellentes: ut cum ſuis ueſtibus pari honore cōtendāt. Laudauit autem ſolam chlamydem. Cætera generaliter dixit. ¶ Honerat: ut in Heleno dixit ſtipatq; carinis. Ille uir fortis donat aurum & argentū. Arma uiro forti. Hæc mulier donat puero textilia. Ergo habuit rationem perſonarum: hæc etiam duo genera munerum ponit: Chlamydem auri ſubtemine uariatam: quæ eſſet ex antiquis. Item alia munera quæ non eſſent tāti præcii: ſed ſuis manibus: unde cū hæc offerret: dixit accipe: & hæc præter chlamydem & prædicta: ut alterum haberet præcium: alterum amoris religionem: & dantis affinis affectum. Ergo ſi non ualent dona ualeat perſona andromaches tui auunculi uxoris.

¶CHRI. Ecce tibi: quaſi in manu haberet. ¶ Chlamydem: puerili ſeruit ætati cum dat purpura diſtinctas ueſtes ueluti ſi prætextam deſignet: & tamen natum ad fortitudinem oſtendit cum præbeat chlamydem. Ea enim ueſtis militaris eſt: ut & Plau. & Terentius oſtendunt: eſt autem a græco uerbo chlæna: unde Homerus de Vlyxe χλαῖναν βάλε. ¶ Coniugis hectoreæ: nō ſolū dixit propter affinitatē: ſed propter fortitudinē: cuius illum immitatorem eſſe cupiebat: unde alibi. Et pater æneas & auunculis excitat Hector. ¶ O mihi: locus ex Homerus eſt: Eſt autem exclamatio cum ſtupeat tantam in duobus pueris ſimilitudinem: & etiam dolorem indicat: quem capiebat pro defuncto filio. Super pro ſuperes ſecundum Priſcianum. Nam & græci præpoſitionem pro uerbo ponunt: uel ſuper: ideſt ualde: Ouidius in Faſtis. Extulit & uelox auſo ſuper alta feneſtra ſe iacit: audacem fecerat ipſe timor. ¶ Sic oculos: imago eſt de qua alibi diximus: & unde gignitur pathos. Item repetitio: & diſſolutio qui colores apti ſunt commiſerationi: ut Tenemus angitiæ uitrea te fuſcimus unda: Te liquidi fleuere lacus.

Hos ego digrediẽs lachrymis affabar obortis.
Viuite felices:quibus eſt fortuna peracta
Iam ſua:nos alia ex aliis in fata uocamur.
Vobis parta qes:nullũ maris æquor arãdũ ẽ:
Arua neq; Auſoniæ ſemper cedentia retro
Q uærenda:effigiẽ Xãthi:Troiamq; uidetis:
Q uam ueſtræ fecere manus:melioribus opto
Auſpiciis:& quæ fuerint minus obuia Graiis.
Siquando Thybrim:uicinaq; Thybridis arua
Intraro:gentiq; meæ data mœnia cernam:
Cognataſq; urbes olim: populoſq; propiquos
Epiro Heſperia:qbus idem Dardanus auctor:
Atq; idem caſus unam faciemus utranq;
Troiam aís:maneat noſtros ea cura nepotes.
Prouehimur pelago uicina ceraunia iuxta.
Vnde inter Italia:curſuſq; breuiſſimus undis.
Sol ruit interea:& montes umbrantur opaci.
Sternimur optatæ gremio telluris ad undam
Sortiti remos:paſſimq; in littore ſicco
Corpora curamus:feſſos ſopor irrigat artus.
Necdum orbẽ mediũ nox horis acta ſubibat.
Haud ſegnis ſtrato ſurgit Palinurꝰ: & omneis
Explorat uentos:atq; auribus aera captat.
Sydera cuncta notat tacito labentia cælo.
Arcturũ:pluuiaſq; Hyadas:geminoſq; triões.
Armatumq; auro circũſpicit Oriona.
Poſtq̃ cuncta uidet cælo conſtare ſereno:
Dat clarũ e puppi ſignũ:nos caſtra mouemus.

¶SER. Coniferæ:cōus dicitur fructus cupreſſi.& ipſa κωνοειδης eſt:nā a rotunditate in acumen leuatur. Cypariſſus autē Telephi filius fuit amatus ab Apolline:uel ut alii dicunt a Siluano:qui quū ceruum: quē in deliciis habebat per ignorātiam occidiſſet:flendo nimiū numinum miſericordiā meruit:itaq; in arborē cupreſſum cōuerſus eſt aptam & conſecratā lachrymis & luctibus.¶ Silua alta Iouis lucuſue dianæ:Iouis ꝓpter quercum:ꝓpter cupreſſum Dianæ.Ipſa enim eſt etiā Proſerpina:cui dicat̄ cupreſſus propter luctus morientium. Alta autem q̄ manet in celſo uertice:& luctus propter religionem diu permanet.¶ Ni teneant curſus: antiqui ni pro ne ponebāt:qua particula plenus eſt Plautus: Ni mala:ni ſtulta ſis.ſenſus ergo talis eſt:timor cogebat:ut quocūq; nauigaremus & uentū ſequeremur non iudicium:ſed occurrebat præceptū Heleni uitare Scyllam & Charybdin.quare placuit:ne curſus teneant:hoc eſt agant̄ & impleantur inter utranq; uiā modico mortis interſtitio.i.Scyllæ & Charybdis retro dare lintea:quod dū cogitamus: ꝓſperior nobis flare cœpit boreas.¶ Miſſus adeſt:fauore ſcilicet numinum:quē ſupra a diis Anchiſes optauerat dicens Ferte uia uento facilem.Adeſſe aūt eſt ad fauorē: uel ad patrocinium uenire.¶ Pantagiæ:hic fluuius facile quū plenus incederet:īplebat ſonitu pene totā ſiciliā. unde & pātagias dictus eſt:quaſi ubiq; ſonās. hic poſtea quū Cereri q̄renti filiā obſtreperet:tacere iuſſus eſt numinis uoluntate.παταγος.n. ſtrepitus græce dicitur.¶ Megaroſq; ſinus:Megara oppidū eſt nō lōge a ſyracuſis.¶ Tapſumq; iacentē:inſula iuxta ſyracuſas pene fluctibus par.¶ Talia mōſtrabat: qa unde noſti occurrebat.¶ Relegens:renauigās.¶ Et errata: participiū ſine uerbi origine.nō.n. facit error.¶ Infelicis ulyxi:epithetō ad implendū uerſum poſitū more græco ſine reſpectu negocii.¶ Cōtra plēmyriū undoſum:uerbū de uerbo exꝑſſit.hoc eſt.n. undoſum qđ plemmyriū.πλημμυρια.n. inundatio græce dr̄. ¶ Ortygiā:hæc tantū ortygia dr̄:Apollinis uero delos.¶ Fama eſt huc elidis amnē:Elis & Piſa ciuitates ſunt arcadiæ:in q̄bus eſt fons ingens: qui ex ſe duos alueos creat alpheū & arethuſam.unde fit ut fingat̄ coniugi in exitu quos origo non coniunxit.Arethuſam autem in Elide eſſe teſtatur Virgilius dicens:Sic tibi quum fluctus ſubterlabere ſicanos.hæc ſecundū fabulas uenatrix fuit:quæ quum ſe in alpheo poſt laborem ablueret:ab eo adamata eſt:& diu fugiens miſeratione deorū in fontem mutata ad ſiciliam per ſecretos uenit meatus:qđ etiam Virgi.oſtendit:Et tandē poſitis uelox arethuſa ſagittis.¶ Alpheū:quia græce αλφειος facit:ut αινειας Aeneas:μηδεια Medea.¶ Iuſſi numina magna loci:uel ab Achæmenide:uel ab Helēo: uel Anchiſæ.¶ Stagnātis helori:fluuii q ad imitationē Nili ſuperfundit̄ cāpis.¶ Pachynni:ꝓmōtoriū auſtrū ſpectās. uñ & pachynnū dictū ab aeris craſſitudīe:nā παχυς ē pīguis & craſſus.¶ Cameria ꝓcul:palus ē iuxta oppidū: cui quodā tēpore quū ſiccata peſtilētiā creaſſet:conſultus Apollo an eā penitus exhaurire deberent: reſpondit.
μη κινει καμαριναν ακινητος γαρ αμεινων. Quo cōtēpto exiccauerūt paludē.& ſedata peſtilētia ꝑ eā partē ingreſſis hoſtibus pœnas dederunt.¶ Immaniſq; gela:ciuitas a fluuio nominata:ſicut & campi geloi.

¶DONA. Vētis ſecūdis.i.ſeq quocūq; uēti ferrēt.Nā oēs uēti ſecūdi ſunt:ſi quo īpellāt eamꝰ.Eſt ergo ſenſus mō cyclopas fugeremus nō curabamus quocūq; nauigarēus:qđ erat cōtra iuſſa Heleni:q uetabat illos temere nauigare:Sed diligēter uitare carybdī & ſcyllā:ſed iſtoꝝ maloꝝ metu turbati decreuimus ut uel trāſiremꝰ.

¶CHRI. Coniferæ ferētes conos.i.ſuas baccas.Conus.n.ꝓprie eſt forma rotunda ſurgens in acutum: & qa bacca cuꝑſſi huiuſcemodi formā habet conus dr̄.Ornatus etiā Galeæ conus dr̄.¶ Cypariſſus: nomē pueri ē in arborē cōuerſi.Arbor aūt ipſa ēt Cypariſſus appellat̄:& ꝑ ſyncopē cyꝑſſus:& mutatiōe y in u cuꝑſſus.¶ Secundus:ſentētia eſt.Tantus erat terror:ut mō inde abirēt oēs uenti ſi eſſent ſecundi:Ergo:& in ſcyllā: & carybdim nauigaſſent,ſi uenti illuc tuliſſent.Sed helenus contra monuerat.Quapropter cupiebant uitare hoc periculū. ¶ Ecce:quaſi nō expectatus.Nā ſubito dei fauore uenit.¶ Pantagiæ:qđ ad fabule tegmē tū attinet eſt q̄ incolæ offenſi tanto ſtrepitu q erat ex multis ſaxis q̄bus unde fluminis illidebant̄ ea aut ſuſtulerunt aut fregerūt.¶ Tapſum:inſula eſt decē ſtadia a ſicilia diſtans plana & penitus iacēs:ut undis merſa uideat̄:dicta παρα τοταπτω .i.ſepelio.¶ Infœlicis: uoluit explere uerſum ex uerbis achæmenide.Vel infœlicis ꝑꝑ errores:& captat mericordiā a ſimilitudine fortunæ.¶ Arethuſa:de qua diximus in Buc.¶ Elorus: hoc flumen ex pachinno mōte fluit. ¶ Proiecta:in mare extātia.¶ Camerina:q̄ deinde Romanoꝝ colonia fuit.¶ Cāpi geloi:hic ſtagnū geloum eſt: qđ tetro odore abigit ꝓximātes:ibi fontes duo alterū ſi ſterilis bibat;cōcipit: Alterum ſi fœcunda ſterilis fit.

¶SER. Agragas:mons eſt muro cinctus:in cuius ſumma parte oppidum eſt.unde & Cicero ait: Ad mare intra mœnia ante oppidū expectabat.de Verre.Notandum ſane hæc Virgiliū quantū ad ſua tēpora ſpectabat dicere:non quantum ad operis.Aenea enim nauigante nec fuerat camerina ſiccata:nec gela uel agrigentum cōditæ:quod frequenter facit:ſed nunc ideo uitioſum eſt: quia ex perſona narrantur Aeneæ.¶Magnanimum quondam generator equorum:ſecundum Pindarum quondam agrigentini equos ad agones græciæ mittebat:qui inde uictores reuertebantur.Legimus etiam illud quum in capadocia greges equorum periſſent: Delphici Apollinis reſponſo adduxerunt greges de agrigento: & reparauerunt meliores.¶Palmoſa ſelinis: ciuitas iuxta lilybeum abundans palmis & apio:σέλινον enim apium dicitur.¶Drepanon : ciuitas eſt non longe a monte Erycino trans lilybeum : dicta uel propter curuaturam littoris:in quo ſita eſt:uel ꝙ Saturnus poſt Amputata uirilia Cælo patri illuc falcem proiecit:quæ græce drepanos dicitur:quod ueriſimile putatur propter uicinitatem Erycis conſecrati Veneri:quæ dicitur nata ex Cæli cruore:& ſpuma maris.¶Illætabilis: propter patris amiſſionem.¶Feſſum deſeris:ut ſupra diximus ſecundum Virgilium:nam Cato ad Italiam eum ueniſſe docet.unde & in ſexto illud amphibolon eſt: Quo magis Italia mecum lætere reperta.¶Nec uates Helenus:quia dixerat:Prohibent nam cætera parcæ Scire:Helenum fariꝗ uetat Saturnia Iuno.¶Nec dira celæno : quæ uel irata debuit aduerſa prædicere : & bona pietate mortem pr̄is grauiorem dicit eſſe: qua famē.¶Hic labor extremus : apud Drepanum.¶Deus appulit oris:bene ſe commendat Didoni : dicens ſe ad eam deorum uoluntate ueniſſe.¶Fata diuom : quæ dii hominibus tribuunt.¶Renarrabat:re uacat:ut con fieri poſſit.Sane in ſecundi principio duo ſunt uerſus ex perſona poetæ ſicut hic tres:& ſimilis eſt finis initio:Conticuit tandem:& Conticuere omnes.¶Tandem:diuturnitatem narrantis expreſſit.Notandum ſane quia controuerſiarum more epilogos dedit ſex iſtis prioribus libris:quos etiam bioticos uoluit:nam ſingulis res ſingulas dedit:ut primo omina:ſecundo pathos: tertio errores:quarto ethos:ideſt mores:quinto feſtiuitatem :ſexto ſcientiam.Epilogos autem ſic uariauit: ut in primo eſſet miſeratio Didonis:in ſecundo mors Creuſæ:in tertio Anchiſæ: in quarto Didonis: in quinto Palinuri:in ſexto Marcelli:citum deflet interitum.

Arduus inde Agragas oſtentat maxima longe
Mœnia:magnanimū quōdā gn̄ator æquorū.
Teꝗ datis linquo uentis palmoſa Selinis:
Et uada dura lego ſaxis lilybeia cæcis.
Hinc drepani me portus:& illætabilis ora
Accipit.hinc pelagi tot tempeſtatibus actis
Heu:genitorem omnis curæ: caſuſꝗ leuamen
Amitto Anchiſen.hic me Pater Optie feſſum
Deſeris:heu:tantis nequiq̄ erepte periclis.
Nec uates Helenus:cū multa horrēda mōeret:
Hos mihi prædixit luctus:non dira Celæno:
Hic labor extremus:longaꝝ hæc meta uiarū.
Hinc me digreſſum ueſtris deus appulit oris.
Sic pater Aeneas intentis omnibus unus
Fata renarrabat diuom:curſuſꝗ docebat:
Conticuit tandem:factoꝗ hic fine quieuit.

Explicit Liber Tertius Aeneidos.

¶DONA. Longe:qa excelſus eſt mons.¶Saxis cæcis:quæ nautæ ſub aquanea appellāt.¶Illætabilis: expreſſit plenam mortalitatem:nam ſi quando aliqua infortunia accidunt:nos in dolore poſiti locis attribuimus q̄ſi nobis aliquid inflexerint : ergo hic drepani tanto loco applicat quod fato acciderat.¶Amitto anchiſen: dolet periſſe in portu:qui tot maris pericula euaſiſſet:nec dixit mortuum:ſed deſeruiſſe filiū:Veteres enim ægregios uiros non mortuos:ſed per commutationem locorum tranſlatos putabant.¶Heu tantis:tantus fuit dolor ut etiam apud didonem poſitus:quaſi cum eo preſente loqueretur.¶Tantis: ad generalitatem tranſit:ne: ſi ſpecialiter enumeraret.longior fieret:Dolebat autem uehementer ꝙ infinitis caſibus liberatus ad Italiam ꝑuenire non potuiſſet diffinit ergo poeta quam uim habeat apud filium incolumitas patris: cum dicit omnis curæ:caſuſꝗ leuamen.¶Nec helenus cum multa horrenda prædicerent : nec celæno cum multa optaret maledicta:ergo nec amicus prædixit:nec inimica Tacuit autem de tempeſtate ſicilienſi:ne bis repeteret quod dictum fuerat ab ilioneo.¶Intentis omnibus:adhuc intentis:ut oſtenderet æneam libenter auditum:intēti fuerant:cum incœpit:intenti cum finiret.¶Omnibus:oſtendit nullum illic fuiſſe qui non adhuc deſideraret audire.¶Tandem:ad ipſum pertinet:qui caſus ſuos inarrabit inuitus:nam auditores adhuc intenti erant.

¶CHRI. Agragas:ſal agragentinus uſtione liqueſcit:humore admixtus crepitat : contra naturam reliqui ſalis.¶Nec uates helenus:pathos ab eo ꝙ eſt præter ſpecie.Namꝗ præuidimus ſolēt leuiora accidere: ſic alibi. Et nunc ille quidem ſpe multum captus inani Fors & uota facit.¶Hic labor:diſſolutio & admonitio.¶Deus: conciliat ſibi fauorem Reginæ cum deorum eſſe munus putet:ꝙ ad ſua littora uenerit.Sic & Anna: Diis equidem auſpiciis reor & Iunone ſecunda.Huc curſum iliacas uento tenuiſſe carinas.¶Fata: quantum ad euerſionem urbis:Vnde ipſe ſic uiſum ſuperis:& hæc in ſecundo libro.¶Curſus:ad errores ſuos referas quos narrauit in tertio.

Explicit Liber Tertius Aeneidos.

SER. AT regina graui iandudum: Apollonius argonautica ſcripſit: ubi inducit amantem Medeam: inde totus hic liber tranſlatus eſt de tertio Apollonii. eſt autem pene totus in affectione: licet in fine pathos habeat: ubi abſceſſus Aeneæ gignit dolorem. Sane totus in conſiliis & ſubtilitatibus: nam pene comicus ſtilus eſt: nec mirum ubi de amore tractatur. Iunctus quoq; ſuperioribus eſt: quod artis eſſe uidetur: ut frequenter diximus: nam ex abrupto uitioſus eſt tranſitus: licet ſtulte quidam dicant hunc tertio non eſſe coniunctum. In illo enim nauigationem: pericula: in hoc amores exequitur: non uidentes optimam coniunctionem: quum enim tertium ſic clauſerit: Factoq; hic fine quieuit: ſubſecutus eſt At regina graui iandudum ſaucia cura. Item paulopoſt: Nec placidam membris dat cura quietem. Nam quum Aeneam quieuiſſe dixerit: ſatis congrue ſubiunxit: ut ſomno amans careret. ¶ Iandudum: aut nimium: ut Terentius: Iandudum te amat. Iandudum illi facile ſit quod doleat: aut iandudum a quo tempore uidit Aeneam. legimus enim Obſtupuit primo aſpectu ſidonia dido. ¶ Saucia: hinc ſubiũgit Vulnus alit: & bene alludit ad cupidinis tela: ut paulopoſt ad faculam: & Cæco carpitur igni: nam ſagittarum uulnus eſt facis incendium. ¶ Cura: amore: ab eo quod cor urat ut Veneris iuſtiſſima cura: item Mea maxima cura. ¶ Venis: quia per uenas amor currit: ſicut uenenum. inde dictum Fallaſq; ueneno. Item Longumq; bibebat amorem. ¶ Cæco carpitur igni: agit Virgilius ut inuentas frangat declamationes: ut hoc loco. rem dixit ſine declamatione: unde Ouidius. Quoq; magis tegitur: tanto magis æſtuat ignis. Cæco igitur igni: ualidiore: cuius hæc natura eſt: ut cõpreſſus magis conualeſcat. ¶ Multa uiri uirtus animo: bene mediam ſe facit prebere Didonem inter regalem pudorem & amoris impulſum. ſimulat enim ſe uirtutem mirari: cuius pulchritudĩe mouebatur. Multa autem uirtus figurate dixit: nam ad numerum tranſtulit: quod eſt quantitatis. ¶ Recurſat: bene frequentatiuo uſus eſt uerbo in frequenti amantis cogitatione.

¶ DONA. Enarratis omnibus ad quietem ſeceſſit æneas: Dido autem intollerabili cura mota recordatione loquentis: & ſecreto incendio torrebatur. ¶ Multa uiri uirtus: erant enim & corporis: quia multos labores pertulerat. Erant animi: q; erat deorum cultor. Amator patriæ: parentis uxoris. Quapropter etiam ſublato amore cõflato a cupidine cur non amaret uirum domi foriſq; præſtantem: Bello ſtrenuum in pace religioſum neceſſariũ ſibi uiduæ deſtitutæ: condenti ciuitatem: neceſſarium contra pigmalionẽ. Forma ad corporis cæteris animi uirtutibus afferebat decus. Accedebat nobilitas generis: Erat. n. Veneris filius Cupidini frater: nepos Iouis.

¶ CHRI. Cum mecum ſæpe multumq; animo: totaq; mente Maronis ingenium repeto: nihil mihi omnem doctrinam ac omne dicendi genus poetarum diligentius circumſpicienti ſeſe offert quod ſi cum huiuſcemodi uate comparare uoluero non pene euaneſcat: itaq;: & ſi multa apud nonnullos probem: laudemq; hunc tamẽ ſolum admiror: atq; ſtupeſco. Verum de cæteris qui in eo diuini loci deprehenduntur: & diximus ſæpe: ac deinceps dicemus. Præſenti autem tempore cum eius ſit quartus liber interpretandus quis ſatis pro magnitudine ac diuinitate rei illum admirabitur? Nouerat enim ex omnibus perturbationibus: qua animos humanos cruciant atq; exedunt: amoris uim amoris ĩquam illius



ADILON.

Vritur in quarto Dido: flammaſq; fatetur.

Modeſtini Iuriſconſulti. Argumentum. iiii.

AT regia: graui Veneris iã carpit' igne.
Conſulitur ſoror Anna: placet ſuccubere amori.
Fiunt ſacra Deis: onerantur numina donis.
Itur uenatum: Veneris clam fœdera iungunt.
Facti Fama uolat. monitus tũc numĩe Diuom
Aeneas: claſſemq; fugæ: ſocioſq; parabat.
Senſit amans Dido precibus conata morari.
Poſtq̃ fata iubent: nec iam datur ulla facultas:
Conſcenditq; pyram: dixitq; nouiſſima uerba:
Et uitam infelix multo cum ſanguine fudit.

P. Virgilii Maronis Aenei. Liber Quartus.

AT regina graui iandudum
ſaucia cura
Vulnus alit uẽis: & cæco
carpitur igni:
Multa uiri uirtus animo:
multuſq; recurſat

q̄ ī nr̄is pectoribꝰ deprauatus:adulteratuſqꝫ pēitus a uero degenerat eē oīno maximā:ac maximaꝝ calamitatū:
qbꝰ mortale gēus p̄mit̄ ſemia cāmqꝫ p̄ber̄ hūc igit̄ ſapiētiſſimꝰ poeta:ita ꝓſecutꝰ ē:ut nihil maius nō dicā uer
bis exprimi:ſed ne mēte qdē atqꝫ aīo ſupra hoc cōcipi poſſit.Et qm̄ optimi uatis id ꝓpriū ē:ut n̄ ſolū nr̄as aures
dicēdi īuanitate demulceat:Veꝝ multo magis:ut grauitate rerū ac optimis p̄ceptis hūana pectora a uitiis pur/
get:& uirtutibꝰ īformet:ita miſerias oēs q̄ maxīe ī amor̄ ſūt ꝓſeqtor:ut uos q̄tū ī ſe ē īde pēitus abſtrahat:Verū
neqꝫ ſibi ꝑſuaſerit me adeo īpiū eē:ut ſceleſtiſſime ī amorē īuehar:nō ab re eē iudicaui:ut de īp̄o diſtīctius nō ꝓ
magnitudīe ac dignitate ſua ſed ꝓ tp̄is anguſtiis differere.Nā cū īnumeræ pene res a nobis cōplectēdæ ſint:ita
ī ſingulis tēperādū ē:ne dū unā:alterāue nimis lōge lateqꝫ ꝓſeqmur:reliqs in p̄ſcripto ſpatio aut nullū aut oīno
exiguū locū reliq̄mus.Dicā igit̄ nihil amor̄ maius:excellētiuſqꝫ apud mortales eē dicā rurſus nihil miſerius: ni
hil īfœlicius excogitari poſſe.Quod ne cui īcredibile putari poſſit:& qd ſit amor uerus:& qd adulterius:breui
bus ꝑcurrāus.Eſt igit̄ amor deſideriū pulchri.Pulchritudo āt īpa ē grā q̄dā:uiuax:& ſpiritalis dei radio illuſtrā
te ī primis āgelo īfuſa īde aīs hoīum:corporūqꝫ figuris:& uocibꝰ q̄ rōne uiſū:& auditū mouet atqꝫ delectat:de/
lectādo rapit:rapiēdo ardēti īflāmat amor̄:Pulchritudo triplex ē ī aīo:q̄ orit̄ ex cōcinitate uirtutū:ī corp̄e q̄ ē ex
pluriū coloꝝ līearūqꝫ cōcordia:Grā itidē maxīa ī ſonis:q ex uocū diuerſaꝝ cōſonātia naſcit̄.Pulchritudo ergo
aīoꝝ mēte corpoꝝ oculis uocū auribꝰ ꝑcipit̄.Cū igit̄ amor ſit fruēdæ pulchritudinis deſideriū ſꝑ mēte:oculis
atqꝫ auribꝰ erit cōtētus:qm̄ iſtis ſolis ꝑcipit̄ pulchritudo.Olfatū āt guſtū ac tactū negliget.qa iſtoꝝ ſēſuū appeti
tio nō amor ē:ſed furioſa libido rabieſqꝫ uocat̄.Adde ēt ad hæc ꝙ ſi amor erga hoīem pulchritudinē deſiderat:
hūani āt corp̄is pulchritudo ī q̄dā cōcinitate cōſiſtit:ipſaqꝫ cōcinitas tēperātia q̄dā ē:ſola ea exiget amor q̄ tēꝑata
q̄ modeſta:q̄ decora ſūt.Quapp uoluptates q̄ a tactu guſtuqꝫ ſūt qm̄: adeo uehemētes:furioſæqꝫ exiſtūt:ut mē/
tē ex ſuo ſtatu deiiciāt:hoīemqꝫ pēitus ꝑturbāt:amor oīno refugiet:ueluti eas:q̄ pp ītēꝑātiā pulchritudini ſint
aduerſæ.Et.n.furor uenereus ad ītēꝑātiā trahit.Ergo ad īcōcinitatē ergo ad deformitē trahit.Amor uero ad
pulchritudinē rapit̄.At deformitas:& pulchritudo cōtrariæ ſūt:nō ergo deformia appetet amor:cum ſolā pul
chritudinē ſpectet.Quapp nō ſolū ueteres illi theologi:& q an̄ xp̄m natū floruerūt.Veꝝ nr̄i quoqꝫ amorē diui
nitatis nomē eē uoluerūt:nā & tertiā ī trinitate ꝑſonā amorē nūcuparūt:& ī angeloꝝ hic archiis primū ordinē
amoris noīe īſignē reddiderūt:Seraphī.n.ardēs uel īcēdēs ē:uel ardētes:& īcēdētes:hæc igit̄:& plæraqꝫ alia his
cōgruētia apud Plato.diſputat Phædrus ac ueris argumētatiōibus ꝓbat:& nobiliſſimū:& maxīum:& utiliſſi/
mū eē amorē.Et cū duo ſit apprīe utilia generi hūano pudor:atqꝫ ſtudiū:qm̄ pudor̄ ab oī turpitudine abſtine/
mus:ſtudio āt ad maxīa q̄qꝫ atqꝫ honeſtiſſima accēdīmur:utrūqꝫ ab amore ꝓfectū demōſtrat.Longior ꝓfecto
ſim ſi illa quoqꝫ q̄ eodē ī cōuiuio a Pauſania de amor̄ differunt̄:referā:& qbus rōnibus bonū ſimul ac pulchrū
illū demōſtraret cōſcribā.Quapp nō ſolū huiꝰ de amor̄ ſn̄ias p̄teribo:Sed ēt q̄ Eriximachus q̄ Ariſtophanes: q̄
Agatō poſuerūt omittāt.ē.n.p̄ cæteris oībus īp̄e amor:& bn̄ficus:& curator:& medicus:& ē:nā nō qa cogno/
ſcimus:ſed qa amamus deū:ab illo amamur.Quapp nō cognitio Dei ſed amor ī deum nos cœlo reſtituit:itaqꝫ
& qa pulcherrimus amādus ē:qa optimus imitādus:qa beatiſſimus uenerādus:Socratis āt rō multo ꝓfūdior al
tiorqꝫ ē.Veꝝ nos de multis pauca:& ea qdē q̄ nobis ī hoc loco q̄drēt:Cū igit̄ coporis alicuius figura talis ē ma/
xime q̄lē ī eius idea diuīa mēs cōtinet eaqꝫ oculis ſeſe obuiā offert:ac ꝑ oculos ī ſpūm penetrat aīo ſtatī placet nec
iniuria.Nā illa iis cōſonat rōnibus q̄s ueluti rei ipſius exēplaria tū mēs nr̄a:tum gignēdi uis olī diuinitus acce/
pta cōſeruat.Quapp huic triplex ſubrepit amor nā huiuſcemodi pulchritudo q̄ ab oculis ꝑ ſpūm ad aīum uſqꝫ
peruenit ita nos affectos īuenit:ut uel ad reꝝ ſupernaꝝ ſpeculationē erigi:uel ī rebꝰ agēdis māere:uel poſtremo
ad uoluptatē deprimi prōpti:paratiqꝫ ſimus:Si igit̄ primū:fuerit ſtatī a formæ illius corporalis aſpectu ad eā q̄
ſpiritalis diuīaqꝫ ē formā cōtēplādā erigimur.Sin ſecūdū erit ita nos illā aſpiciēdo ablectabīmus:ut nihil altius
q̄ramus.Sin tertiū:ſtatī ex eo mediocri ſtatu ī turpiſſimā cupiditatē tāgēdi:attrectandiqꝫ rē amatā dilabit̄.Prīo
igit̄ amore nihil ſublīmius.Poſtrēo nil humilius cogitari pōt:īter hos autē ii q medii ſunt:& ſi ad diuina:cæle/
ſtiaqꝫ nō aſcendunt:de humano tamē gradu nō deturbant̄.Eſt igit̄ oīs amor ab aſpectu:ſed amor eius qui ma
gnaꝝ diuinarumqꝫ reꝝ cognitioni deditus eſt:ab aſpectu ad mētē aſcēdit.Voluptuoſi ī turpē tactum deſcen/
dit.Eius autē qui in uitæ ciuilis actionibus uerſatur:ab aſpectu nō deſcendit.Horum igit̄ q tres ſunt amores is
qui ſpeculationē ſequit̄ diuinus:Qui in aſpectu ſolo cōſiſtit humanus appellatur.Qui demum ītactum prola/
bitur:ita ab hoīe degenerat:ut ferinus noīetur.Quapropter cum ī reꝝ oīum ordīe ita collocet̄ hō:ut in cōfinio
poſitus ſit īmortalium mortaliumqꝫ oīum in manu ſua eſt.ut primo illo amore ſupra ſuā ſe conditionem eri/
gat ac ſe deo cōiungat : Eſt itidē & ī manu ſua:ut laſciuo & turpi amore quod hominis eſt exuat:ac ī ferā circe/
is poculis.i.turpiſſimaꝝ uoluptatum illecebris penitus cōuertat̄.Quapropter cū amorē pulchri deſideriū eſſe
diffiniuerimus:cūqꝫ hoīs forma rō ſit q̄ ī aīo ē: nec qcq̄ p̄ter aīum uere hō dici poſſit amor ipſe uerus hoīem a
corporea pulchritudine ad aīum reuocat atqꝫ deinde ab animo ī angelum traducit:Et ab angelo poſtrēo in de
um transfert.Qua qdem re nihil hoī excellentius accidere poteſt cōtra uero amor q corporis formā ſectat̄:nos
ī oīum perturbationum erūnas cōiicit.Nō.n.uerā pulchritudinē:q̄ ſola aī eſt:& in ueritate & iuſtitia cōſiſtit de
ſiderat:ſed illius oblitus corporis formā q̄ aī pulchritudinis umbra eſt exq̄rit.Negligit igit̄ uerā pulchritudinē
ſectat̄ umbrā q̄ ad extremā pernitiē nos deducit.Quā qdē rem apud Orpheum ex narciſſi fabula pulcherrimis
ut poetam decet integmentis expræſſam uidemus.Narciſſus.n.pulcherrimus adoleſcēs ſui uultum nō aſpicit:
ſed eius umbrā in aqua ꝓſequitur:& amplecti conat̄.Suam igitur figurā deſerit.Vmbrā autē nunq̄ aſſequitur:
Vnde ī lachrymas reſolutus cōſumit̄.Per narciſſum.n.adoleſcentem temerarii ac imperiti aīum ītelligamus
qui ſui uultū nō aſpicit:Id.n.ē uerā ac ꝓpriā ſui eſſentiā nequaq̄ aīaduertit:Sed ſuæ eſſentiæ umbrā in aq̄ ꝓſeq
tur:atqꝫ eā amplecti conat̄.Hoc quidnā aliud eſt niſi ꝙ pulchritudinem ī corpore:qd' quidem & fragile eſt &
caducum:& ad ſimilitudinē aq̄ ſemper fluit:q̄ ipſius aī umbra ē admirat̄.Suam ergo figuram deſerit: umbrā

nunq̃ aſſeqtur quoniã aĩus corpus ſectãdo ſe negligit:& uſu corporis nõ impleť neqꝫ ſatiať. Nõ.n.ipm̃ reuera
appetit corpus:ſed ſui ipſius ſpẽm a corpore a forma:q̃ ſpeciei ſuæ imago eſt illectus tanquã narciſſus affectat:
cunqꝫ id minime aduertat:dũ aliud qdẽ cupit:atqꝫ aliud ſequiť deſideriũ ſuũ explere nunquã põt.Qua de cã in
lachrymas reſolutus cõſumiť:qđ iccirco ita euẽit:quia extra ſe poſitus aĩus:& in corpus delapſus:ꝑnitioſis per
turbatiõibus cruciať:atqꝫ corporis ĩfectus ſordibus q̃ſi moriť:cũ iã:corpus potius q̃ aĩus eẽ uideať. Vides ergo
tres eẽ amores:ex qbus diuĩus nos ſupra hoĩem erigẽs deo cõiũgit:atqꝫ ut illo ueluti nr̃o ſũmo bono fruamur:
efficit noſqꝫ ex hoc beatos reddit.Humanus ãt ſi nos ad diuinitatẽ nõ ꝑducit:ĩtra hoĩem ita tamẽ cõtinet: ut in
deteriora nõ labamur.At is q ultimus:eſt quẽqꝫ ego iã totiens ferinũ appello: nõ mõ beatos nõ reddit:ueꝝ ita
nos in nr̃æ naturæ obliuionẽ ĩducit:ut ꝓ hoĩe beſtiã faciat.Et quoniã mihi in nobis p̃ter corpus cognoſcimus
nihil ꝓfecto nos aliud q̃ corpus eẽ putamus:atqꝫ ad ſolas corporis uoluptates nos natos eẽ cẽſentes:illis pẽitus:
ut ĩmũda ſus luto demergi delectamur: Hĩc ĩnumeræ miſeriæ ac grauiſſimæ calamitates nos uexãt exedũtqꝫ
ut uerũ eẽ expiamur ꝓpertianũ illud.Durius in terris nihil ẽ qđ uiuat amãte.Tãtã igiť ꝑnitiẽ: tãq̃ grauẽ peſtẽ
humano generi cõſulere cupiẽs poeta:ita eas in Didone exprimit:Vt nos ꝓ uiribus ab huiuſcemodi ĩſania auo
care coneť.Dixi de amore.Nũc ut ad Maronẽ redeã:imitať apes nr̃ poeta q̃ ex diuerſis floribus id excerpũt qđ
opi ſuo cõducit.Nã in Buc.Theocritũ:in Geor.Heſiodum.Sic in æneide Homeꝝ imitatus eſt.Veꝝ ita tamen
imitatus:ut ex aliis poetis tã Græcis q̃ latinis multa in rem ſuã trãſtulerit:ut ſupra oſtẽdimus:nũc cũ maxime
uarietati ſtuduerit:ĩ hoc q̃rto Didonis amorẽ exprimens.Græcũ appolloniũ imitať:qui de argonautis ſcribẽs
Vulnus amores Medeæ exprimit quem poeta doctiſſimoꝝ uiroꝝ iudicio lõge ſuperauit.¶ Vulnus: nã amor fingiť ſa/
gittis corda trãſfodere.Hinc ꝓpter.Et manus amãtis nõ fruſtra armata ſagittis.Et pharetra ex humeris Gno/
ſia ueraqꝫ iacet.Sed illaꝝ alias aurea:alias plumbea cuſpide eſſe dicit.Oui.& aurea cũ ferit cogit amare: cũ uero
Plumbea percutit fugat amorem.Verſus ſunt.Atqꝫ ſagittifera prompſit duo tela pharetra Diuerſoꝝ opeꝝ fu/
gat hoc facit illud amorem.Quod facit auratum eſt:& cuſpide fulget acuta.Quod fugat obtuſum eſt: & hẽt
ſub arundine plumbum.Differũt ãt uulnus & ulcus.Nã uulnus eſt quicq̃ externa ui aut pulſu corpori infingiť
Vlcus Vlcus ãt eſt ex ĩterni humoris corruptiõe.¶ Alit:nã amorem ĩpſum diuturna cogitatione augemus. Quid er/
go infœlicius amãte:quũ ip̃e ſuas nutriat miſerias.Igni nã p̃ter ſagittas ẽt faces gerere diciť amor.¶ Carpitur:re
cte poſuit.Proprie.n.carpere dicimus ea q̃ paulatim capiendo minuimus. Vnde carpere iter & carpere herbas:
Vtrũqꝫ.n.capiendo minuiť:Sic etiã carpere famã:cũ ueris uel falſis criminibus illatis illã minuimus. Priſci.aũt
in hoc loco.Alit & carpiť pro alebat & carpebať poſitũ dicit.Carpiť ergo.i.minuitur amãtis corpus:& macilẽ/
tum:aridumqꝫ reddiť.Nam cum uis ipſa naturæ duobus ſimul actionibus ſufficere penitus non poſſit animi
amantis intentio in aſſidua amati cogitatione tot ſe uerſat illic & naturalis complexionis uis omnis intenta ẽ:
ideoqꝫ neqꝫ cibus in ſtomacho perfecte cõcoquitur:quo fit ut maior pars in ſuperflua excremẽta habeat ſed id
etiã quod in nutrimentũ reſeruatũ eſt:crudius ad epar trahitur:ab eoqꝫ etiã ſecunda decoctione male decoqui
tur.Quo fit ut & paucus oĩno ſanguis & is quidem crudior per uenas trahať:unde neceſſe eſt ut mẽbra oĩa tũ
inopia:tum cruditate alimenti extenueņť ac palleſcãt.Præterea quõ aĩus intendit: illuc & ſpiritus aduolãt. At
aĩus in amãti imaginẽ phãtaſiæ infixã: ipſumqꝫ amatũ rapiť.Ergo ſpiritus quoqꝫ illuc feruntť:ibiqꝫ reſoluunť
& cũ ſpiritus ex ſubtiliſſima ſanguinis parte in corde creenť:opus eſt ad cõſumptos ſpũs reſtaurãdos puri ſan/
guinis frequentiſſimo alimento.Quãobrẽ cũ ſubtiliores quæqꝫ ac lucidiores ſanguinis partes in ſpũs reſtaura
tione exhalent:maculoſus craſſuſqꝫ atqꝫ ater reſtat ſanguis.Hinc macilentus:ſqualiduſqꝫ efficiť amãs:& melan
colicus reddiť:Nã ex ſicco:atroqꝫ atqꝫ craſſo ſanguine attrabilis efficiť.Vides ergo q̃re cæco igni tecto carpatur
amãs.¶ Cæco: occulto:nã q̃to occultior eſt tãto uehemẽtior.Oui.quoqꝫ magis tegiť tectus magis eſtuat ignis.
Vel qa amor cæcus pingiť:quoniã lumine rationis priuat eos quos efficit.Multa uiri uirtus: decoꝝ ſeruat poe
ta:Nam cũ caſtiſſimã:& ex oĩbus partibus temperatam finxiſſet Didonẽ: nõ fiebat ueriſimile illã niſi grauiſ/
ſimis cauſis in amorẽ ĩpelli potuiſſe.Neqꝫ ĩ amorẽ pẽitus laſciuũ & ferinũ: ſed inhumanũ q aliquo mõ diuinũ
quoqꝫ ſaperet:nõ ergo capta ẽ a prĩcipio forma ſpecie ue corporis:Sed multa uirtute uiri q̃ admirata ẽ:& admi
rãdo amare cœpit:ĩcœpit igiť irrepere uitiũ ĩ eã ſub uirtutis ſpecie.Aliter.n.capi mulier tẽperata nõ poterat: cũ
ãt patefacta iã eẽt amori uia ꝑ uirtutẽ ĩcœpit admiſcere aliqd deterius:ſed nõ tamẽ malũ.Nã obtulit hoĩs nobi/
litatẽ generis:q̃ illã uehemẽtius colligaret ac demũ illã iã iſtis rebus occupatã ip̃a corporis ſpecie ac pulchritudi
ne aggrediť:ut tãdẽ a pudico ĩ ĩpudicũ trahat nã cũ ueluti ĩ nr̃is allegoriis oſtẽdimus ꝑ Didonẽ uitã actiuã & ci
uilẽ ĩtelligamus:ẽ qdẽ ip̃a uita ciuilis a prĩcipio ita ĩſtituta ut ad uirtutis finẽ dirigať.Veꝝ cũ ĩ rebus corporeis
& mortalibus uerſeť illaꝝ illecebris delinita uirtute ad laſciuiã deflectit:ac degenerat: ſed redeo ad didonẽ:quã
cũ a prĩcipio tẽperatã ĩduxiſſet nõ uult illã ad ĩtẽperãtiã niſi ꝑ cõtinẽtiã ad ĩcõtinẽtiã deduci.Nõ.n. ab extremo
ad extremũ niſi ꝑ mediũ itur.Quapp ut hæc oĩa uideamus. Virtus ẽ q̃dã q̃ facit ne ĩ aliq̃ turpẽ libidinẽ defera/
Tempe rantia mur.hãc ãt tẽperãtiã appellãt.Quã ita diffiniũt eẽ firmũ:modeſtũqꝫ rõnis dominiũ libidinẽ:cæteroſqꝫ ĩportu/
nos aĩ motus quodã uigore coercẽs:huius cõtrariũ ẽ:ĩtẽperãtia.Vtraqꝫ ãt iſtaꝝ habitus ẽ.Ergo illa uirtus: hæc
uitiũ.Cognoſcimus ãt habitũ factũ eẽ aut ĩ uirtute aut ĩ uitio:cũ id agimus:& libenter & cũ uoluptate nulla in
parte repugnãte aĩo.Ergo q tẽperatus ẽ ſine labore aliquo ſine aliq̃ moleſtia uolẽs:libẽſqꝫ & cũ uoluptate ab oĩ
libidine ita abſtinet:ut gaudeat cũ id agit.intẽperatus ãt & ip̃e libẽs & cũ uoluptate ĩ oẽ gẽus libidinũ fluit:ĩter
ãt tẽperãtiã:& ĩtẽperantiã cõtinẽtia ẽ & ĩcõtinẽtia :ĩn qbus quoniã nõ adhuc factus ẽ habitus pugna apparet &
difficultas.Ergo cõtinẽs abſtinet qdẽ a libidinoſa uoluptate ſed pugnat in eo ſenſu aduerſus rationẽ:ĩuituſqꝫ co
giť.Incõtinẽs uero & ipſe pugnat ſed tãdẽ uinciť rõ & appetitus inobediẽs:& tãq̃ ꝑuicax ſuperat in hoc appeti/
tus turpiter cupit:& trahit rõnẽ.Ergo nec ſiſtit:nec paret rõne ĩ eo uero q ẽcõtinẽs appetitus ſiſtit. Nã a rõe ita
cohibeť ut q̃uis efferri cupiat tñ firmet ueſtigia nec ulterius dilabať:nõ tñ paret.Siqdẽ parere ẽ qđ iubeť libẽter

exeq Appetitio hoīs cōtinētis nō oē qđ ratio iubet exequit̄:nā illa duo rō pcipit & ne appetat & ne agat turpi/ter. Appetitus primū pceptū negligit ſcđm ſeruat:ſed nō pfecte. Nā quis abſtineat a uoluptate quā cupit coact9 abſtiet. Coacte āt facere cogi poti9 ē q̄ obtēperare. Tēperatus āt utrūq̨ pceptū libēter exequit̄. Q uapp cū Pla. de icōtinēte loquit̄:ait illū deniq̨ cū errata ſua cognoſceret pœnitere:Et qa ut ait Seneca:pricipiū ſalutis ē penitē/tētia:iccirco ait Pla. deīde illū frena iponere cupiditati. Habes igit̄ qd ſit tēperātia:qd cōtinētia:qd icōtinētia:qd deniq̨ itēperātia. Quo āt pacto didonē ex tēperata cōtinētem reddat atq̨ ex cōtinente icōtinētem poſtremoq̨ itēperatā paulo inferius exprimemus. Neq̨ tamē,q̄rat aliqs quomodo poſſet mulier i habitu uirtutis cōſtitu/ta īde dimoueri nā & ſi ſumma ſit difficultas tollere habitū tamē nō ē de rebus ipoſſibilibus pſertim in uirtutibus ciuilibus:Nā in purgatoriis & i his q̄ ſunt aī iam purgari lōge alia rō eſt:quin & ipſe poeta illā ab habitu dimotā oſtendit nō facile Sed adhibita ui cupidinis:quem deum in reliquos deos poſſe nō fabuloſe fabulantur.

Gentis honos:hærent infixi pectore uultus:
Verbaq̨:nec placidā mēbris dat cura quietē.
Poſtera Phœbea luſtrabat lampade terras.
Humētemq̨ Aurora Polo dimouerat umbrā:
Cum ſic unanimē alloquitur maleſana ſororē:
Anna ſoror:quæ me ſuſpēſam iſōnia terrent?
Q uis Nouus hic nr̄is ſucceſſit ſedib9 hoſpes?
Q uē ſeſe ore ferēs? q̄ forti pectore & armis?
Credo eqdē:(nec uana fides) genus eē deoꝝ:
Degeneres aīos timor arguit. heu quibus ille
Iactatus fatis:quæ bella exhauſta canebat?

¶SER. Gētis:non æneæ:ut ſit uelut excuſatio:ſed Dardania nūinibus:aut Veneris. ⁋ Infixi pectore uultus:uerbaq̨:tale & illud ē:Illū abſens abſētē: auditq̨ uidetq̨ duo tāgi qbus potiſſimū gignūt̄ amores formā uidelicet & eloquentiā. ⁋ Nec placidā mēbris dat cura qetē:aut pēitus qete caruit:ut placida epitheton qetis ſit. aut habuit qdē qetē:ſed nō placidā. i. turbatā ſōniis:un̄ ipa paulopoſt:Q uæ me ſuſpenſā iſōnia terrē? ⁋ Poſtera phœbea luſtrabat lāpade terras:circūlocutio orietis diei:ſecūdū. n. & tertiū librū Aeneas per noctē:i cōuiuiis Didōis narrauerat:licet ut ſupra diximus Vir. iſta q̄ p naturā neceſſe ē fieri plerūq̨ cōtēnat. ⁋ Luſtrabat:aut illuſtrabat:aut re uera luſtrabat .i. purgabat:nā nox quodamō polluit mundū:aut luſtrabat:circuibat curſu ſuo ab orietē i occidētē. ⁋ Humētē umbrā:qa nox oīs hūida ē:ut Noctis lētus non deficit humor. Et nihil itereſt utrū umbrā an noctē dicat. nox. n. umbra terræ ē:ut ſupra Inuoluēs umbra magna:terrāq̨:polūq̨. ē ēt hyſterō ,pterō i ſenſu. Aurora .n. pcedit ſolē. ⁋ Cū ſic unanimē:de rē pudēda locuturā paꝝ fuerat ſororē eligeř:niſi ēt unanimē: dicim9 āt unanimus & unanimis:ſicut iermus & iermis. ⁋ Maleſana: nō plene ſana:amor uitiata Male. n. plerūq̨ nō:plerūq̨ mīus ſignificat:ſicut ue:ut uecors:ueſan9:q̄q̄ male & pnicioſe ſignificat:ut Luca. Sic male deſeruit. ⁋ Inſōnia terrēt. & teret & terēt legit̄:ſed ſi teret legerim9:iſōnia erit uigilia. hoc. n. maiores iter uigilias & ea q̄ iſomnis uidemus itereſſe uoluerūt:ut iſōnia generis fœmini & nūeri ſingularis uigiliā ſignificaret. Inſōnia uero generis neutri nūeri pluralis:ea q̄ p ſomniū uidem9:ut Sed falſa ad cælū mittūt iſōnia manes. Sciēdū igit̄ qa ſi terret diximus:antiq̄ erit elocutio. Inſomnia. n. licet Pacuuius & Ennius frequēter dixerīt:Pli. tū excluſit:& de uſu remouit. ſed ambiguitatē lectiōis hæc res facit:ꝙ nō ex apto uigilaſſe ſe dixit:ſed abuiſſe qetē iplacidā. i. ſōniis iterruptā:ut itelligamus eā & iſōniis teritā:& pp terorē ſōnioꝝ uigilias quoq̨ ppeſſā. ⁋ Nouus:magnus:ut Pollio & ipe facit noua carmīa. ⁋ Succeſſit ſedibus:ut Succedoq̨ oneri:& Succedūt tecto. ⁋ Q uē ſeſe oř ferens:ut Obſtupuit prīo aſpectu ſidōia Dido:itē Nāq̨ ipa decorā cæſariē nato genitrix lumenq̨ Iuuentæ. ⁋ Forti pectore & armis:ut ēt alibi Ilioneo audierat dicēte:Quo iuſtior alter nec pietatē fuit:nec bello maior & armis. ſane ſubaudi eſt:& bene uirtutis cōmemoratiōe excuſat ſupradictā pulchritudinis laudē. ⁋ Credo eqdē genus eē deorū:Nec .n. uana fides eſt. i. falſa : nam Degeneres aīos arguit timor:ideſt probat ipugnat. ⁋ Heu:per hoc amoris ipulſus oſtenditur. ⁋ Iactatus fatis:tu Q uis te nate dea per tanta pericula caſus? ⁋ Bella exauſta canebat:finita:terminata:quod nimiæ uirtutis eſt:nam inchoare bella quorumlibet eſt:uincere uel finire paucorum.

¶DONA. Fixi:figi ea dicunt̄ q̄ facile auelli nō poſſunt:& hæret qđ nō pōt repari. ⁋ Vultus:ad corpis laudē Verba āt ad aīum referas. ⁋ Q uietē:diuerſa res ē ſomnus:& amor:Ergo æneas quieſcebat:Dido inquieta erat. ⁋ Anna ſoror:Elegit ſororē:& unanimē:cui turpiorē amorē cōfiteret̄. Neq̨ tamē apte:ſed p iſinuationē lōgo circulo uerboꝝ cōfeſſa ē. Quæ me ſuſpēſā iſōnia terrēt. Patior iſōnia dū cōſidero nihil eē i hoſpite:quod pſerri nō debeat. ⁋ Quis nouus:noua in illo ſunt oīa tam in corpore q̄ in aīo:neq̨ unq̄ i alio uiſa:& hæc dicuntur pro amantis animo. ⁋ Quē ſeſe. o. ſ. q̄ gratū q̄ iocūdū ē q̄ uiro forti cōueniens:ꝙ tacet:ꝙ loquitur:ꝙ mouetur. Laudatur etiam æneas hic ꝙ nō amauit ut uulgaris & turpis:ſed amatus q:nō tamē ab ea quæ eēt pudoris abiecti: ſed eſſet perita conſilio. Veneris & cupidinis fraude. ⁋ Heu:incipit ſenſim confiterī ꝙ amet ꝙ dolet caſus eius.

¶CHRI. Infixi. p. nam quæ uehementer cupimus e mente nunq̄ amouentur. Humentem umbram:noctem:quæ umbra terræ eſt:& humeſcit:nam humore per diem a ſole attracto:neq̨ ab eo aſſumpto humeſcit. ⁋ Maleſana: nos ab amore dehortatur cum inſanos reddat. ⁋ Terrent:nā uiſis nocturnis horreſcit animus uel terret inſomnia:ideſt uigilia propter uarias cogitationes quæ animo adueniunt. ⁋ Anna ſoror:Optimum initium patheticæ orationis nam a noīe proprio incipit:ut oſtendat ꝙ amice & familiater apud ſororem conqueratur:Sic Terren. O mea Glycerium quo is te perditum:Et crebris interrogationibus ac diſſoluto rem auget. ⁋ Quis nouus. q. d. cui nullus unq̄ ſimilis inuentus ſit:ergo nouus ſine exemplo. ⁋ Credo:equidem ex nimio amore eſt ꝙ non ſolum hæc credat ratione quoq̨ cur credat affert. ⁋ Heu:uis amoris exprimitur:cum doleat pteritis:& quæ iam euaſerit eius malis:ex hac admiratione illius fortitudinis innuit illum idignū tam iniqua fortuna fuiſſe. Si mihi non animo fixum ſapientiſſimus poeta cum didonē in ipſa pudicitia temperantiæ habi/

tu confirmatam oſtendiſſe recte nunc antea q̃ intẽperatam inducat primo illam ex temperata cõtinentẽm: de/inde ex cõtinenti incontinentem fieri demonſtrat ac poſtremo in uitii habitum deducit. Fuerat. n. a pricipio tẽperata: ubi ait. Tum breuiter Dido uultum demiſſa profatur. Nunc uero Veneris cõſilio & cupidinis uiribus ac poſtremo uirtutibus ac pulchritudĩe æneæ impulſa labaſcit: & de habitu tẽperãtiæ in quo bene uolens & ſine difficultate opabat̃ deiecta nõ. a bono adhuc diſcedit: ſed impugnat Ratio aduerſus appetitum. Qui olim obtẽperans fuerat nũc ab ea deficit: uicit tamẽ adhuc ratio: & idẽ agit nũc dido: ꝙ agebat dũ erat tẽperata: ſed cũ dif/ficultate: ĩ ipa. n. tẽperãtia nulla erat pugna. Nã appetitus ita obtẽperãs erat ratiõi: ut pene illi cõiũctus cũcta ꝓ illius ĩperio exequeret̃: nũc uero in cõtrariũ nitit̃ inſurgit. n. appetitus. Cũ uulnus alit Venus: cũ cæco carpitur igni. Cũ hæret infixi pectore uultus & cũ huic uni poteſt ſuccũbere culpæ. Cũ ſentit ueteris ueſtigia flãmæ: ſed tamẽ ĩ hoc acerrimo certamĩe tãdẽ ſuccũbit: cũ decernit̃ a ratiõe. Sed mihi uel tell⁹ optẽ prius ima deiſcat. Paulo uero poſtea cũ ad tot acerrimos hoſtes blãdæ ſororis ꝑſuaſiones accederẽt: ſupior euaſit appetitus & rõnem q̃uis inuitã traxit factaq; ẽ mulier ex cõtinẽti ĩcõtinẽs: Vnde eſt illud His dictis ĩcenſum animum inflammauit amore. Spemq; dedit dubiæ mẽti ſoluitq; pudorẽ: ac demũ ꝑ incontinentiam obduxit habitum intemperan/tiæ: quod oſtenditur cũ ait: nec iã furtiuũ Dido meditat̃ amorẽ. Spemq; dedit dubiæ menti ſoluitq; pudorem.

Si mihi non animo fixũ: immotumq; ſederet:
Ne cui me uinclo uellem ſociare iugali:
Poſtq̃ primus amor deceptam morte fefellit:
Si non pertesum thalami: tædæq; fuiſſet:
Huic uni forſan potui ſuccumbere culpæ.
Anna (fatebor enim) miſeri poſt fata Sichei
Coniugis: & ſparſos fraterna cæde penates
Solus hic inflexit ſenſus: animumq; labantem
Impulit: agnoſco ueteris ueſtigia flammæ:
Sed mihi uel tellus optẽ prius ima dehiſcat.
Vel pater oĩpotẽs adigat me fulmĩe ad ũbras:
Pallenteis umbras Erebi: noctemq; profundã:
Ante pudor q̃ te uiolem: aut tua iura reſoluã.
Ille meos: primus qui me ſibi iunxit: amores
Abſtulit: ille habeat ſecum: ſeruetq; ſepulcro.
Sic effata: ſinus lachrymis impleuit obortis.

¶ SER. Fixũ immotũq; ſederet: cogi ſeſe optat q̃ ſic negat. ¶ Sederet: placeret: ut Et ſedet hoc aĩo. ¶ Vĩclo iugali: ſynæreſis ẽ: ꝓ uĩculo. Iugali ãt ꝓpter iugũ: qđ ĩponebat̃ matrimõio cõiungẽdis: unde etiã Iuno iugalis dr̃. ¶ Primus amor. i. maritus. ¶ Deceptã morte fefellit: figurate dixit: morte ſua decepit me: & fefellit. ¶ Perteſũ thalami tædæq; fuiſſet: perteſus participiũ ẽ ſine uerbi origine: & regit genitiuũ ut hoc loco: nã gẽitiuus ſingularis ẽ & accuſatiuũ: ut ꝑteſus ignauiã ſuã. ¶ Huic uni forſã potui ſuccũbere culpæ: ſingula ꝓnũciãda ſũt: ĩgẽti enim dicta ſũt libra & moderatiõe: qbus cõfeſſioni deſiderii ſui quãdã iniicit refre/natiõnẽ. ¶ Culpæ: ꝑpãti quũ ritũ: quo repellebant̃ a ſacerdotio bis nuptæ. ¶ Fatebor. n. bene uno ſermõe & culpã expreſſit & neceſſitatẽ. ¶ Fateri. n. & coacto/rũ ẽ & culpabiliũ. ¶ Miſeri poſt fata ſichei: aut mulie/bri er dixit miſeri: aut mortui ſecundũ Ciceronẽ: q in tuſculanis miſeros mortuos uocat: aut certe ob hoc miſeri: cuius iã obliuiſcit̃: aut ſic occiſi. ¶ Spſos fraterna cæde penates: ſi Didõis diſpſos ꝑ fugã ĩtelligimus ſi fratris pollutos cruore. ¶ Inflexit: qa ſupra ait: Fixũ ĩmotũq; ſederet. Inflexit a rigido propoſito deuiauit. ¶ Labãtẽ ĩpulit: ĩpulit & labare fecit: non. n. lababat: q ante immobilis fuerat. cauẽdũ ſane ne labẽtẽ cõtra metrũ legamus: nã la lõga ẽ: ut Labere nympha polo. ¶ Veteris. u. f. bene ĩhoneſtã rẽ ſub honeſta ſpecie cõfitet̃: dicẽs ſe agnoſcere maritalis cõiugii ardorẽ. ¶ Sed mihi uel. t. o. p. i. de callide ac ſi diceret poſſe ſe cõiũgi Aeneæ: ſi mors ſecuta nõ fuerit. ¶ Pallẽteis. u. herebo ĩ herebo: alii. he/rebi legũt. ¶ Aut tua. i. r. pp uĩculũ iugale. ¶ Abſtulit amores: cũ illo cõſũpta ſũt deſideria & uoluptates. ¶ Sinũ. l. i. ob. Sinus dicimus orbes oculorũ. i. palpebras: q̃ a palpitatiõe dictæ ſunt: nã ſemꝑ mouent̃. Impleuit ãt iõ qa lachrymæ plerũq; ſe ĩtra oculos tenẽt: & plene ꝑmiſit excuſationẽ iis lachrymis: prioris cõmemoratione mariti.

¶ DONA. Si mihi ñ: adeo illũ ꝓbat ut illũ iudicet dignũ matrimõio ſuo niſi priori cõiugio ſit decepta. ¶ Sed mihi uel tel. confeſſã de amore melius ꝓuenere ſibi mortẽ dicit. ¶ Ille primus: oſtẽdit ſorori uiã neceſſariæ per/ſuaſionis: ut qđ erat amoris impulſu factura: hortatu aliẽo magis facere uideretur: ait. n. ſemel nupſi: habeãt ille q̃uis mortuus pudoris mei pignus: qui mihi florem uirginitatis eripuit: & ſecum habeat: ac ſuo ſepulchro cõſeruet: & ſic obliq; dicit. Quid dubitẽ nubere: cũ alterius nuptias ſepultus ille non uideat: nec ſentire poſſit. Sufficiat illi quod præcipuum habuit uirginitatis meæ decus tuliſſe. Relinquat uiduam neceſſitatibus ſuis in ſer/uire: & ſentit fidem debitam illi ſuſtulit mors: q̃ nouitatem q̃dam procurauit. Vis maior urget & intollerabi/lis cogit: impune ſecundi coniugii fortuna ſuſcipitur: & ſi aliquid manes ſentire poſſunt impune præcatur. La/chrymas: quas effundebat uel recordatione ueteris mariti: uel ꝙ rogatur id facere quod animo reſpuente dam/nauerat. ¶ Obortis: ſubito cohortis: Sic. n. fit quãdo dolore aĩ funduntur: Contra Sinone lachrymiſq; coactis.

¶ CHRI. Perteſum: tedet. n. ĩ uoce actiua præteritum habet: perteſum ẽ in uoce paſſiua. ¶ Tædæ: pro face ponitur. Cæterum tæda arbor eſt de qua diximus in Geor. ¶ Huic: tam graui tam uehementi. ¶ Vni. q. d. tali: ut exemplo careat. ¶ Inflexit ſenſus: mouit appetitum: & repugnantem rationi fecit & deduxit a uia recta. Veteris. u. f. oſtendit q̃tus ſit amor cum circa hæc principia notet cũ eẽ ſimilẽ illi q fuerat maximus. Ima tellus: imæ terræ ꝑtes: ut eo hiatu deuoluat uſq; in cẽtrũ. ¶ Dehiſcat: ualde hiſcat: ut nulla ſit retẽtio tuenti: Viget autem hæc ratio: ſed cum appetitu certamẽ init. ¶ Vel pater om. auget: nã minor pena eſt per hiatum ad inferos deduci q̃ Iouis fulmine percuſſam eodem trudi. ¶ Pallentes. u. e. n. q; p. excludit elyſiorum camporum lucos ubi beatæ degunt & in manifeſta luce & a mœna uerſantur. Vnde eſt Solemq; ſuum ſua ſydera norunt. Et tartara: expri/mit ubi nocentes puniuntur. ¶ Sic effa. ſ. quia repugnat appetitus rationi & coactus obtemperat.

¶SER. Anna refert:ſuaſoria ē oī pte plena:nā & purgat obiecta:& oñdit utilitatē:& a timorē pſuadet.¶O lu ce magis dilecta.i.dilectior:nā antiq frequēter ꝓ cōparatiuo iūgebāt particulā magis.tale & illud ē: Nate mihi uita quōdā dū uita māebat Care magis.¶ Sola ne:ſola ne mœrēs ī oī carpis iuuēta:¶ Nec dulcis natos pp libe ros q fuit cā ſecūdi matrimōii:ut Iu.ſed placet urſidio lex iulia tollere dulcē Cogitat hæredē alii male iungunt natos Veneris Cupidinē & Aeneā.¶ Veneris nec pr̄.uoluptates.Homen.τατεδωρα αφροδιτης.¶ Id cinerē aut māes credis.c.ſe.pp illd:qa marito iurauerat:ut nō ſeruata fides cineri ꝓmiſſa ſicheo.bñ extēuat dicēdo nō animā:ſed cinerē:& māes ſepultos.Dicit āt ſecūdū epicureos:q aīam cū corporē dicūt pire.¶ Eſto:aduerbiū cōcedētis:& ē græcū.¶ Flexere mariti:nō q erāt ſed q eē cupiebāt.Alii ītelligūt ægrā mariti:ut ſit genitiꝰ ſingularis.i.triſtē pp maritum.¶ Nō ante tyro:aut in tyro ac ſi diceret tyri:aut certe τυροφεν.i.de tyro:ut dardanꝰ heſpia.¶Deſpectus iarbas: rex libyæ q Didonē re uera uoluit ducerē:& ut hēt hiſtoria:quū hoc negaret carthagini ītulit bellū:cuiꝰ timorē cū cogereť a ciuibus:petiit ut ante placaret manes mariti:& ex ædificata pyra ſe ī ignē pcipitauit.ob q rē Dido.i. uirago appellata ē:nā Eliſſa ꝓprie dicta ē.¶Ductoreſq; alii: ergo Iarbas ductor.¶ Quos aphrica terra:derriuationes frequēter ſūt maiores prīcipalitate:īterdū pares īueniunť:raro minores:uñ ſupra lacæna notādū diximus. ¶Triūphis diues.i.bellicoſa.¶ Placito ne etiam pugnabis amori:ac ſi diceret contempſiſti eos q diſplicebāt: nū quid etiam placito amori repugnabis:& eſt græcum pugno tibi:nam nos pugno tecum dicimus.

Anna refert:O luce magis dilecta ſorori:
Sola ne perpetua mœrens carpere iuuenta:
Nec dulces natos:Veneris nec præmia noris.
Id cinerem:aut manes credis curare ſepultos:
Eſto:ægram nulli quondam flexere mariti.
Nō Libyæ:nō ante Tyro deſpectus Hiarbas:
Ductoreſq; alii:quos Aphrica terra triūphis
Diues alit:placito ne etiā pugnabis amori:

¶DONA. O luc.m.d.ſ.oñdit cām meri cōſilii fuiſſe:cū ex amorē loqť:& deīde aggrediť deſtruerē cauſas pp q̄s ipa negauerat ſecūdas nuptias.Nec dulces.n.honeſtā cām ꝓponit:ne libidinis ſed liberorū creādoꝝ cā illā hortari uideať.¶Id.c.a.i.hic cū deferre cōtēdis:neſcit honorificētiā tuā:Cū aīa.n.ſēſus moriētis extīguiť totū īteritꝑ ditq; obſequiū qſqs illud nō hoī ſed cineri ꝓrogaē cōtēdit.¶Eſt.æ.cū adhuc eſſes ægra ex recēti dolorē:nulli flexerūt te.nūc nō repugnabis placido amori.¶Hic ge.ur.exprimit qď obſcure dixit quoꝝ cōſ.ar.poſt aūt multa neceſſaria:q ſupius poſuit addit faciēdi neceſſitatē ſingula cū metu diſcurrēs:dicit ergo:nō cōſideras te pegrinā & ī locis pegrinis te īperiū uelle fūdarē:& oīa initia pſertim imperii hr̄e laborē durū. Qď fœmina & ſola paras urbē fūdare:cum in numeræ gentes poſſint te magno numero urbium īfeſtare:q uiribus & ferocitate ualet.

¶CHRI. O luce.m.d.ſ.oratio ē ī generē deliberatiuo:& arguit a tuto & honeſto.Captat beniuolētiā & attētionē:cū oſtēdat tm̄ illā amare.In primis āt demōſtrat qbus bōis caritura ſit:ſi uoluptate & liberis ſi amori illi repugnet:& cōfutat q illa dixit de Sycheo.¶ Mœrēs:Eſt mœror ſecūdū ſtoicos ægritudo flebilis.¶ Sepultos.q.d. ſēſu carētes.Loquiť ex ſnīa Ariſto.q ait mortuos parū de ſupis curare.¶ Māis:ꝓ manes ſecūdū Priſcia. ¶Delubra:diximus ea tēpla eē ī qbus eēnt ſimulachra deoꝝ delibrata & decorticata:nā ut ē apud Pl.quis ſtatuaria ars apud Italos uetuſta fuerit:ut apparet ī Hercu. ab Euādro ſacrato ī foro boario:q triūphalis dr̄ & p triūphū triūphali habitu ueſtiť.Itē ī ano gemīo:q a Numa dicatus ē digitis:ita figuratis ut.ccclxv.notet:quo & anni & tpis ſe deū indicet: tū uſq; ad deuictā aſiā ſimulachra deoꝝ potiꝰ lignea fuerūt:unde legiť ī urbe populōia ſimulachrū Iouis ex una uite fuiſſe:nā ita magnæ ac craſſæ uites reptæ ſūt ut ī metapōto tēplū Iunonis colūnas ex uite hūerit.¶ Quāq̄ apud priſcos nulla fuit dei iago.Clemēs.n.ait numā regē moſayca uſū diſciplia inſtituiſſe nullā imaginē deo tribuere.Vnde annis.clxx.nulla imago neq; ficta neq; picta ī tēplis deoꝝ uiſa fuit.Ita occulte ſignificauit nullo mō niſi mēte ad dei ſimilitudinē hoīem uenirē poſſe:ait Euſe.de ꝓpa.euā.Plutar.āt ait:ex ligno priſca deoꝝ ſimulachra fieri ſolita.Ex hoc.n.pria apollini ī delo ſtatua ē:ex hoc palladi q ſuo ēt tpe apud atheniēſes fuiſſe ſcribit: Itē Iunōis apud ſamios:ut Callimachus aſſerit.Peras ēt q primus argolicæ Iunōis tēplū cōdidit:& Calythiam filiā ſuā antiſtit cōſecrauit ex piri trūco illi ſimulachrū fixit.Lapidē.n.rē durā & inanimē ī deoꝝ effigiē celare nolebāt.Aurū uero & argētū īſœcūdæ terræ colores putabāt.Hæc Plutar.Plato uero ī legibus ait terra & ueſta deoꝝ ē habitatio.Nemo igiť ex ea cæteris diis ſimulachra faciat.Aurū uero & argētū īuidioſa poſſeſſio eſt.Ebur aīam depoſuit:Ideoq; ad ſimulachra deoꝝ ineptū ē.Aes & ferrū belli ſūt iſtrā.Pacē ꝓpiationē ſecūdū Marcellū.¶Bidētis:ꝓ bidētes ſecūdū Priſcia Refert āt Marcellꝰ:q exiſtimāt bidentes oues a Virgi.dictas ꝗ duos habeāt dentes peſſime ītelligūt.Nā hoc mōſtri genus ē.Sed melius intelligi poteſt ſi bīēnes dixerit auctoritate Pōponii.Mars tibi uoueo factūrū ſi unquā redierit bidenti uerre & Nigidius figulus ait bidental uocari ꝗ bimæ pecudes īmolenť.Macr.āt refert ī libris pōtificalibus legi bidētes prīo dictas.d.lr̄a ad hiatū duarū uocaliū īteriecta:ut ē redamare & redire ꝓ remeare & reire:& redarguere ꝓ rearguere.Hyginius tamē:q ius pōtificiū ignorauit:dixit bidētes eē hoſtias:q p ætatē duos dētes altiores habēt per quos ex minore ī maiorē traſcēdiſſe cōſtat æſtatē.Seruii aūt ſnīam ſcripſimus ī eo.Pōpeius uero refert bidētal tēplū quodā dici ꝗ in eo bidentibus hoſtiis ſacrificareť bidētes aut eſſe oues dētes duos lōgiores cæteris habentes.¶ Legiferæ:Ouid.Prima.Ceres unco glebā dimouit aratro.Prima dedit fruges alimētaq; mitia terris:Pria dedit leges cereris ſť omnia munus.Sunt qui dicant eandē eſſe q iſis quæ ægyptiis leges dedit.Fuit aūt Ceres Saturni & Opis filia Ouid.ex ope Iunonē memorat cererēq; creatā Semina ſaturni:tertia ueſta fuit.Ops.n.terra eſt:Saturnus uero tēpus interpretatur.Cererē igiť q fruges ſunt terra ac tēporum qualitates ꝓducunt:ſed de hac in Geor.latius dictum eſt.¶ Tyro:ait Stra.in deſcriptiōe phœniciæ poſt orthoſiam & eleuctēꝝ ē tripolis:quæ nomē aræ accepit.Tres.n.urbes hēt Tyrum Sidonē:& Aradum.Non igitur mirum ſi Didonem:quæ tyria fuit ſidoniam appellet uicinitate.

Delubrum

Bidētes

Bidētal

Ceres

¶SER. Hic getulæ urbes:ad terrorē urbes dixit:nā mapalib⁹ habitāt.¶Infrēi:aut ſæui:aut q equo ſine freno utunt.¶Inhoſpita:barbara:aſpa.¶Deſerta ſiti regio:ĩhabitabilis.Dicit āt xerolibyē.i.partē africæ aridā q̄ ē ĩter tripolī & pētapolī.& bn̄ teret dicēs iuxta eē aut bellicoſas gētes:aut deſerta loca:un̄ non ſperat auxiliū.¶Lateq; furētes barcæi:Hi lōge ſūt a carthagīe:un̄ addidit Late furētes:Hi ſecūdū Titianū ĩ chorographia Phenicē naꝰuali quodā certamīe ſupauer.Barce āt ciuitas ē pētapole os:q̄ hodie ptolemais dr̄ nā Cyrene & barce regiæ fueꝛrūt:quæ ſingulis dederūt ciuitatib⁹ noīa.¶Germāiq; minas:pp auꝝ qd' ei(ut ĩ prio diximꝰ)tulerat.¶Diis eqdē auſpicibus:hoc dicit:dii auſpices ſūt matrimonii: æneā huc uēire fecerūt.Nuptiæ.n.captatis fiebāt auꝰguriis:ut Luc.Cōtēptiq; auſpice Bruto.¶Iunōe ſecūda:q̄ pēſt ꝯiugiis:un̄ Iuno gamilia dr̄.¶Teuiſſe:pfeꝰciſſe ĩpleſſe.¶Coniugio tali.i.uiri fortis:qd' iō dicit: qa ſcit a Didōe dictū.¶Veniā:aut beneficiū:aut re uera ueniā piurii.ſ.ut Nō cineri ſeruata fides ꝓmiſſa ſicheo.¶Sacriſq; litatis:diis litatis debuit dicere.nō.n. ſacra:ſed deos ſacris litamꝰ.i.placamus.ergo noue dixit:ſed diſtīguēdū ē:ut dicamꝰ ſacris.i.p ſacra litatis .ſ.diis.¶Indulge:da operā:ut Indulgēt uīo & uertūt crateras ahenos.¶Aquoſus oriō:corripuit ratiōe ſuꝰpradicta dū pelago.ꝓtēde naufragis fluctꝰ aduerſa nauigatiōe iactatis ꝓcellarū nomē oppōe:Hoc eſt & flāmare aurū:& artē docere pcādi.¶Nō tractabile:aſperū ītractabile pp tēpeſtatē.¶Incēſū īflāmauit:ut Horatiꝰ:Oleū adde camīo:¶Soluitq; pudorē:pp uīcula caſtitatis.Delubra:delubrū dictū ut ſupra pp lacū: in quo māus ablunt uel pp tectum coīūctū:aut certe ligneū ſimulacrū delubrū dicimꝰ a libro:hoc ē raſo ligno factū:qd' græce ξοανον dr̄.¶Pacēq;:beniuolenꝰtiā.¶Per aras exquirūt.i.ſacrificādo explorant:an dii uelīt huic rei cōſentire.dicēdo āt p aras auſpicalē artē oſtendit:unde eſt: Et ſpirantia conſulit exta.¶Maꝰctant:uerbum ſacrorū per euphemiſmum dictum: ut adolere:nam mactare eſt proprie magis augere.

Non uenit in mentē quorū conſederis aruis?
Hinc Getulæ urbes genus inſuperabile bello:
Et Numidæ īfreni cingūt:& inhoſpita Syrtis:
Hinc deſerta ſiti regio:lateq; furentes
Barcæi?quid bella Tyro ſurgentia dicam:
Germaniq; minas?
Diis eqdem auſpicibus reor:& Iunone ſecūda
Huc curſum Iliacas uento tenuiſſe carinas:
Q uā tu urbē ſoror hāc cernes?q̄ ſurger regna
Coniugio tali Teucrum comitantibus armis?
Punica ſe quantis attollet gloria rebus?
Tu modo poſce Deos ueniam:ſacriſq;:litatis
Indulge hoſpitio:cauſaſq; inecte morandi:
Dū pelago deſæuit Hyems:& aquoſus Oriō:
Q uaſſatæq; rates:dū nō tractabile Cælum.
His dictis incenſum animū īflāmauit amore:
Spemq; dedit dubiæ menti:ſoluitq; pudorem.
Principio delubra adeunt:pacemq; per aras

¶DONA. Fœmina:q̄ſi abiecti ſexus:unde magis dolēdũ.Sic Terē.Tu ĩ quã mulier q me omnino lapidem. nō hoīem putas.¶ Errãs:exul peregrina & ſine urbe.¶ Cõnubia noſtra:a facto & perſona facit cõparationem. ¶ Noſtra.q.d.tãti uiri:& dolet q ſuũ connubiũ repulit.i.ſe maritũ:& accepit æneã exulem nō maritũ:Sed dñm quē deinde ab habitu uituperat.¶ Semiuiro: duos ꝓferũt ſexus:ſed dimidiatos:ut neq; uiri neq; fœminæ ſint q̄ cōiectura ꝓbet infames eſſe.¶ Nos.m.q.d.incaſſum ſacrificamus:cũ nō tuis cultoribus:ſed alienigēis ꝓdes.

¶CHRI. Neqq̄.h.ſcd̄m Epicuꝝ q deos negat hũana curar̃:Vñ Iuue.Sũt ĩ fortũæ q caſib⁹ oĩa ponãt:Et nullo credãt mũdũ rector̃ moueri:nã uoluēte uices & lucis & ãni atq; iō ĩtrepidi qcũq; altaria iurãt.¶ Fœmia:ĩdignatio a ſexu.¶ Errãs.q.d.exul & ꝓfuga:ĩdignatio a fortũa:Nã cũ durũ ſit iiuria affici duriſſimũ tñ ē id a fœmia & exule pati.¶ Noſtris ĩ fi.ĩdignatio a loco:ut ĩ regnis hoc auſa tuis.¶ Exiguã:nã ſupra Taurio q̄tũ poſſit circũdar̃ tergo.¶ Precio:& nō uirtute.¶ Leges:ergo tributaria ē.¶ Dominũ:ĩdignatiōis exaggeratio q nō ſolũ ĩ maritũ ubi eq̄lia pene iura ſũt:ſd̄ ĩ dñm accepit:Hēt ãt magnã uĩ nr̃a & æneã ac ſi diceret cōtēpſit regē:accepit exulē.Collige igit̃ ut ſit plēiſſima cōqō neglect⁹ ſũ qd̄ duꝝ ē:nã durũ ē deſpici ut ſua ue amari & neglect⁹ a fœmia & ab ea q exul:& q emit lit⁹ exiguũ:ĩ quo urbē ãpliorē:niſi decepiſſet me edificar̃ ñ poterat:& q mihi obnoxia eēt & neglect⁹ ĩ meo regno:& ita neglect⁹ ut poſtpoſit⁹ ſi deteriori:nã cõpatiōe auget̃ ĩdignatio.¶ Paris:uitupatio a
Mitra noīe.q.d.ſimilis paridi uiro effœmiato & q alieãs mulieres rapiat.Eſt ãt pmutatio p ſimilitudinē.¶ Mitra:Tegmē capitis ĩcuruũ poīt̃ ēt apud græcos ꝓ faſcia ĩ lorice modũ ꝯtexta ad latera defēdẽda.¶ Subnixũ:ꝓ enixo ſm Mar.q̄ſi ſurſũ criſpatã & calãi ſtratã comã.¶ Foueus:nutrius & augẽus.¶ Aras:litare ſola oĩone nō poſſe antiq credebãt:niſi aras mãibus tenerēt.Vñ Var.ait aras prio anſas dictas:q etē neceſſe illas mãu tener̃:ut uaſe anſis tenent̃.Cõmutatiōe deide litterarũ aras dici cœptũ:ut Valerii & Furii qui olĩ Valeſii & fuſii dicebant̃:ergo cũ audiendus eſſet iarbas dixit araſq; tenentē:ut alibi.Tãgo aras medios ignes & numina teſtor.¶ Expectat:morat̃.

¶SER. Grauidā imperiis:unde multi iperatores poſſent creari:ut Hinc populū late regē:ideo āt grauidam ablatiuo iungiť:qa ēt grauis illa re dicimus:unde eſt huius origo ſermonis:ſic Plautus in amphitryone: Vxor tua nō puero:ſed peſte grauida eſt.¶Belloqꝫ frementē:exceptis tēporibus:qbus a Latino regebať: ut Lōga populos in pace regebat:nā alias bellicoſa fuit Italia.¶Proderet:modo ꝓtenderet:hoc ē ꝓpagaret:ꝓpago āt ſi genus ſignificat:ꝓ breuis eſt.ut Sit romana potēs itala uirtute propago.ſi de arbore dicas:produciť:ut Flexos ꝓpaginis arcus:Alias deciperet:ut Vnius ob irā Prodimur:& ē in īfinitū hæc lexis polyſemos ē.¶Sup ſua laude:

Sed fore:q grauidā imperiis:belloqꝫ frementē
Italiam regeret:genus alto a ſanguine Teucri
Proderet:ac totum ſub leges mitteret orbem:
Si nulla accendit tantarum gloria rerum:
Nec ſuper ipſe ſua molitur laude laborem:
Aſcanio ne pater Romanas inuidet arces?
Quid ſtruit?aut q ſpe inimica ī gēte morať?
Nec prolē Auſoniā:& Lauinia reſpicit Arua?
Nauiget:hæc ſumma ē:hic noſtri nūcius eſto.
Dixerat.ille patris magni parere parabat
Imperio:& primum pedibus talaria nectit
Aurea:quæ ſublimem alis:ſiue æquora ſupra:
Seu terram:rapido pariter cū flamine portāt.
Tū uirgā capit:hac animas ille euocat Orco
Pallentes:alias ſub triſtia Tartara mittit.
Dat ſōnos:adimitqꝫ:& lumina morte reſignat.
Illa fretus agit uentos:& turbida tranat
Nubila:iāqꝫ uolās apicē:& latera ardua cernit

ideſt ꝓ ſua laude:& græcū ē ſchema.ſic.n.Demoſthenes ὑπερ του στεφανου.i.ꝓ coroñ. ὑπερ ἐκεινου ꝓ illo.¶Moliť:ꝑparat:aut exercet.¶Aſcanio ne:ꝓpter illud qđ frequenter diximus ipſi imperiū deberi: iō aūt hoc afferit poeta ut laudādo Iuliū Cæſarē laudet: q ab eo originē ducit: ut Iulius a magno demiſſum nomē Iulo.¶Romanas inuidet arces:honeſtior elocutio ē:ſi addamus quā rē inuidemus:ut Liber pāpineas inuidit collibus umbras.¶Inimica in gentē:ꝑoccupat q̄ſi præſcius.¶Nec prolē Auſoniā: ut in ſexto:Nūc age Dardaniā prolē:q̄ deinde ſequeť Gloria. ¶Hæc ſumma eſt.i.mei præcepti collectio.Iuue.Ad ſummā nō maurus erat neqꝫ ſarmata methrax.¶Parere parabat:nō reſpōdet q̄ſi numē īferius: ſed dictis obtēperat.Sane hic loc9 Hom.ē.ἐν τῷ ε ὀδυσσείας
ὣς ἔφατ' οὐν ἀπείθησε διάκτορος ἀργειωόντης
αὐτίκ':ἔπειθ' ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα
ἀμβρόσια χρύσεια τά μιν φέρον ἠμὲν ἐφ' ὑγρὴν
ἠδ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο
εἵλετο δὲ ῥάβδον.τῇ δ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει
ὧν ἐθέλει τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει
τὴν μετὰ χερσὶν ἔχων πέπωτατο: Et paulopoſt.
σεύατ' ἔπειτ' ἐπὶ κῦμα λάρῳ ὄρνιθι ἐοικώς
ὥς τε κατ' ἀδινοὺς κόλπους ἁλὸς ἀτρυγέτοιο
ἰχθῦς ἀγρώσσων τυκνὰ πτερὰ δεύεται ἅλμῃ
¶Talaria nectit:Mercurius ideo diciť hr̄e pennas:qa citius oībus planetis in ortū ſuū recurrit:unde & uelox & errās induciť:ut Quos ignis cæli Cyllenius erret in orbes.¶Tum uirgā capit.i.caduceū qđ primo Apollo habuit:& donauit Mercurio lyra ſibi tradita:ut Horati. Fraternaqꝫ humerū lyra.huius aūt uirgæ hæc ē rō:Mercurius & orationis dr̄ deus & interp̄s deoꝝ.Vnde uirga bellātes diuidit.i.bellū:nā bellātes & īterp̄tū orōne ſedanť.unde ſecūdū Liuiū legati pacis caduceatores dicunť: ſicut.n.ꝑ feciales bella indicebanť:ita pax ꝑ caduceatores fiebat.ἑρμῆς āt græce dr̄ ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας.i.latine interp̄s.¶Aīas:ꝓ umbras.ſcđm poeticū morē.Aīæ.n.in cælo ſunt:ut Viſa dehinc cælo facies delapſa parētis.hui9 āt rei rō alterius eſt ſciētiæ.¶Lumina morte reſignat:claudit:ꝑturbat.& ē aliud qđ phyſici dicūt:pupillas q̄s in oculis uidemus:morituros ante triduū nō hēre:qbus nō uiſis eſt ſumma deſperatio. Hoc ergo dicit reſignat: hoc eſt aufert ſigna luminibus.¶Tranat:trāſuolat:ut Nate ꝑ æſtatē liquidā ſuſpexeris agmē.¶Apicē & latera: bene ei q̄ ſunt hoīs dat:nā rex fuit q quū Perſeū nō ſuſciperet hoſpitio:ꝑꝑ oraculum quo reſponſum fuerat:ut a filio Iouis caueret &ꝓ timore:nullū ſuſciperet:a Perſeo in mōtem cōuerſus eſt uiſo Gorgonius capite: Vt āt in primo diximus:peritus aſtrologiæ fuit:nam Herculem docuit:Sane latine Telamon dicitur:ſicut nilus melo.

¶CHRI. Teucri.i.Dardani.nā Dardanus a Ioue ē.¶Regeret:Quod nō ſolū potētis:ſed magis prudētis ē:nā Rex his ē:q iuſte prudēterqꝫ gubernat.¶Sub leges:nā optimi reges nō ſuæ libidini qđ tyrānoꝝ ē:ſed iuri & legibus:quos ſubiectos:habēt parere uolūt.¶Gloria:nā q̄uis hoīes ipſi uirtute ſola moueri debeāt tū honos glo- Gloria
riaqꝫ ægregia facta ut umbra corpus ſequať:& oēs accēdunť ad ſtudia gloria.Eſt āt gloria cōſentiēs laus bonorū incorrupta uox bn̄ iudicātiū de excellēte uirtute:ut ē in tuſculāis Cice.¶Aſcāio ne.ꝑ.Nā multa liberorū cā facimus:q nr̄a nō faceremus.arguit ergo ab utili & ab hōeſto:qꝛ negligit regnū & opes.Vnde ēt gloria magna ſit ꝓuētura:& arguit nō ſolū a ſe:ſed ēt a filio.¶Romanas.a.ac ſi dicat id īperiū qđ oīa ſupet īperia.¶Quid ſtruit: magna auxeſis:& hæc ſit ſnīa:amittit īperiū: & id magnū & gloria plenū nec ſolū ſibi : ſed & filio amittit: Sed qđ magis dolēdū ē:nihil ē qđ recōpēſare huic detrimēto poſſit:cū nihil debeat īgēte inimica cōſtitut9 ſperare. ¶Nauiget:Bene q̄drat & ꝑſone & rei hoc imperatiuū.Nā & Iuppiter & qa ſummus deus:& qa auus iure ſuo īperat:ꝑſertim cū id agi mādet qđ ſit ex ſumma obſequētis utilitate.¶Hæc ſumma ē.q.d.ēt ſi nullū argumētū utilitatis & hōeſtatis ītuliſſem:tamē uolo obtēperet mādatis.¶Hic:q̄ſi ac re ut oſtēdat hoc iā a ſe decretū eſſe. ¶Talaria:exigit locus:ut paulo altius de Mercurio repetāus.Ait ergo Cice.ī li.de na.deo.Mercuriū primū cœlo Mercurius
p̄re die mr̄e natū fuiſſe:cuius obſcenius excitata nā tradiť:qꝛ aſpectu Proſerpīæ cōmotus ſint.Alteꝝ Valētis & Phēoridis filiū:q ſub terris habeť:idē Trophōius.Tertiū pōit ex Ioue tertio & maia natū:ex quo penelope pana natū:dicūt.Quartū Nilo p̄re quē ægyptii nefas habēt noīare:q argū interemit:ob idqꝫ in ægyptū fugiēs: leges ac litteras illis tradidit.Sunt q ex hoc qntum natū Mercuriū uelint:Eum q ex die & cœlo natus ē aiunt ex Proſerpina filiā:quā nudā cernens turpiter amauit.Philonē arcadem genuiſſe:ac ignominia territum illum expo-

nere uoluiſſe. Sed cum eſſet oraculo admonitus illũ diuinum interpretem futuꝝ:& nutriri iuſſit:& Hermen appellari uoluit: Hinc ob ignominiã patriã fugiens: in ægyptum uenit ibiq; in oĩ mathematica claruit. Diodo. ſiculus in ſuis mythologiis tres maxĩe nominat. Primũ ægyptiũ: quẽ multa adiumẽta uitæ humanæ adinue/niſſe ſcribit: inuenit. n. paleſtram & lyrã: quam tricordẽ fecit imitatus tria anni tẽpora. Nã ab æſtate acutã: ab hyeme grauẽ: a uere mediã aſſumpſit uocẽ: inuenit lr̃as & deoꝝ ſacra: & qa Græcos ea q̃ ad interpretationem ptinent: docuit ab illis hermes. i. interpres noĩatus eſt. Secundũ in creta natũ ſcribit ex Ioue: & caduceatoriam: inducias: ac fœdera q̃ in bello adhibenť inueniſſe pſertim ut ubiq; inuiolabilis eſſent caduceatores. Quod ic/circo obſeruabant: quoniã Mercu. medius utriq; hoſti putabať. Sed noſtris tpibus tubicines: caduceatorũ lo/co habenť. Dicunt inueniſſe etiã pondera & mẽſuras: & mercaturæ q̃ſtus: & in furtis faciẽdo pſtrigiatorẽ fuiſ/ſe maximũ. Tertiũ eum ponit: quẽ athlantici ſuũ eſſe dicunt. Natũq; ex Ioue & Maia: cui q̃ ad cretenſi & ægy/ptio dicũt fere oĩa tribuunt. Euſebius de ppa. euange. Sanchumathonis q ante Troiana tpa in phœnicia floruit teſtimonio fretus ait Mercuriũ apud phenices Tantũ: apud ægyptios toyth: apud alexandrenſes thoth uocari. Et primũ litteras inueniſſe: & ea quæ de diis fabuloſe dici uideanť: uel allegoricæ ad naturam: uel tropologice ad mores reducere ſtuduiſſe: & fabulas fabularumq; allegorias excogitaſſe: q̃ tanta myſteriis obſcuritatẽ affe/runt: ut difficile ſit uerũ inuenire. Alio aũt loco oratiõis & facultatis interptãdi ſymbolũ Mercuriũ priſcos po/ſuiſſe ſcribit: & filiũ cupidinis mercuriũ dici: qa amãdi uirtus oratiõi quoq; attribuať. Sed hæc fabuloſe ac my/ſtice potius q̃ iſtorice ſcribunť. Aurelius aũt Augu. refert quo tẽpore Moyſes eſt natus floruiſſe athlantẽ aſtro/logum promethei phyſici fratrem: ac maternũ auum maioris Mercurii: cui nepos fuit is Mercurius. qui græce ερμησ τριμεγιστοσ. i. Mercurius trimegiſtus. i. ter maximus dr̃. Priorẽ ego illũ puto: quẽ Nili filiũ fabulanť: hũc tamẽ ſecũdũ aſſerũt occidiſſe argũ: ægyptiiſq; pfuiſſe: & lege ac lr̃as tradidiſſe: ſed lr̃arũ characteres aĩaliũ arborũq; figuras habuiſſe. Hũc in deoꝝ numerũ rettulerũt: nec erat fas eius nomẽ temere uulgo proferre pri/mumq; anni mẽſem ab eo cognominauerũt: cõdidit urbẽ: quã a ſe hermopolim noĩauit: nuncuparũt aũt illũ trimegiſtũ. i. ter maximũ: q & philoſophus maxĩus: & ſacerdos maxĩus: ac maxĩus deiq; Rex fuiſſet. Cõſueue rãt. n. ægyptii. Vt apud Pla. legiť: ex oĩ philoſophoꝝ nũero ſacerdotes: ac rurſus ex ſacerdotibus regẽ eligere: hic ãt ut philoſophos ſapiã: ita religiõe ſacerdotes excelluit: ac mox in ĩperio adminiſtrãdo ſupiores oẽs reges ſupa uit: hic prius a phyſicis: mathematicisq; ac diuinoꝝ ſpeculationẽ ſe erexit: primuſq; de maieſtate dei: de dæmo nũ ordĩe: aĩarũq; mutatiõibus ſapiẽtiſſime diſputauit. Ex q̃ re primuſq; theologiæ auctor habeť: Hũc ſectatus diuinus uates orpheus ſecũdas philoſophiæ aſſecutus eſt ptes. cuius ſacris initiatus eſt Aglaophẽus: aglaophẽo in philoſophia Pythagoras: Pythagoræ ſucceſſit Philolaũ diuini Platõis pceptor. Quæ oĩa indicãt priſcã theo/logiã a Mercurio inuẽtã: & a Platõe abſolutã fuiſſe. Veꝝ Mercurius pluria uolumĩa ſcripſit: qbus diuinarũ reꝝ cognitionẽ traderet: qbus arcana myſteria: & ſtupẽda oracula pandunť. Non. n. ut philoſophus ſolũ loquiť: ſed ut pphẽta futura ſæpe pdicit. Ruinã hĩc priſcæ religiõis uidit. Ortũ nouæ fidei. Aduẽtũ chriſti. Futuꝝ iudiciũ. Reſurrectiõnẽ. Renouatiõnẽ ſæculi. Bonoꝝ gloriã. & Tormẽta nocẽtẽ pdixit: Quapp dubitat Augu. an obſer/uatiõe ſyderũ an reuelatiõe demonũ hæc ille puiderit. Lactãtius illũ ſybillis prophetiſq; annumerat: Ex huius uiri libris duo pcipui ferunť. Alter de uolũtate diuina. Alter de uolũtate & ſapiã dei: & ille qdẽ aſclepius inſcri/biť: quẽ Apuleius Platonicus ſupioribus tẽporibus latinũ fecit. Hĩc Pimãder: ſed & hũc per noſtrũ marſiliũ fici nũ ex eadẽ familia philoſophũ nobiliſſimũ nup ad latios migraſſe uidemus: atq; hæc ſiue de fabuloſis diis inq̃/ramus. Siue de tãto uiro inueſtigamus nos hoc tẽpore nõ narranda: nã id rei lociq; rõ minime patiebať: ſed ex plurimis libris ĩ unũ locũ coartãda duximus. Deinceps ãt qď ad Mercurii ſydus ptinet: eadẽ breuitate pſtringe mus: Mercurius quẽ ſtilbon uocãt: planeta eſt tẽperatus nocturnus mõ maſculinus: mõ fœmininus: & pp ſuũ tẽperamentũ cito ſe uertit ad eius cui adhæſerit naturã: itaq; cũ fœlicibus fœlicitatẽ: cũ infœlicibus infœlicita/tem pbet. Auctore aũt Ptolomeo ſapiẽtiam ſimul & eloquẽtiã mortalibus pbet. Hinc eloquẽtiæ deus a poetis dr̃. Inducit ad arithmeticam & ad mercaturam. Facit paleſtritas: ac præſtigiatores: ac ſi in geneſi malignus eſt fraudulẽtos pducit & fures. Raro ur̃: quoniã plerũq; tp̃is ſub ſolaribus radiis occultať. Neq;. n. ab illo ultra tri ginta gradus abeſt. Qua ex re pp phœbi ardoris uim fuſcus pingiť. Exuſtio tamẽ a ſole q̃ oĩbus planetis nocet illi: quoniã ex frequẽtia facti aſſecutus eſt minus incõmoda eſt. Habeť nũcius deoꝝ: qa nihil ex ſua: Sed ex eoꝝ qbus adhæret natura agit: nã nũcius nõ ex ſua ſed ex alioꝝ ſnĩa uerba refert eius domicilia gemini ac uirgo ſũt. Morať ĩ ſingulis ſignis unigenis ac octenis diebus ac ſenis horis: ergo trecẽtis ac trigĩta octo diebus totũ zodia cũ pcurrit. Pingiť ãt in huiuſcemodi formã: ut in capite ac talis alas gerat: qbus & plãetæ & eloquẽtiæ indicať celeritas: ĩ leua uirgã ſerpẽtibus inuolutã hæc illius ad oĩa nõ tamẽ ſine prudẽtia ĩpulſum denotat ĩ dextra har pẽ eẽ ĩ curuũ tenet. Syringa ãt ſibi ad hos fiſtulã ex calamis factã admõet: ille eã inflať. Ex harpe uĩ ac uehemẽtiã eloquẽtiæ: ex fiſtula uero eiuſdẽ ſuauitatẽ ſignificãt. Caput galero ornať quo ſe a ſolaribus radiis tuteť: ſed idẽ ex albo nigroq; cõfectus ẽ: qa eloquẽtia & alba nigra & nigra alba reddeř põt. Argus auulſo a Collo capite eoq; oculis pleno e regiõe pingiť: ut oſtẽdať eloquẽtia cui ſapiã ſit adiũcta oẽm caliditatẽ ſupate. Corã ipſo Gallus pinguiť: ut mercatoꝝ quoꝝ deus ẽ aſtuta noteť garulitas. Atq; huiuſcemodi ẽ forma: Tenet ãt cœlũ ſcd̃m qď ſupra lũa ẽ: quis multi ex ægyptiis illud ſoli attribuerĩt: corpus eius minimũ ẽ oĩum exceptis corruptilibus nã maxĩus oĩum eſt ſol: q centies ac ſexagenties ac ſexies tãtus ẽ quãta ẽ terra. Poſt ſolẽ maiores ſunt qndecim ſtellæ primi ordinis: nam quæq; earum continet corpus terræ centies ſepties. Tertius in magnitudine eſt Iuppiter: Quartus Saturnus: poſt quẽ ſunt ſtellæ ſecũdi ordinis: quaꝝ ſingulæ cõtinent terram nonagies: poſt has ſunt ſtellæ tertii ordinis: quaꝝ ſingulæ cõtinẽt terrã ſeptuagies ac bis poſt has ſunt ſtellæ quarti ordinis quaꝝ ſin/gulæ cõtinent terrã qnquagies q̃ter. poſt has ſunt ſtellæ qnti ordinis. Haꝝ unaqueq; terrã cõtinet trigẽties ac ſepties: inde ſunt ſtellæ ſexti ordĩs: qrũ q̃ minorẽ decies atq; octies terrã cõtinet. poſt has maius corpus ẽ mars.

Aglao/phenus

Theologica Priſca

Poſt martẽ terrã.Poſt terrã uenus.Poſt uenerẽ luna.Poſt lunã Mercurius uidimus q̃ta ſint hæc corpora: nunc q̃tũ diſtẽt aĩaduerte.Luna.n.q̃uis oĩum ꝓxĩa:ſit terræ diſtat tãtũ ab ea trigeties ter tãtũ q̃tũ ẽ dimidiũ diametri terræ & uigeſima ps eius.Eritq; hoc 107412 miliaria:nã dimidiũ diametri terræ:ut oſtendit̃ ẽ 3245 miliarioꝝ & qnq; ĩſup ptes ex undecĩ ptibus unius miliarii:Mercurius ãt a terra diſtat 542750 miliaria:Venus a terra diſtat 3640000 miliarioꝝ.Sol ãt 3695000 poſt quẽ Mars ſequit̃:& hic a terra 28847000.Iouis autẽ interuallũ appet eẽ 46816250.Lõgitudo Saturni ẽ 65357500.Hoc ãt duplicatũ facit interuellũ qđ ẽ a terra ad octauã ſphærã. Hoc aũt erit 130715000.& cũ multiplicatũ fuerit hoc p.3.& ſeptimã unius ꝓueniet quãtitas circũferentiæ circuli ſignoꝝ:uel cuiuſcũq; circuli maioris deſcripti ĩ octaua ſphæra quæ ẽ 410818570 miliariorum eritq; mẽſura uniuſcuiuſq; gradus circuli maioris 1141160 miliariorum:ſingula autem miliaria tria milia cubitorũ cõtinẽt.

Atlantis duri:cælum qui uertice fulcit:
Atlantis:cinctum aſſidue cui nubibus atris
Piniferum caput:& uento pulſatur:& imbri:
Nix humeros infuſa tegit:tum flumina mento
Præcipitãt ſenis:& glacie riget horrida barba.
Hic primum paribus nitens Cyllenius alis
Cõſtitit:hic toto præceps ſe corpore ad undas
Miſit:aui ſimilis:quæ circum littora:circum
Piſcoſos ſcopulos:hũilis uolat æquora iuxta:
Haud aliter terras inter:cælumq; uolabat:
Littus harenoſum Libyæ:uentoſq; ſecabat
Materno ueniens ab Auo Cyllenia proles.
Vt primum alatis tetigit Magalia plantis
Aeneam fundantem arces:& tecta nouantem
Conſpicit:atq; illi ſtellatus Iaſpide fulua
Enſis erat:tyrioq; ardebat murice Lena
Demiſſa ex humeris:diues quæ munera Dido
Fecerat:& tenui telas diſcreuerat auro:
Continuo inuadit:tu nunc Carthaginis altæ
Fundamenta locas:pulchramq; uxorius urbẽ
Extruis:heu regni:rerumq; oblite tuarum:

¶SER. Fulcit:ſuſtinet:nã altus eſt nimis.¶Nix: niuis facit:ſed uerbum ninguit nõ hinc uenit:ſed ab eo quod ẽ ninguis:ſic Lucretius:Albas effundere ningues.ninguit aũt prima pſona caret:& ſecũda:qa nõ eſt in nr̃o arbitrio:ſed ad deũ pertinet.¶Præcipitãt: ꝓ pcipitãtur:ut Nox humida cælo Præcipitat.¶Senis:aut propter ætatẽ:aut alluſit ad niues ut Gelidus cãis cũ montibus humor Liquitur.Paribus alis:leni uolatu:ut dixit:& ĩ cælum paribus ſe ſuſtulit alis.¶Cyllenius ab auia:unde paulopoſt Cyllenia proles: aut a cylleno arcadiæ monte ubi dicitur eẽ nutritus.¶Toto.c.uno impetu excuſſus:ſic Lu.Nec ſe tellure cadauer Paulatim per mẽbra leuat terraq; repulſum eſt erectumq; ſemel.¶Aui ſimilis:incongruũ heroo credidit carmini:ſi mergum diceret.ut alibi ciconiã p piphraſim poſuit:Candida uenit auis longis inuiſa colubris:ſic eſt:Et teſta cũ ardente uideret Scintillare oleum:ne diceret lucernã nimis tenuiter.¶Littus arenoſum libyæ:bene arenoſum:nã ĩ libya erat: ſed nõ in arenoſa.Mauritania enim eſt aſpera & ſilueſtris.¶Materno ab auo:per Maiam Atlantis filiam.¶Magalia:aphrorũ caſas:& mapalia idẽ ſignificant: ſed magalia ma ꝓducit:mapalia uero corrĩpit:ut Et raris habitata mapalia tectis.¶Iaſpide fulua:pro uiridi:ut Fuluaq; caput nectentur oliua.dicit etiam Plinius in naturali hiſtoria:multa eſſe iaſpidum genera in quibus etiam fuluum cõmemorat.Enſis erat:ꝓ uagina poſuit:& multi Iaſpidem uolunt ad gratiam pertinere.¶Lena:eſt genus ueſtis.Eſt autem proprie toga duplex amictus auguralis.¶Inuadit:habitũ futuræ orationis oſtendit.& notandum non tantum eum nuncii.ſed etiam caduceatoris:ideſt oratoris officio fungi:nam & perſuadet & nunciat.¶Vxorius:uxori ſeruiens.Horatius.Vxorius amnis.

¶DONA. Auo materno:ab atlante monte:in quẽ atlantem patrẽ Maiæ conuertit pſeus.¶Inuadit:inuectiuam:futurã eſſe hoc uerbum oſtendit.Et ex hoc acri habitu Mercurii oſtẽdit quali habitu debuit eẽ Iuppiter.¶Tu nunc:obiurgatio eſt potius q̃ inuectio.Nam cõe ſibi facit hoc damnum:& dolet decipi ſpẽ ipſius & filii qđ non faceret:ſi accuſatoris animum gereret.¶Pulchrã uxorius urbem:ſtulti eſt aliena curare ſua negligere.

¶CHRI. Atlantis:de hoc monte Strab.ſic ſcribit: extra columnarum fretum procedenti ad ſiniſtram mõs Atlas
eſt in libya:quem atlantem uocãt:barbari.uero dirim.mõs eſt ſupra nubes excelſus:q̃ mare a ſe dominatũ ſpectat ſquallidus:& incultus quæ uero africam reſpicit arboribus ueſtitur: & fluminibus irrigatur: omni genere fructuum abundans:interdiu ex miro ſilẽtio ſtuporem ĩducit.Noctu crebris lucet luminibus:reſonareq; dicunt cantibus:ac tinnitibus Cymbalorum atq; Tibiarum ægypanorum & Satyrorũ.¶Piſcoſos: piſcibus abũdantes.¶Inter cœlum.t.ita inter infimam partem aeris ut pene terrã tãgeret.¶Materno auo: Atlante: qui maiam genuit:ex qua conceptus ipſe eſt.¶Fundantem:ædificãtẽ nam iam fundatæ erãt.¶Nouantem.i.facientem quæ noua eẽnt.¶Stellatus:ornatus ut illa ſplẽdida ut ſtella fulgeret.¶Murice:murices piſces ſunt ſimiles purpuræ:nam ut ait Pli.purpuræ latent ſicut murices circa canis ortum:& paulo infra Purpuræ cõgregantur uer- Murex
no tpe mutuoq; attritu lentorem cuiuſdam ceræ ſaliuant ſimili modo & murices:ſed in hoc loco muricẽ pro purpura poſuit.¶Diues q̃.m.d.pulcherrima pp diuitias quas habebat:nam pauper tantum ſumptum non feciſſet.¶Iaſpide:Iaſpis græce latine uiridis gẽma:nouem teſte Plinio ſunt eius ſpẽs:eſt autem uiridis ut ſmaragdus:ſed craſſi coloris.¶Iaſpidem.c.talentis parauit nero in qua fuit effigies eius thoracata.eſt iaſpis in oriente Iaſpis
ſmaragdo ſimilis e petra ex tranſuerſo linea alba pcingitur:quam magi cõcionantibus utilem dicunt.¶Fulua:
fuluus colorita uidet̃ de ruffo atq; uiridi mixtus:ut in aliis plus uiridis in aliis plus ruffi habeat:itaq; fulua aq- Fuluus
la:fuluum aurum:fulua Iaſpis:& fuluus leo:ait Aul.Gel.¶Carthaginis.q.d.Terræ alienæ:& quæ tuis nocitura ſit.Vehemens ergo diſſuaſio ut nocitura faciat:& profutura deſerat.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Ipſe deum tibi me claro demittit Olympo
Regnator:cælũ & terras qui numine torquet:
Ipſe hæc ferre iubet celeres mãdata per auras:
Quid ſtruis? aut q̃ ſpe libycis teris ocia terris?
Si te nulla mouet tantarum gloria rerum:
Nec ſuper ipſe tua moliris laude laborem:
Aſcanium ſurgentem:& ſpes hæredis Iuli
Reſpice:cui regnũ Italiæ:Romanaq; tellus
Debentur:tali Cyllenius ore locutus
Mortales uiſus medio ſermone reliquit:
Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram:
At uero Aeneas aſpectu obmutuit amens:
Arrectæq; horror̃ comæ:& uox faucib9 hæſit:
Ardet abire fuga:dulceiſq; relinquere terras
Attonitus tanto monitu: imperioq; Deorum.
Heu quid agat? quo nũc reginã ambire furẽtẽ
Audeat affatu? & quæ prima exordia ſumat?
Atq; animũ nunc huc celerẽ:nũc diuidit illuc:
In parteſq; rapit uarias:perq; omnia uerſat:
Hæc alternãti potior ſententia uiſa eſt:
Mneſthea:Sergeſtũq; uocat:fortẽq; Cloãthũ:
Claſſem aptẽt taciti: ſocioſq; ad littora cogãt:
Arma parent:& quæ ſit rebus cauſa nouandis
Diſſimulent:ſeſe interea quãdo optima Dido
Neſciat:& tantos rumpi non ſperet amores:
Tentaturum aditus:& quæ molliſſima fandi
Tẽpora:quis rebus dexter modus:ocyus oẽs
Imperio læti parent:ac iuſſa faceſſunt.
At regina dolos (quis fallere poſſit amãtem?)
Præſenſit motuſq; excepit prima futuros

¶SER. Ipſe:dat dictis auctoritatẽ:ut Quæ Phœbo pr̃ oĩpotẽs. ¶ Claro demittit olympo: Olympus q̃ſi olo/
lãpus dictus eſt:ſiue mõs ſit macedoniæ:q dicit̃ ẽt diuerſoriũ deorũ:ſiue cælũ:unde addidit claro:ut plemyriũ
undoſũ accẽt9:ſane græc9 tũc põt eẽ:ſi ſit græca decliatio:ut ὀλυμποσ ὀλύμπου nã latina olympi facit. ¶ Tor
quet:regit ſuſtinet:ut Cũcta tuo q bella pr̃ ſub numine torques. Numine ãt eſt aut nutu:aut ptãte. ¶ Hæc:q̃ di/
cturus eſt:nã ſupradicta ex ſe dixerat. ¶ Teris: per negligẽtiã tẽpus cõſumis. Saluſtius:Ibi triennio fruſtra trito.
¶ Debent̃:honeſtius plurali numero:reſpõdit. ¶ Surgentẽ:creſcentẽ:ut Surgẽtẽ in cornua taurũ. Itẽ Surgẽtẽq;
nouæ carthaginis arcẽ. ¶ Cyllenius:antonomaſiuũ ẽ
pro ꝓprio. ¶ Ore:orõne. ¶ Mortales uiſus:aut oculis
Aeneæ ſe ſuſtulit:aut hũanã r̃liqt effigiẽ:quã ſũpſerat
ut ab Aenea poſſet uideri:qđ ẽ melius. ¶ Medio ſer/
mõe:atq execut9 ẽ oĩa q̃ Iuppiter dixerat. Sed ſermo
ẽ cõſertio orõnis:& cõfabulatio duoꝝ uel pluriũ:me
dius ergo ſermo ẽ.quũ pſona cũ q̃ qs loqtur nõ reſpõ
det:ut nũc fecit Aeneas. ¶ Arrectæq; horrore cõæ:ſu
baudi ſunt. ¶ Dulciſq; relinq̃re terras:minus ẽ: q̃q̃ &
ne uideat̃ ĩgratus:deorũ excuſat̃ ĩperio.ſic ipẽ ĩ ſexto
Sed me iuſſa deũ. ¶ Ambire bãditiis:circũuẽire. Am
bio illã rẽ dicimus:ut Neu connubiis ambire latinũ.
¶ Exordia:orationẽ:ſicut in rhetoricis legimus. Sed
exordia in duo diuidit̃ ĩ prĩcipiũ & orationẽ. ¶ Alter
nãti:uaria mẽte tractãti.& p hoc oſtẽdit̃ cogitaſſe eũ
etiã amorẽ:ſed ꝑtuliſſe uolũtatẽ deorũ. ¶ Taciti: ſine
ſtrepitu celãtes cõſilia. ¶ Arma parẽt: cõtra ĩpetũ ira/
tæ forte reginæ. ¶ Quãdo:ñ ẽ hoc loco tpis: ſed ſigni
ficat ſiqdẽ:& ẽ cõiũctio rationãtis. Sãe quãdo do bre/
uis ẽ naturaliter:ſic Seren9:Quãdo flagella ligas.uir.
uſurpat:Si qñ tybrĩ uicinaq; tybridis arua. ¶ Quis re
bus dexter modus:q ſit rebus optim9 euẽtus. ¶ Læti
alacres:feſtini. ¶ Faceſſũt:frequẽtatiuũ ẽ: ut in Geor.
Mr̃is ꝑcepta faceſſit:alias diſcedit ſigñcat:ut Te. Hæc
hĩc faceſſat:tu moleſt9 ne fias. ¶ Præſẽſit:ac ſi diceret
anteq̃ ille moliret̃ & nimia ĩ hoc uis amãtis expmit̃.
¶DONA. Ipſe deũ:hui9 pſonæ auctoritate grauio
rẽ:facit ſuã obiurgationẽ:& ut maior ſit metus: ptã
tẽ ipſius deſcribit. Vtrũq; ãt dãnat: & ꝙ ſubleuet ini/
micoꝝ opes: & ꝙ ire agẽda ociũ ſibi ꝓpõat:qm̃ negli
gẽtis ẽ & ĩcauti. Addit ne p eũ peat qđ aſcãio đbet̃:qđ
niſi p ipm ꝑſtari nõ põt. ¶ Medio ſermõe:qa nõ expe
ctauit ñſũ qđ erat dimidiũ ſermõis q orit̃ ĩter duos.
¶ Atq; aĩum nũc huc:in tã ambigua cõſolatione ꝑua
luit in religioſo uiro diuinum præceptum.
¶CHRI. Ipſe deũ:dat auctoritatẽ orõni ſuæ. ¶ Mor
tales.u.nã ſpũs in corporei aerẽ ex quo corpus ſibi cõ/
ficiũt:ita condenſant: ut in uiſum cadãt: ut uidemus
nubes q̃ aer denſatus ſunt. ¶ Obmutuit: nã tanto ſtu
pore affectus eſt:ut uocẽ emittere non potuerit: nã &
maxima animi cõſternatio fari nos ꝓhibet & contra
ueriſſimã accuſatiõem nullam excuſationẽ: quã pro
ferret inueniebat. ¶ Dulces.q.r.t.quo modo relinquere ſi dulces? Oſtendit ſibi uehementer caram eſſe didonẽ:
ſed tamen male deo obtemperare. In pugna ergo quæ erat inter appetitum & rationem ſuperabat ipſa ratio.
¶ Quæ exordia:nã cauſam apud Didonem turpiſſimam habere uidebatur:in qua diffidebat cõueniens exor/
dium reperire poſſe maxime:cum eſſet habendum per inſinuationem in qua maiori artificio opus erat. ¶ In
partes.q.r.u.cum modo traheretur libidine modo duceretur ratione. ¶ Diſſimulent:diſſimulamus cum oſtẽ
dimus id non eſſe quod eſt:ſimulamus cum oſtendimus id eſſe quod non eſt. Qui igitur doctus non uult ha/
beri doctus diſſimulat doctrinam. Qui contra ĩdoctus cupit doctus haberi ſimulat doctrinam. ¶ Speret: time
at:nam ſpes de bonis eſt. ¶ Molliſſima:quæ tactus ſunt rettulit ad occaſionem. Ergo molliſſima tempora pro
occaſione poſuit ut ſit quaſi diffinitio occaſionem eſſe tẽpus molliſſimum.i.quod præbet facilitatem rei agen
dæ. Molle enim in tactu dicimus: quod facile cedit: cui contrarium eſt durum. Ergo tempus fandi molle eſt
cum is qui auditurus eſt:facile nobis concedit. ¶ Quis fallere.p.a. adeo enim ſuſpicioſi anxiique ſunt: ut nihil
inexploratum relinquãt. ¶ Motus.f.ideſt motus nondum præſentes:ſed quoniam nõ fit ueriſimile:ut ea quæ
nondum ſunt ſentiamus:reddit ueriſimile ex amãtium natura:nam amantes timent etiam tuta. Quapropter
facile miſerrimi ſint neceſſe ẽ. Qui.n.eſt in metu miſer ẽ:& q etiã tuta timet ſemper eſt in metu:ut ait Socrates.

Omnia tuta timẽs:eadem impia Fama: furẽti
Detulit armari claſſem:curſumq; parari.
Sæuit inops animi:totamq; icenſa per urbem
Bacchatur:qualis commotis excita ſacris
Thyas:ubi audito ſtimulant trieterica baccho
Orgia:nocturnuſq; uocat clamore Cithæron.
Tandẽ his Aeneam compellat uocibus ultro:
Diſſimulare etiam ſperaſti perfide tantum
Poſſe nefas? tacituſq; mea decedere terra?
Nec te noſter amor:nec te data dextera quõdã:
Nec moritura tenet crudeli funere Dido?
Quin etiam hiberno moliris ſidere claſſem:
Et mediis properas Aquilonibus ire per altum
Crudelis:quid ſi non arua aliena:domoſq;
Ignotas peteres? & Troia antiqua maneret?
Troia per undoſum peteretur claſſib⁹ æquor?
Me ne fugis? p ego has lachrĩas.dextrãq; tuã:te
Quãdo aliud mihi iã miſeræ nihil ipſa reliq:
Per cõnubia noſtra:per inceptos Hymæneos:
Si bene quid de te merui:fuit aut tibi quicq̃
Dulce meum:miſere domus labentis:& iſtam
Oro:ſi quis adhuc precibus locus:exue mẽtẽ:
Te ꝓpter libycæ gentes:Numadũq; Tyranni
Odere.infenſi Tyrii:te propter eundem
Extinctus pudor:& qua ſola : ſidera adibam

¶SER. Oĩa tuta timẽs:deeſt ẽt.& ẽ exaggeratio.¶ Eadẽ fama:q̃ Iarbæ nunciauerat.¶ Curſũq; parari:nauigatioñe:ut ni teneãt curſũ.¶ Inops aĩ:ſine aĩo:ſine cõſilio.¶ Bacchat̃ : furit more bacchãtũ:& bene uno ſermõe ꝓoccupauit futurã cõparationẽ.¶ Thyas:baccha.nã ſicut a Baccho bacchæ:ſic a Thyneo thyades dicuntur.¶ Cõmotis:ãt ſacris iõ dixit:qa ĩ ſacrorũ renouatiõe cõmouebant̃ ſimulacra:unde Horatius:Nõ ego te cãdide baſſareu ĩuitũ quatiã.¶ Tricterica: triẽnalia.Liberi.n.ſacra tertio quoq; anno ĩnouabant̃.Sãe ſciẽdũ orgia apud græcos dici ſacra oĩa:ſicut apud latĩos cerimoniæ dicunt̃:ſed iã abuſiue ſacra Liberi orgia uocant: uel απο της οργης.i.a fauore:uel απο τον ορων a montibus.¶ Nocturnuſq; uocat:nocte celebrat⁹:uñ ip̃a ſacra nyctelia dicebant̃:q̃ populus ro.excluſit cã turpitudinis.¶ Cithærõ:ãt mõs eſt ex quo clamor numinis ueluti bacchas uocabat.¶ Diſſimulare ẽt:ſatis artificioſa allocutio:nã & ſibi cõſulit ſub facie utilitatis Aeneæ. Diſſimulare ãt iõ ac ſi diceret:ita rẽ pudendã cogitas:ut eã fateri nolis.Supra.n.dixerat.Quæ ſit rebus cã nouandis Diſſimulẽt.¶ Data dextera: fœdus amicitiarum.¶ Hiberno ſidere:nõ hieme:ſed hiemali ſidere:aut ꝓprie qđ ait ſupra:Dũ pelago deſæuit hiems & aquoſus oriõ.ergo aut tẽpore:ut Quo ſidere terrã Vertere mœcenas:aut re uera ſidere ꝑ Orionẽ.¶ Crudelis: ẽt in te odio met.ſic Lu.de Ceſare Sæuitia ẽ uoluiſſe mori.¶ Domoſq; ignotas:ac ſi diceret Carthago iã tibi nota ẽ:licet & hic aliẽa ſint arua.¶ Et troia.a. m? ſi deeſt. & q̃ſi ꝑ ĩterrogationẽ ĩtelligẽdũ.¶ Me ne.f? adhuc apte non uult ĩputare beneficia: ſicut paulopoſt irata.¶ Nihil ipſa.r.nõ pudorẽ non regnũ.¶ Inceptos hymenæos:q ipſa nouitate ſũt dulces.¶ Dulce meũ: tetigit rẽ inhoneſtã.ſic Ter.Seu tibi morigera fuit in omnibus rebus.¶ Tyranni:nil intererat apud maiores inter regem & tyrannum:ut Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni.

¶CHRI. Sæuit inops aĩ:Quoniã in mœrore erat nã ut rebus lœtis aĩ extollunt̃:unde ĩure poſſum⁹ dici diuites aĩ:ſic ĩ mœrore deprimunt̃:unde ſumus inopes animi.Vel animi.i.mentis & cõſilii.¶ Totãq; in.per.ur.qd ergo ĩfœlicius ẽ amãte:nã dũ illi aſſunt res fœlices:ita tã anxius ẽ:ut ẽt tuta timeat.Cũ ãt ĩmutãtur:adeo tota mẽte cõcutit̃:ut in maxĩa ꝑturbatiõe cõſtitutus mẽtẽ cõſiliũq; amittat.Et furiis ita agitatur ut obliuiſcat̃ pudoris & modeſtiæ:& publicæ debacchet̃.Thiades autẽ ſacerdotes bacchi dicuntur ab eo qđ ẽ θυειν.i.furere.Sic etiã mænades του μαινομαι ĩſanio & baſſarides & ipſe baſſareus appellat̃ a ueſte uel apelle lyncũ:ſed de hoc ĩ cõmentariis Horatii diximus.¶ Trieterica:ab eo qđ ẽ tris.i.tres & ετος ãnus:nã triẽnalia erãt ſacra Bacchi.¶ Orgia:orgit ſacra ſunt apud græcos:ut apud latĩos cerimoniæ : nã apud Herodotũ orgia de ſacris dianæ ĩuenies.¶ Cythærõ:mõs eſt Thebis ĩminẽs:ĩ quo nocturna ſacra Bacchi colebãtur:q̃ nyctilea dicebãtur:& ip̃e bacchus nyctileus.¶ Cõpellat ultro:Et qa amãtes moræ impatiẽtes ſunt:& qa quo ad poſſet a prĩcipio rẽ ꝑuenire cupiebat:& malo anteq̃ ueniret occurrere.¶ Diſſimulare:oratio omnino pathetica: & ab aĩo eſtuãti quippe q̃ amore indignationeq; ſimul ĩpulſus ꝓficiſcat̃.Et quoniã ĩ deliberatiuo genere ẽ.ꝑmit æneã a turpi:quoniã fidẽ frangat:ingratuſq; ĩ eã ſit a q̃ tãtũ amet̃:& cui ſit futuræ mortis cauſa:ſi eã relĩquat.Auget hãc rẽ:q; relinquat eã petiturus loca ſibi incognita:& cum magno ſuo periculo ſit nauigaturus:cũ in tanto periculo ne in patriã quidẽ nauigare deberet.Quæ oĩa nõ modo neglectũ illius:uerũ etiã crudelitatẽ in eam oſtendere uidentur.Quapropter & a turpi & a damnoſo præmit.¶ Tantum nefas:nã amans nihil maius nefas putat q̃ deſeri.¶ Tacitus.q.d.furtim.¶ Noſter:q̃ſi dicat tã magnus.¶ Data dextera:perfidiæ arguit.¶ Moritura: oſtẽdit quantũ peccet ſi quidẽ ſuæ mortis cauſa futurus ſit.¶ Dido:emphaſim facit in nomine.q.d.ea a qua tot beneficia acceperis.Quin etiam:magnum ſcelus prodere quẽquam.Maius eam quæ de te bene merita ſit.Maxĩmũ prodere cum tuo periculo.¶ Quid ſi non arua.a.Non deberes etiam ſi patriam peteres:& ſine periculo ſic deſerere:quanto minus cũ aliena petas:& cum periculo.¶ Me ne:multa cõplectitur illud me.Me quæ ignotum liberali ſuſcepi hoſpitio.Me quæ tantũ amo. quæ pudicitiam tua cauſa abieci.¶ Per ego has.l.Poſtq̃ uſa eſt cõſtitutione iuridiciali abſoluta quod nefas ſit deſerere quæ tot cauſis mereat amari deſcendit ad conceſſionem per deprecationem:ita tamẽ ut a priore non diſcedat.Nihil aliud:quam ergo meretur ab illo nõ deſeri.¶ Propter: quæ ipſa ſibi nihil reliquit.Nam & cæteros homines:& pudorem:& pudicitiam:& famam propter illum contempſit.¶ Per connubia noſtra: arguit a uoluptuoſo.¶ Te propter li.oſtẽdit quos cõtempſerit propter illũ:& in quæ pericula cadat:ſi ab eo deſeratur.

Fama prior:cui me moribūdā deſeris Hoſpes?
Hoc ſolum nomen quoniam de cōiuge reſtat:
Quid moror? an mea pygmaliō dū menia fra
Deſtruat? aut captā ducat Getulꝰ hiarbas: (ter
Saltem:ſi qua mihi de te ſuſcepta fuiſſet
Ante fugā ſoboles:ſi quis mihi paruulus aula
Luderet Aeneas:qui te tantum ore referret:
Nō equidē omnino capta:aut deſerta uiderer.
Dixerat.ille Iouis monitis immota tenebat
Lumina:& obnixus curam ſub corde ꝑmebat.
Tandē pauca refert:ego te:quæ plurima fādo
Enumerare uales:nunq̄ Regina:negabo
Promeritam:nec me meminiſſe pigebit Eliſæ:
Dū memor ipſe mei:dū ſpūs hos reget artus.
Pro re pauca loq̄r:nec ego hāc abſcōdere furto
Speraui (ne finge) fugam: nec cōiugis unquā
Prætendi tædas:aut hæc in fœdera ueni.
Me ſi fata meis paterentur ducere uitam
Auſpiciis:& ſponte mea componere curas:
Vrbem troianam primum:dulceſq; meorum
Relliquias colerē:& Priami tecta alta māerēt:
Et recidiua manu poſuiſſem Pergama uictis:

¶SER. Fama prior:ꝗ melior fuit ſine dubio.¶ Hoſpes: Aeneas & hoſpes fuerat & maritus:ſed mō maritū ſe negat & hoſpitē cōfitet̃:ut nūc Dido dicit:Cui me deſeris hoſpes:qm̄ hoc ſolū nomē de cōiuge reſtat: hoc ē ſupeſt:alii reſtat ītelligūt reſiſtit.i.cōtrariū tibi ē.nōnulli dicūt hoc ſolū nomē qm̄ ſupeſt ut te cōiugē dicā.Dicitur āt īgēti affectu hos uerſus Virgiliū ꝓnūciaſſe: quū priuati paucis ꝑſentibus recitaret Auguſto:nā recitauit uoce optīa primū:tertiū:& q̄rtū.¶ Saltē:uel hoc.ē āt tractū a captiuis q quū tenerēt ab hoſtibꝰ:dicebāt ſublatis oībus:ſalutē cōcede:hīc p ſynæreſim hic natꝰ ē ſermo:ut ī cōtēptu rerū multarū petituri aliqd ſaltē dicamꝰ.¶ Ante fugā ſoboles:& amatorie:& amare:nā hāc fugā dicit:q̄ ille noīat ꝓfectioné.amor āt ex filii deſiderio cōprobat̃.¶ Siqs mihi:bñ iterat mihi:& ſecūdū ius loquit̃:nā ubi nō eſt iuſtū matrimoniū:liberi matrē ſequunt̃.¶ Qui te tm̄ ore referret:aut ſic dixit q̄ſi amatrix:ut ſupra de Aſcāio:Infādū ſi faller̃ poſſet amorē: aut illud dicit.Optarē filiū ſimilē uultui nō moribus tuis.¶ Iouis monitis:bñ ꝑſcribit:ne ei det īpietatē ſane & hæc mōita dicimꝰ:ut Carmētis nymphæ mōita.& Deus auctor Apollo.& Hos monitus:ut Perſiꝰ: Hos pueris mōitus patres īfūdere lippos.¶ Immota tenebat lumīa:phyſicū.n.ē:ut q̄litatē aī ex oculorū: aut corporis mobilitate oſtēdamꝰ.ergo mō uult oñdere Aeneā a ꝓpoſito nō eſſe deuiaturū.¶ Ego te q̄ pluría fādo:cōtrouerſia ē plena:ī q̄ & purgat obiecta remouēs a ſe crimē īgrati:& uēiali utit̃ ſtatu:ꝓfectionē ſuā retorquēs ī uolūtatē deoꝝ.hēt etiā finē:nā purgat obiectā fugā noīe ꝓfectiōis.¶ Promeritā:ꝑſtitiſſe bñ geſſiſſe:& ē ſermo de his q p ꝯtrariū magis lucēt. Ter.Ita me uelī ames ꝓmerētē pr̃.i.bñ agētē & cōgruit ut ꝑſtet:q bñ agit.ꝯtra alibi:Quid cōmerui aut peccaui pr̃.i.qd male egi.¶ Meminiſſe pigebit eliſæ:mēini & illius rei dicimꝰ:ut hoc loco:& mēini illā rē: ut Nūeros mēini ſi uerba tenerē.¶ Dū memor ipē mei: de futuro dixit & congrue:nā piget ad futuꝝ ſpectat: pudet ad ꝑteritū:& licet pōe una ſit ſignificatio:tñ dicimꝰ piget me illud facere:pudet me feciſſe:unde iterdū ꝑcipue:a Saluſtio ſimul ponunt̃.¶ Pro re pauca loquar:remoto īgrati crimine deſcēdit ad cām.¶ Neq; ego hāc:ꝓfectionē ſubaudi: nā poſteriori nō pōt iūgi:ne ſit cōfeſſio.¶ Prætēdi tædas:ꝓbat nō eē matrimoniū.¶ Aut hæc ī fœdera ueni:aut matrimonii:& iūgēdū ē ſupiori:aut certe ad poſteriora ptinet. & hoc dicit:nō ad hoc ueni ut hic morarer:ſicut & nūc ꝓbat.¶ Me ſi fata meis paterent̃ ducere uitā Auſpiciis:& dixit in prío:Quo me cūq; uocāt terræ:ubi ſignificauit nolle apud carthaginē ꝑpetuo māere:ſed uelle q̄rere ſedes fatis cōceſſas.ergo ueni:cōſenſi:hoc ē nō ad hæc cōſēſi fœdera:ut quū uellē diſcedeř nō liceret.¶ Meis auſpiciis argumētat̃ a neceſſitate: & auſpiciis: iō qa maiores oīa auſpicato gerebāt:ergo auſpiciis dipoſitiōibꝰ.¶ Spōte mea: mō nomē ē:nā & genus & caſum hēt:ſic & mane quū ei caſus & genus adiicitur nomē eſt: ut Dū māe nouum dum gramina canent ſic eſt & forte.alias aduerbia ſunt uerum autem dixit nō ſua ſponte: nam ſupra legimus: Hos cape fatoꝝ comites.itē Diuerſas quærere terras Auguriis agimur diuū.¶ Recidiua:poſt caſum reſtituta.

¶DONA. Ante fugā:nā nō uult honeſtate rē ſi dicat diſceſſū ille Iouis:cōfūdebat̃ pudoř:utpote q īgrati: q fallacis:q fugitiui īfamiā ſubiret ꝯtra īſtitutū ſuū:ſed ſolū Iouē ſibi añ oculos pōebat:ꝙ efficiebat:ut uir alioqn mitis:& hūanus q̄uis moueret̃ officiis:didōis tñ a ꝓpoſito nō diſcederet:recte āt dixit mōitis potiꝰ q̄ iuſſis qa nō ſolū īperiū eū mouebat:ſed ea q̄ īpabat q̄ ad regnū Italicū acqrēdū ptinebāt:& ne carthaginē ſuo īperio inimicā futurā foueret.¶ Nec te re.n.p.palā hēt bñficia accepta:ſed neceſſitate īpulſū:& nō uolūtate:oñdit ſe illi nō obſeq: breuiter āt purgauit q̄ obiiciebant̃:nec multiloquio tp̄s terreret:& īgratitudinis uitiū prío cōfutat:ut ſecundū artē īcipiat a ualidioribus aduerſarioꝝ obiectis.¶ Neq; hāc ab.ſ.probat ꝙ nō fugā ſed nauigationē parauit:quia non uenerat:ut matrimonium conficeret:quod probat quod nullis ſolitis cerimōiis coniugium celebratū ſit.

¶CHRI. Referret te:eēt tibi ſimilis.¶ Ore:forma corpis.¶ Obnixus:afficiebat̃ amoř didōis ſed cū mallet deo .i.rōni potiꝰ q̄ libidini obtēpare obnitebat̃.i.nitebat̃ cōtra libidinis ardores.¶ Premebat:reprimebat qd' ē cōtinētis potuiſq̄ tēperātis:ut freno rōnis coerceret libidīes.¶ Tādē:alternātibꝰ ī eo libidīe & ratiōe & amoř ī Didonē:& iuſſis eoꝝ dubiꝰ erat ī cōſultatiōe. Ego te q̄ oratio ē ī generř deliberatiuo ī cōſtitutiōe iuridiciali aſſūptiua: & ī cōceſſiōe criminis p purgationē.Nā oñdit ſe hoc nō cōſulto facere:Sed reiicit crimē ī neceſſitatē. Neceſſe.n. ē deo obtēperare:ī pricipio ergo cōciliat ſibi fauorē a pſona Didōis cū illā affirmet optīe de ſe meritā eē:itē a pſona ſua.Oſtēdit.n.ſe memorē eē beneficioꝝ:futurūq; diu dū uiuet:nec oŕonē ſumere:ut contra hæc dicat: ſed ut defendat factū.¶ Pro re:pro defenſiōe rei pro.n.aliquādo defenſionē ſignificat:ut ſtabat ꝓ tēplo.Aliquando ante:ut habuit orationē ꝓ roſtris aliquādo uicē:& locū:ut nos:ut etiā ꝓ fratre reſpondeā uehemēter cupimus:

& miſſus:& pro cõſule:eſt etiã tẽporalis:ut proſpicio prouideo:item proſuper ut prominet.item pro ad uel ſecũdũ ut nitat pro uiribus.Eſt ẽt ĩteriectio: ſed tunc circũflectitur:ut pro deum fidem.⁋Me ſi fata.m.p.d.u. diximus in allegoriis Italiam pro ſpeculatione:Carthaginem pro actione:& uita ciuili poni.Ergo niſi fata me ad ſpeculationem uocarent in uita ciuili libentius degerẽ apud meos Troiæ quam carthagine.Sed hæc ibi latius.

Sed nunc Italiam magnã Grynæus Apollo:
Italiam Lyciæ iuſſere capeſſere ſortes:
Hic amor:hæc patria ẽ:ſi te Carthaginis arces
Phœniſſam:libycæq; aſpectus detinet urbis:
Quæ tãdem Auſonia Teucros cõſidere terra
Inuidia eſt:& nos fas extera quærere regna:
Me patris Anchiſæ:quoties humẽtib⁹ umbris
Nox operit terras:quoties aſtra ignea ſurgũt:
Admonet in ſomnis:& turbida terret imago.
Me puer Aſcanius:capitiſq; iniuria cari:
Quẽ regno Heſpiæ fraudo:& fatalib⁹ aruis.
Nũc etiã ĩterpres Diuom Ioue miſſus ab ipſo
(Teſtor utrũq; caput)celeres mãdata p auras
Detulit:ipſe Deum manifeſto in lumine uidi
Intrantem muros:uocemq; his auribus hauſi.
Deſine meq; tuis incendere:teq; querelis
Italiam non ſponte ſequor.
Talia dicentem iandudum auerſa tuetur
Huc:illuc uoluens oculos:totumq; pererrat
Luminibus tacitis:& ſic accenſa profatur(ctor
Nec tibi Diua parẽs:generis nec Dardanus au
Perfide:ſed duris genuit te cautibus horrens

⁋SER. Grinæus apollo:Clazõene ciuitas aſiæ:ũ Hor.Diues agebat clazomenis:Iuxta hãc nem⁹ ẽ grinæũ:ubi Apollo colit.ide ergo nũc epithetõ dedit.licet ĩ delo accepit oraculũ.⁋Lyciæ ſortes:nec hic accepit reſpõſum:ſed ſic dicit lyciæ:hoc ẽ apollieæ.⁋Hic amor hæc pria ẽ:eo ĩqt deſiderio p uolũtatem deoꝝ circa Italiã teneor:quo ſi poſſẽ circa troiã.& ad illud ſpectat qd' dixit:Troia p undoſum peteref claſſibus æquor.⁋Et nos ẽ fas:& nobis fas dicim⁹:ſed hoc loco nõ ẽ iũgẽda elocutio:ne ſit uitiũ:nã legim⁹ Fas mihi graiorũ ſacrata reſoluer iura:ſed hoc dicit fas ẽ ẽt nos extera regna reqrere.⁋Nox opit terras:a ueriſimili iõ tps poſuit.⁋Quoties aſtra:hoc ãt ẽ p unãquãq; nocte.⁋In ſomnis:more ſuo p ĩ ſõniis.⁋Turbida terribilis:qd' & umbræ conuenit:& parentis auctoritati.⁋Me puer aſcani⁹:nõ ipe ſed ei⁹ amor ſcilicet admonet:quẽ lõge repetiit:& ad Aſcaniũ rettulit.& licet excuſet: tũ ſolœcophones ẽ.⁋Interpres diuũ: Hermes. expreſſit uerbũ de uerbo.⁋Ab ipo.i.magno:ut ſupra Ipſe deũ tibi me claro demittit olympo.⁋Vtrũq; caput meũ & tuũ:aut Iouis: aut Mercurii: aut meũ & Aſcanii.⁋Celeres mandata p auras:ſic ſupra Celeris defer mea dicta p auras.⁋Mãifeſto ĩ lumĩe:aut claro: aut ĩ nimbo:cui⁹ maius ẽ lumẽ:ut Lu.Poſtq̃ ſe lumine uero.⁋His aurib⁹ hauſi:pleonaſmos ẽ.hauſi aũt accepi.⁋Sequor:ut Italiã ſeqmur fugientẽ.⁋Iãdudũ: ab initio orationis.⁋Auerſa:irata:ut Diua ſolo fixos oculos auerſa tenebat.⁋Luminibus tacitis:ipſa tacita:ut Tacitũq; obſedit limẽ amatæ p ipſa tacita.ſequitur ãt ĩuectio:q̃ ſemp ſtatu caret.carere aũt ſtatu dicitur quia res:quibus utitur carent ueritatem.⁋Nec tibi diua parens:non eſt ſola in Aeneam uituperatio: ſed etiam in ſe obiurgatio:quia dixerat Credo equidem: nec uana fides genus eſſe deorum:unde nũc dicit:Generis nec dardanus auctor.⁋Perfide: ſic ſupra. Diſſimulare etiam ſperaſti perfide tantum Poſſe nefas:more amantum eum increpat.

⁋DONA. Sed nũc Italiã:facit rẽ ueriſimilẽ:nã nullus ab ocio ad negociũ niſi ĩuitus accedit.⁋Hic amor hæc patria ẽ:Si te cœpit amor nouæ patriæ:nõ ægre feras:q; ego quoq; nouæ patriæ amore capiar.⁋Et nos: quẽadmodũ & te.⁋Aſtra ignea:facit ueriſimile ex ipſo tpe:ĩ quo ſõnus capit.⁋Mãifeſto in lu.cõfirmatio rei ne credat eſſe deceptũ:& interponit iuſiurandũq; utrũq;.ſ.Iouis q miſit:& mercurii qui miſſus ẽ.⁋Deſine:qa cognouiſti iuſtas diſceſſus cauſas.⁋Totumq; perrat:iraſcentis ſignũ:ut cũ totũ nolit uiſũ totũ tamẽ oculis errantibus cernat.⁋Iamdudum:ex quo incepit loqui q̃ ſibi non placerent:qua conſideratione incenſa fuerat.⁋Nec tibi.d.p. ubi uidit illum nõ flecti pcibus uertit ſe ad cõuitia:ut ſaltẽ aĩo ſuo morẽ gerat.Eſt aũt animoꝝ maxĩa cõmutatio Nã cũ amaret dixit genus eſſe deoꝝ.⁋Duris cautibus caucaſus:qa aſper es:& ab humanitate alienus.

⁋CHRI. Grynæus:de hoc ita refert Stra.ĩ freto qd ẽ iter aſiã ac leſbũ ĩſulæ ſũt.Vel.xx.uel ut placet.Timoſtheni quadragita q̃ cõpoſito uocabulo Ecatõneſi geminat.n.uocant ab eo qd ẽ ecatos.i.apollo.& neſos ĩſula: nã p totã hãc orã appollo colit uſq; ĩ tenedũ uocaturq; Smitheus:aut cylleus aut grynæus:alio noĩe:alii dicũt clazomenẽ:q̃ urbs Ioniæ ẽ:oli grynĩã uocatã uicinã colophoni & ĩ his locis fuiſſe oraculũ apollinis grynei idq; idẽ ẽẽ & clariũ.⁋Si te:ſi cũ phœniſſa ſis tamẽ detineris amor carthaginis alieni ſoli nõ ſit ĩuidia nos q̃rere Italiã.⁋Me patris an.argumẽta ſũt q̃ græci appellãt atechna.i.ĩ artificioſa:qa q̃uis artificioſe tractẽtur:tñ nõ ſũt ab arte.Sed natura cauſæ ſecũ illa affert:& nõ oratoris ĩduſtria:& rẽ ueriſimilẽ achronographia facit.⁋Capitis.q.i.c.ĩterptatio.ĩterpraf q̃uo Aſcanius admõeat.i.iniuria q̃ illũ afficit dũ fraudat regno a fatis dato eũ ſtimulat.⁋Interps:nã hermes græce interptẽ ſignificat.⁋Celeres:reſpexit ad naturã planetæ.⁋Deſine:nã & mihi & tibi moleſta es ſine utilitate Oñdit ergo ſe cõmotũ & neceſſitatẽ excuſat.Nã fruſtra conaris pſuadere eũ q nõ ſponte agit.⁋Huc illuc:hæc oĩa ſigna ſũt aĩ ex ira æſtuãtis.Nã ex crebro motu aĩ fit oculoꝝ motus.⁋Nec tibi.d.p.principium ab ruptũ.qd' cõuenit aĩo ex ira pcipit.& amantis ẽ:cũ ardet amore nimiũ laudare:& rẽ amatã diuinã putare unde dixit:credo eqdẽ genus eſſe deoꝝ:& rurſus cũ iraſcit palinodiã canere & cõtraria iis quæ dixerat dicere ut hic. ⁋Nec ti.d.p.Præſertim ẽ hoc fœminæ cõueniẽs q̃ aut amat:aut odit nihilq; habet medium.⁋Perfide: hoc primũ maximumq; iurgium eſt ab amãte:nec ẽ q; magis doleat q̃ ſibi fidẽ nõ ſeruari:& pdi etiã cum non prodatur cõquerit.⁋Duris:uituperatio a natura.Eſt aũt locus ex Home.⁋Caucaſus:ait Stra.altiſſimæ ueri Caucaſi ptes albaniã & iberiã & colchos & heniolchos uerſus:ſũt auſtrales:ſed de his Prolixius ſcrib.Boccatius floreti. Grynæ

¶SER. Cacauſus:mōs ſcythiæ īhoſpitalis.¶ Hyrcanæ tigres:arabicæ:Nā hyrcāia ſilua ē arabiæ. & notādū relictis mediis cōparatiōib⁹ ī eū augmēta feciſſe:nā poſt deos:nō hoīes ſed ſaxa ītulit.¶ Nā qd diſſimulo? taci/tæ q̄ſtioni occurrit:ne qs nimiā eius iracūdiā rephēderet dicēs Aneā poſſe mitigari forſitā pcibus.¶ Miſeratus amātē:miſeratus accuſatiuū regit:ut hoc loco.miſereor genitiuū:ut Miſerere aī nō digna ferentis.¶ Quæ qbus ante ferā:amphibologia ē.qd prius:qd poſterius dicā?¶ Nec maxīa Iuno:aut ī Iunonē male dictū ē:ut eā nō eſſe maximā dicat:ſicut etiā ī Ioué:nā cōuiciū ē:q̄ eū ſaturniū dicat:hoc ē nocētē:aut certe iūgit̄:ut Nec Iuno aſpicit nec Iuppiter.¶ Nuſq̄ tuta fides:hoc ē nec apud rē nec apud hoīem:Ter.Quid credas:aut cui credas:aut de clamauit p cōtrarium:nā oīs fides tuta ē.hic ait tuta nuſq̄.¶ Eiectū:naufragū.Legimus.n.Huc pauci uřis adnauimus oris:& ē ſeparādū.¶ Littore egētē.i.e gen tē littoris:ut Hoſpitio phibemur arenæ.¶ Et regni demēs ī pte locaui:ut Ac dnm æneā ī regna recepit: Quod Hiarbas q̄ritur.¶ Amiſſā claſſem: ſubaudi re nouaui.¶ Heu furiis incēſa feror:quia multa erat in deos locuta.& bona præmittitur excuſatio:Nam nu mina non credere curare mortalia:& ab his non ſpe rare auxilium furoris eſt.Subiūgit enim: Siquid pia numina poſſunt.¶ Nūc lyciæ ſortes:nūc & Ioue miſ ſus ab ipſo.Irriſio honeſta ſatis cum his uerbis fit qui bus laus præceſſit:ut Et nobis idem Alcimedō duo pocula fecit:Necdum illis labra admoui:ſed condita ſeruo.Scimus autem Aeneam ſuperius hæc uerba di xiſſe.¶ Quietos ſollicitat:Cicero ī libris de deorum natura : triplicem de diis dicit eſſe opinionem: deos non eſſe:cuius rei auctor apud athenas exuſtus eſt: eſſe & nihil curare:ut epicurei eſſe & curare ut ſtoici: ſecundum quos paulopoſt:Siquid pia numina poſſunt:nam modo ſecundum epicureos ait Ea cura quietos.

Caucaſus:hyrcanæq; admorūt ubera Tigres:
Nā qd diſſimulo:aut q̄ me ad maiora rſeruo?
Num fletu īgemuit noſtro?nū lumina flexit?
Nū lachrīas uict⁹ dedit?aut miſerat⁹ amātē ē?
Quæ qbus anteferā?iā iam nec maxīa Iuno:
Nec Saturnius hæc oculis pater aſpicit æqs.
Nuſq̄ tuta fides:eiectum:littore egentem
Excepi:& regni demens in parte locaui.
Amiſſam claſſem:ſocioſq; a morte reduxi:
Heu furiis incenſa feror:nunc augur Apollo:
Nunc Lyciæ ſortes:nūc & Ioue miſſus ab ipſo
Interpres diuom fert horrida iuſſa per auras:
Scilicet his Superis labor eſt:ea cura quietos
Sollicitat:neq; te teneo:neq; dicta refello:

¶DONA. Vbera ty.propter quod hominum manſuetudinem neſcis:oſtendit autem per alimoniam lactis mores pueris infundi quod & Cice.placet qui in educatione oratoris iubet præcipuas adhiberi mulieres: cum per obſequia uberum natura ex alia in aliam mutetur.¶ Nū fletu ingemuit noſtro num lumina flexit: oſten/dit non eſſe in ænea quæ in bono uiro eſſe ſolent: Tria autem hæc ſunt per quæ homo miſeratione motus eſſe uidetur:gemitus lachrymæ oculorum flexio.¶ Iuno:quæ uel quia deorum ſit regina uel a ſe colatur pri/ma ulciſci debebat:uel quia inimica eſſet troianis.¶ Amiſſam claſſem:quaſi contra me feci:nam ſine illa naui/gare non poſſet.¶ Reduxi:de claſſe dicamus ſolū reduxi claſſem & de ſociis uero reduxi ſocios a morte.¶ Nūc: quaſi dicat nunc cum uult abire ſed cur non antea:cum opera mea egeret.

Tigris ¶CHRI. Hircanæ tygres:uituperatio ab educatione.Hircani ut placet Solino oſtia oxi fluminis habent gēs ſiluis aſpera in manibuſq; fœta feris fœta tygridibus:qbus īſignes maculis notæ & pernicitas ineſt fuluo nitēt. Hoc fuluum nigrantibus ſegmētis interundatā uarietatē decētem facit nihil tam lōgū quo nō breui penetrēt:
¶CHRI. Hortatur:a uictoria & arguit a facili. Eſt enim facile ſuperare iis qui eius ſocii fuerũt qui ſp ſuperauit:& ſimul eos ſibi beniuolos reddit cũ appellet ſocios hectoreos:& cum oſtendat ſe illos plurimi facere:cum non caſu ſibi ſocios illos ſumpſerit:ſed elegerit etiam eo tempore in quo præter meum hoſtilem & fugiendi cupiditatem tamen nõ quos ſors daret acceperit:ſed ipſe elegerit. Debet ergos eos pudere non uincere:qui & hectorei ſocii fuerint:& a ſe electi. Ergo eodem tempore illos ſibi beniuolos facit: & ne in rem pudendam incidant clanculum monte:& a facili arguit. Deinde a maiori probat hoc illos optime poſſe:q difficiliora & ĩ ſirtib⁹ & ĩ ionio mari potuerĩt ꝓſertim cũ non primas habere ꝑtes ſed fugere extremas contendat. ¶ Quãq̃.o. O aliquando uocantis eſt:ut & procul o miſeri quæ tanta inſa.ci. Aliquando exclamãtis:ut hic:& illud O mihi præteritas referat ſi iup.an. Aliquando optãtis eſt:ut hic uel ſolum ponitur uel cõiungit᷑ huic dictioni ſi:ut Perſi. O ſi ebullat patrui præclarũ funus. Aliquando illi quæ eſt utinã:Ouid. O utinã tũc cũ lacædemona claſ.pe. Obrutus ĩſanis eſſet adulter.a. O. litterã populi italiæ præſertim umbri & thuſci teſte Priſci. non habebant. ¶ Neptunne:apoſtrophem facit:unde eſt pathos & ſimul oſtendit non deſperare uictoriam:quia diffidat illis ſed quia maris deus illam aliis decreuerit. Optima ergo oratio : quæ cum in temporis articulo breuiſſima eſſet:abenda: tamen & beniuolentiam captat:& a facili multis modis arguit : & pudorem incutit:& ſibi q̄ ſua natura paruum uidebatur gratiſſimum oſtendit : & ita de deo querit᷑ q̄ indicat ipſa apoſtrophe ut omnem impietatem effugiat. ¶ Hoc.u.& prohibite enim Res igitur facilis q̄ non ſint extremi:& tamen ipſa & duci deſiderium complebunt:& ignominia euitabunt. ¶ Procumbunt:& breuiter & tamen abſolutiſſime ita deſcribit illorum ſtudium:ut rem non ſolum auribus exponat:ſed ipſis etiam oculis ſubiiciat.

¶SER. Legunt:alii prætereunt:ſed melius legunt:ideſt colligunt. Nam ſequitur Et fractis diſcentem currere remis. ¶Prona:uicina littoribus:unde altum eſt longe poſitum. ¶Columba: ubiq; de his domeſticis columbas Virgilius dicit. Perſius uero ait: Teneroq; columbo Es ſimilis. Nam agreſtes palumbes uocãtur. ¶Exterrita:pennarum concuſſione terrorem ſignificat:ut Timuitq; exterita pennis Ales. non enim pennis timet: ſed timorem indicat. ¶Radit:ſecat:parum aerem. ¶Fruſtra:quis enim ei relicta uictoria ſubueniret. ¶Ipſo ſupereſt in fine:ut & ſpacia & ſi plura ſuperſint tranſeat elapſus prior. ¶Proprium decus:quaſi iam partam uictoriam & honorem ni teneant indignantur. ¶Succeſſus:felicitas. ¶Poſſunt:quia poſſe uidentur:ſperabãt uictoriam ſpectantium opinione:ut Cuncti ſequentem Inſtigant ſtudiis. ¶Palmas utraſq;:diximus ſupra antiquum hoc eſſe. Carpius tamen dicit per naturam uitioſam hanc eſſe elocutionem:ſiue utranq; palmam:ſiue utraſq; palmas dixerimus eſſe in aliquo uſurpationem. ¶Imperium eſt pelagi: in pelago:ut Dii quibus imperium eſt animarum:ideſt in animabus. ¶Lætus uictor:a præcedenti quod ſequitur. ¶Ante aras:de quibus paulopoſt: Pars ſpoliant aras. ¶Voti reus:debitor: unde & uota ſoluentes dicimus abſolutos. ¶Porriciam:exta porriciunt̃: hoc eſt porrigunt̃:niſi forte dicamus etiam fluctibus maris offerri:quod ſi eſt proiiciam:ideſt porro iaciam legendũ eſt. ¶Phorciq;:latine hic phorcus huius phorci dicimus. Nam apud nos græca huius nominis nõ eſt declinatio:ut φορκυς φορκυος quod interdum φορκυν φορκυνος:unde Lucanus in octauo phoraſnidos ora meduſæ protulit. Eſt autem deus marinus. ¶Panopæaq; uirgo:una de nereidibus:quã ideo ſeparatim dixit:ut illas non uirgines intelligamus.

¶CHRI. Trudes:perticæ ſunt:ſic dictæ quia illis naues trudantur. ¶Celeris neq; commouet alas: nã immobilibus alis aerem ſcindit qui uolatus celerior eſt:q̃uis in quo alæ quatiuntur. ¶Sic mneſtheus: ſic imago & repetitio colores rhætorici. ¶Diſcentem: tentantem & experientem:ut ait Marcellus:Nam id agebat quod nuſquam hactenus egerat: experiendo ergo id tẽtabat:& aliquid aſſequebatur:quod prius non notat egeſtas enim ingenioſum faciebat. ¶Mirifice autem uaria hos ludos:ut ex uariatione pariat auditoribus uoluptatẽ:& ſimul oſtendit q̃ uarii q̃q; inexpectati ſint rerum euentus:& ſæpe euenire ut uictores uicti & uicti uictores fortunæ fauore reddantur. Eſt præterea color rhetoricus ſimiliter cadens. ¶Quoniam ſpoliata magiſtro:quaſi dicat ſua ſtultia quia magiſtrum præcipitauerit:accidere ut uincatur. ¶Hi ꝓprium decus: Nullum enim laborem recuſant homines:ſed omnia perferunt ne id quod iam partum eſt amittant. Contra uero ii quibus fortuna fauet ſæpe ſupra uires ſuas multa ſperãt:& poſſunt quia poſſe uidentur. Nam cum ſpectantes ſuaderent eos poſſe uincere:ideo poſſe credebant. ¶Lœtus:quia ero. ¶Voti reus:ideſt quia aſſecutus a uobis id propter quod uotum conceperam ero debitor ipſius uoti:quod mihi læticiam affert. Vnde alibi ut Baccho cereriq;:ſic tibi uota quot annis: Agricolæ faciẽt: damnabis tu quoq; uotis:nam ex pontificio iure uerba ſacris elegit. Reum enim dicunt ſacerdotes illum qui ſuſcepto uoto ſe numinibus obligat. Damnatus qui promiſſa uota iam ſoluit. ¶Porriciam:& non proiiciam

Porricio

& hoc uerbum ſacrorum eſt:ut Veranius ex primo libro. Fabii pictoris executus eſt. Exta porriciunto diis in altaria aram ue focum ue quo exta dari debebũt:nunc pro ara & foco mare accipit:cuius diis ſacrificaturus eſt. Ait Macrobius. ¶Nereidum:nymphæ ſunt Nerei marini dei filiæ:quas ex doride filia oceãi uxore ſua genuit.

Phorc9

Has Heſiodus in theogonia enumerat quinquaginta:ac earum nomina ponit. ¶Phorciq;:phorcus filius fuit Neptunni ex Thooſſa nympha:& imperauit corſicæ & ſardiniæ:& ſecundum Varronem ab athlante uictus bello nauali mari obrutus eſt:& a ſuperſtitibus ſociis diuinos honores meruit.

Ferrataſq; ſudes:& acuta cuſpide contos
Expediunt:fractoſq; legunt in gurgite remos
At lætus Mneſtheus:ſucceſſuq; acrior ipſo
Agmine remorum celeri:uentiſq; uocatis
Prona petit maria:& Pelago decurrit aperto.
Qualis ſpelunca ſubito commota Columba
Cui domus:& dulces latebroſo ĩ pumice nidi:
Fertur ĩ arua uolãs: plauſumq; exterrita pẽnis
Dat tecto ingentem:mox aere lapſa quieto
Radit iter liquidũ:celeres neq; cõmouet alas:
Sic Mneſtheus:ſic ipſa fuga ſecat ultĩa Piſtris
Aequora:ſic illam fert impetus ipſe uolantem.
Et primum in ſcopulo luctantem deſerit alto
Sergeſtum breuibuſq; uadis:fruſtraq; uocãtẽ
Auxilia:& fractis diſcentem currere remis.
Inde Gyan:ipſamq; ingenti mole Chimæram
Cõſequit̃:cædit quoniã ſpoliata magiſtro eſt:
Solus iamq; ipſo ſupereſt in fine Cloanthus:
Quẽ petit:& ſummis annixus uiribus urget.
Tum uero ingeminat clamor: cũctiq; ſequẽtẽ
Inſtigant ſtudiis:reſonat clamoribus Aether.
Hi propriũ decus:& partũ indignant̃ honorẽ
Ni teneant:uitamq; uolunt pro laude paciſci.
Hos ſucceſſus alit:poſſunt:quia poſſe uident̃.
Et fors æquatis cepiſſent præmia roſtris:
Ni palmas ponto tendens utraſq; Cloanthus
Fudiſſetq; preces:Diuoſq; in uota uocaſſet.
Dii q̃bus ĩperiũ Pelagi:quoꝝ æquora curro:
Vobis lætus ego hoc cãdentẽ in littore Taurũ
Conſtituam ante aras uoti reus:extaq; ſalſos
Porriciam in fluctus:& uina liquẽtia fundam:
Dixit:eumq; imis ſub fluctibus audiit omnis
Nereidũ:Phorciq; chorus: Panopæaq; uirgo.

¶SER. Portunꝰ:deꝰ marinꝰ q portubꝰ p̄eſt.& bñ ipulit eũ ipſe iã uicinũ portui.nota ãt ẽ fabula:athamas poſt furorẽ a Iunõe imiſſũ:quũ occiſo learcho Melicertã alteꝝ filiũ cũ Ino uxor̃ ſua pſeq̄ret̃:quũ ſe illi i mar̃ p̃cipitaſ/ ſet: uolũtate.nũinũ i deos uerſi ſt̃.Melicerta i Portunũ:q græce Palæmõ dr̃:nã λιμὴν portꝰ dr̃.uñ palæmõ Ino i matrẽ. Matutã:q̄ græce dr̃ leucothoa.¶Portu ſe ꝯdi.alto.i.uſq; ad iteriora.pueñt. ¶Ex mor̃ ludoꝝ.ſ.p p̃conẽ. ¶Victorẽ:primũ ſubaudi.Nã illi duo uictores ſũt Sergeſti:unde paulopoſt:Quẽ mõ nauali mneſtheus certa/ mine uictor Cõſequit̃.¶Dat ferre:græcũ ẽ duo uerba cõiũgere:ut paulopoſt Donat habere uiro:ſed hoc datur poetis.¶Magnũ talẽtũ:ut diximꝰ breue qddã:ſed magnũ alterꝰ minoris cõparatiõe cũ primũ ſit unũ & maxi

Et pater ipſe manu magna Portunus euntem
Impulit:illa Noto citius:uolucriq; ſagitta
Ad terram fugit:& portu ſe condidit alto.
Tum ſatus Anchiſa:cunctis ex more uocatis
Victorem magna præconis uoce Cloanthum
Declarat:uiridiq; aduelat tẽpora Lauro:
Muneraq; in Naues ternos optare Iuuencos
Vinaq;:& argenti magnũ dat ferre Talẽtum:
Ipſis præcipuos Ductoribus addit honores.
Victori chlamydẽ auratã:quã plurima circũ
Purpura Mæãdro duplici Melibœa cucurrit.
Intextuſq; Puer frondoſa Regius Ida
Veloces iaculo Ceruos:curſuq; fatigat:
Acer anhelanti ſimilis:quem Præpes ab Ida
Sublimem pedibꝰ rapuit Iouis armiger uncis.
Longæui palmas nequiquã ad ſidera tendunt
Cuſtodes:ſæuitq; Canum latratus in auras.
Atqui deinde locum tenuit uirtute ſecundum
Leuibus huic hamis conſertã: auroq; trilicem
Loricam:quã Demoleo detraxerat ipſe
Victor apud rapidum Simoenta ſub Ilio alto:
Donat habere uiro decus:& tutamen in armis.
Vix illam famuli Phegeus:Sagariſq; ferebant
Multiplicem cõnixi humeris:indutus at. olim
Demoleos curſu palantes Troas agebat.
Tertia dona facit geminos ex ære Lebetas:

mũ alioꝝ:ut ſupra diximus.¶Circũ:i pte extrẽa q̄ſi fimbria:ut diximus.¶Meandro duplici:flexuoſo: & hoc dicit erat i chlamyde flexuoſa: & i ſe remeabilis purpura i modũ Mæãdri flũinis cariæ puiciæ.¶Me liboea: p meliboenſis.Eſt aũt theſſaliæ ciuitas Meli/ boea.¶Regiꝰ:Trois regis phrygiæ filiꝰ.¶Fatigat:laꝰ picturæ:q̄ſi gerat & nõ gerere uideat̃.¶Præpes:mõ uolãs.¶Sublimẽ:i altũ.Palmas neq̄q̄ ad ſidera tollũt aut admirãtes:aut icrepãtes deos.¶Virtute:qa ille fa uor̃ uicerat numinũ:uñ & p̃mia dant̃ ꝯgrua illi chla mys deorũ cõtinẽs fabulã:illi lorica.i.uirtutis iſigne. ¶Hamis auroq;: hamis aureis. ¶Simoenta: uenit a noĩatio græco nõ i ις ſed i εις exeunte:ut σιμοεις σι/ μοεντος.¶Sub ilio alto:o breuis fit ſequente uocali. ¶Decꝰ & tutñ: qa triplex & aurea.¶Phegeꝰ ſagariſ/ q; : noĩati dicẽdo addidit laudẽ.¶Curſu pallãtes tro as agebat:ad Aeneæ qui eum uicit pertinet laudem. ¶DONA. Victori chlamydẽ:Laudat chlamydẽ pp honorẽ dantis & meritũ uictoris.Laudat materiam auꝝ.ſ.& purpurã.Laudat artificiũ & ſpeciẽ rei. ¶Le/ uibus:minutis & oi ſubtilitate pfectis.Oſtẽdit illã for tẽ & pulchrã. Deinde accedit tertia laus ab auctore. ¶Decus:pp aurũ.¶Tutñ:pp texturã trilicẽ laudat de moleũ:qa illa armatus agebat hoſtes. Laudat magis æneã:q illũ uicerit ac ſpoliauerit:& portauerit:laudat eum cui donatur:quia & ipſe portare optime poſſet proptereaq; eſſet dignus dono.

¶CHRI. Portunus:Stat.Cur ſũpſerit arcus infelix atamas cur:nõ expauerit ingẽs Ioniũ ſocio caſura Pa/ lœmõe mr̃.Fabula late explicata ẽ apud Ouid.nõ p/ cul athenis ſaxa ſcyrõia ſũt:qa illic ſcyronẽ Theſeus i terfecit.Hinc ſe p̃cipitauit cũ filio:ait Soli. ¶Ternos: in ſingulas naues tres:uel ſingulos i tres naues. ¶Fer/ re:habere ſecũdũ Marcel.¶Chlamydẽ:uiro ægregio cõueniẽs donũ:nã chlamys ueſtis eſt militaris & no/ mẽ græcũ χλαμυσ:ut Teren. de milite glorioſo & Plautus oſtẽdit:Sũt q dicãt ueſtẽ q ſuper alias ueſtes inducitur.Laudat hãc a materia q; ex auro & purpura.Laudat ab artificio qđ in textura illa res uiua uideretur: unde dicit Fatigat ceruos:nã ita intẽtus eſt:ut fatigare uideatur:& anhelãti ſimilis & præpes armiger rapuit:& tendunt palmas:& ſæuit canum latratus:nam hæc omnia geri uidebantur.¶Meliboeia:i theſſalia eſt:unde eſt philoctetes iuxta magneſiam.¶Mæãdro:mæander fluuius ẽ q ex alotrinæ lacu qui eſt in alotrinæ monte mi/ noris aſiæ fluit:& adeo ſinuoſis circũ agitur flexibus:ut nõnũquã in ſuos ortus reddire uideatur.Ouid.Quiq; recuruatis ludit mæandrus in undis:& apameæ primũ irrigat regiõem poſtea hirgaleticos campos & nouiſ/ ſime cariam omnes fertiliſſimo limo fœcũdas effluit i mare icareum aiunt i eo naſci lapidem quẽ per antiphra ſim euphrona uocant:q alicuius pectori alligatus tantam ſubito illi inſaniam cõcitet ut aliquem ex propiquis interficiat.Soli.ſcribit iuxta celenas:quæ deinde apamea dicta eſt uallem aulocrenã & fontem eiuſdem nomi/ nis eſſe:& ex eo fluere.Meandrum q inter carinam Ioniam inſinum exit:qui miletum & prienã diuidit.¶Leui bus:politis:Hic leuigare.i.expolire.¶Trilicem:ex triplici ordine hamorum.ſ.in qua ſinguli hami: ideſt macu læ ternos capiebãt ut ualidior eẽt lorica.Ergo qa aurea:pulchra erat.qa trilix robuſta: ifrangibilis. ¶Demoleo uiro illi forti:& dum laudat loricam laudat Demoleum:ſed magis æneã qui talẽ uirum ſuperauit. ¶Phegeus & ſagaris:Hæc nomina uim habent quaſi dicat ualentes robuſtique ſerui.Ergo connixi humeris:ideſt quãuis ambo humeros ſimul nitendo ſupponerẽt:uix ferebant.Vt ſit ſentẽtia:duo ualentes etiam uehemẽter nitẽdo uix ferebant: At demoleus unus illam indutus troas fugabat & fugatos curſu conſequebatur ita ut & uires in/ auditæ & animus maximus in eo oſtẽderet̃.Qualis igit̃ quãtuſque erat æneas: q talia arma tali uiro detraxe/ rat.Ergo ex hoc fortiſſimus.& quia & precioſa & maxime tuta & propterea quod hoſticum ſumma gloria de traxerat ſibi gratiſſima donabat: liberaliſſimus apparebat.¶Geminos:a numero laus eſt.

Chla/ mys.

Mæan/ der

D

¶SER. Cymbiaq;:pocula in modum cymbæ. ¶ Aſpera ſignis:ἀναγλυφά. ¶ Omnes:qui uicerant ſcilicet. ¶ Punicæis tænis:uittis roſeis:& ſignificat lenniſcatas coronas quæ ſunt de frondibus & diſcoloribus faſciis:& ſicut Varro dicit magni honoris ſunt. Tænis autem modo uittis:alias extremitates uittarum dicit:ut Fit lõge tænia uittæ Arte:ideſt uirtute. ¶ Atq; ordine debilis uno:Sergeſtus ſcilicet & bene ex mutatiõe ſenſuum conquiſiuit ornatum:nã irrideri & ſine honore eſſe hominis eſt:remis carere nauis. ¶ Viæ ĩ aggere:agger ẽ mediæ uiæ eminentia coaggeratis lapidibus ſtrata:unde uiæ aggere dixit. ¶ Aerea : fortis ut Aerea puppis. ¶ Grauis: fortis:ut Grauibus certamina remis. ¶ Tortus: hos tortus:ideſt ſine cauſa tentat inceſſus. ¶ Clauda : ab homine tranſtulit. Cicero mancam ac debilem fore præturam ſuam. ¶ Membra:etiam hoc ab homine tranſtulit. ¶ Vela facit tamen: ανακόλουθον: Nam non præmiſit:quanq̃ remigare non poſſet. ¶ Subit hoſtia:portus ut ſupra diximus:ideo quia exitus flu minum frequenter portus efficiunt. ¶ Promiſſo: aut magno:aut ante promiſſo:ut intelligamus in omnibus ludis illud eſſe ſeruatum. Nemo ex hoc numero mihi nõ donatus abibit:quod etiam in pyctali certamĩe: Victori uelatũ auro uittiſq; Iuuẽcũ. Enſem atq; inſignẽ galeã ſolatia uicto:aut certe ꝓmiſiſſe eũ ĩtelligamus quãdo uidit nauẽ piclitantẽ. ¶ Operũ haud .i.n. perita lanificii. ¶ Creſſa genus:figura græca: ut Qui gen⁹ unde domo. ¶ Pholoe:nomẽ ꝓpriũ. Erat aũt lactãs. Nã ĩfantes lactẽtes dicimus. ¶ Gramineũ: graminoſum. Cice. de haſtis: Bene etiã ne gramineas haſtas. ¶ Collibus undiq; curuis:mutauit:nõ.n. ſilua colles hẽt:ſed eſt ĩ collibus ſilua. Debuit ergo dicere: quẽ colles cingebãt ſiluis. ¶ Mediaq; ĩ ualle thea. media ĩ ualle erat circ⁹ theatri.i. ſpatiũ ſpectaculi & theatri græce dixit ἀπὸ τῆς θεωρίας nõ .n. eſt ſpeciale ſed theatri. ¶ Cõſeſſu mediũ tulit:ordo ẽ:quo ſe Aeneas mediũ tulit cũ multis milib⁹ & extructo cõſeſſu reſedit. ¶ Animos:eorũ ſubaudi. ¶ Mixtiq; ſicani:qđ ps ait Et certare parati. ¶ Viridiq; Iuuẽta:ætates omnes Varro ſic diuidit:ĩfantiã:pueritiã:adoleſcẽtiã:iuuẽtã: ſenectã. Hæ tamẽ ſicut etiam de tẽporibus ſupradiximus ſingulæ trifariã diuidũt: ut ſit pria uiridis:adulta & pceps:hĩc ẽ Et uiridi Iuuenta. Et cruda deo uiridiſq; ſenectus. Itẽ Sal. Sed Mithridates extrema pueritia regnũ ĩgreſſus matre ſua ueneno ĩterfecta. Amore pio pueri:aut genitiuus ẽ:& dicit eũ ob hoc ueniſſe:ne amicũ reliqueret:aut diſtĩguẽdũ p ſe :& erit nominatiuus pluralis:ut pueri non referas ad ætatẽ:ſed ad agonale ſtudiũ:ĩ quo ſunt uirorũ & puerorum ſeparata certamina. Nam ἄνδρες καὶ παῖδες dicuntur:licet confuſio ſit ætatum.

¶DONA. Puniceis tænis: Vittis roſeis. ¶ Plenis uelis:facit contra nauticam conſuetudinem:nam ſubituri portum demittunt uella ſed neceſſitas coegerat:quia carebant remis. ¶ Creſſa genus: plena laus ſeruæ: quæ eſt ab artificio:a genere:& a fœcunditate. Quia ignobilior fuiſſet hic ludus exornat illum deſcriptione:quia ponit uarios caſus.

Cymbiaq; argento perfecta:atq; aſpera ſignis.
Iamq; adeo donati omnes:opibuſq; ſuperbi
Puniceis ibant euincti tempora tæniis:
Cum ſæuo e ſcopuloq; multa uix arte reuulſus
Amiſſis remis:atq; ordine debilis uno
Irriſam ſine honore ratem Sergeſtus agebat:
Qualis ſæpe uiæ depreſus in aggere Serpens
Aerea quẽ obliquũ rota trãſiit:aut grauis ictu
Seminecem liquit ſaxo:lacerumq; Viator:
Nequiq̃ longos fugiens dat corpore tortus
Parte ferox:ardenſq; oculis:& ſibila colla
Arduus attolens:pars uulnere clauda retentat.
Nexantẽ nodis:ſeq; in ſua membra plicantẽ:
Tali remigio nauis ſe tarda mouebat:
Vela facit tamen:& plenis ſubit oſtia uelis:
Sergeſtum Aeneas promiſſo munere donat
Seruatam ob nauem lætus: ſocioſq; reductos:
Olli ſerua datur operũ haud ignara Mineruæ
Creſſa genus Pholoe:geminiq; ſub ubere nati.
Hoc pius Aeneas miſſo certamine tendit
Gramineũ ĩ Cãpũ:quẽ collibus undiq; curuis
Cingebant Siluæ:mediaq; in ualle Theatri
Circus erat:quo ſe multis cum milibus Heros
Conſeſſu medium tulit:extructoq; reſedit.
Hic:qui forte uelint rapido contendere curſu
Inuitat preciis animos:& premia ponit.
Vndiq; conueniunt Teucri:mixtiq; Sicani:
Niſus:& Euryalus primi.
Euryalus forma inſignis:uiridiq; iuuenta:
Niſus amore pio pueri:quos deinde ſecutus
Regius egregia Priami de ſtirpe Diores:

¶CHRI. Argento:a materia. ¶ Aſpera:ab artificio. ¶ Cum ſæuo:Contraria contrariis opponit: Vnde ſpectantibus ex uarietate oritur uoluptas & occultius humanæ conditionis ſortem dolet. ¶ Parte ferox: Nam inſecta quæ noſtrorum temporum philoſophi anuloſa appellant etiam in membris abſciſis uiuunt. ¶ Tali remigio:nam ab eo latere cuius remi fracti erant tarda omnino ab eo cuius integri uelox apparebat. ¶ Donat: erat enim clementis principis fortunæ uulneribus mederi:& ſimul non decebat in ludis quemquam mœſtiſſimũ ſine aliquo ſolatio dimittere. ¶ Quem collibus:eligit locum quem natura pene thearum effecerat. ¶ Prœmia ponit:Nã ut ait Cicero honos alit artes omneſq; accẽduntur ad ſtudia gloria. ¶ Primi undiq; : ueriſimile eſt ad curſum pedeſtrem multos cõueniſſe. Nam & extra periculum eſt curſus:neq; ſomptu opus erat huic certamini. nam alter propter Iuuentam ardens erat ad certamen: Alter amore pio impellebatur ne ſocium uſq̃ deſcereret. ¶ Regius:Non enumerat illo ſecundum ordinem dignitatum:ſed cupiditatum. ¶ Acarnan: Acarnania eſt ab acheloo fluuio ad euenum iuxta ætholiam.

Húc Sali9:ſimul & Patrõ:quorũ alter Acarnã
Alter ab Arcadia Tegeæ de ſanguine gentis:
Tũ duo Trinacrii iuuenes Helym9:Panopeſq;
Aſſueti ſiluis comites ſenioris Aceſtæ.
Multi præterea quos Fama obſcura recondit:
Aeneas quibus in mediis ſic deinde locutus.
Accipite hæc animis:lætaſq; aduertite mentes:
Nemo ex hoc numero mihi nõ dõatus abibit.
Gnoſia bina dabo leuato lucida ferro
Spicula:cælatamq; argento ferre Bipennem
Omnib9 hic erit unus honos:tres pmia primi
Accipient:flauaq; caput nectentur Oliua.
Primus Equũ phaleris inſigné uictor habeto:
Alter Amazoniam pharetrã:plenamq; ſagittis
Threiciis:lato quam circumplectitur auro
Baltheus:& tereti ſubnectit Fibula Gemma.
Tertius Argolica hac Galea contentus abito.
Hæc ubi dicta:locum capiunt:ſignoq; repẽta
Corripiunt ſpatia audito: limenq; relinquunt
Effuſi nimbo ſimiles:ſimul ultima ſignant.
Primus abit:longeq; ante oía corpora Niſus
Emicat:& Ventis:& Fulminis ocyor alis.
Proximus huic longo:ſed ,pximus interuallo
Inſequitur Salius:ſpatio poſt deinde relicto
Tertius euryalus.
Euryalumq; Helym9 ſeqt:quo deíde ſuo ipſo
Ecce uolat:calcemq; terit iam calce Diores
Incũbens humero:ſpatia & ſi plura ſuperſint
Trãſeat elapſus prior:ambiguumq; relinquat.
Iamq; fere ſpatio extremo:feſſiq; ſub ipſum
Finem aduentabant:leui cum ſanguine Niſus.
Labitur infelix:cæſis ut forte iuuencis
Fuſus humi: uirideſq; ſup madefecerat herbas
Hic iuuenis iam uictor ouans ueſtigia preſſo
Haud tenuit titubata ſolo:ſed pronus in ipſo
Concidit immundoq; fimo:ſacroq; cruore.

¶SER. Acarnã:epirota. Acarnania .n.ẽ pars epiri. ¶Tegeæ:ſi deriuatiuũ fuerit de nõ ſequit:ſi tegeæ legerimus nõ ſtat uerſus:niſi addita de ſyllaba:deriuatiuũ ãt ille ídicat locus:Tũ lateri atq; humeris tegeæũ ſubligat enſem.& tegeũ oppidũ ẽ arcadíæ. ¶Quos fama obſcura recõdit:p cõtrariũ illos ſupiores oẽs eſſe nobiles ídicauit. ¶Gnoſia:cretẽſia.Gnoſos ciuitas cretæ:& bene ſicut etiã í nauibus generalia dat & ſpecialia. ¶Leuato: nitido:ut At leuẽ clypeũ ſublatis cornibus io. ¶Primi:aliorũ cõparatiõe.Nã unus eſt primus. ¶Flaua:uiridi:ut ſupra laſpide fulua. ¶Phaleris:equorũ ornamentis:ſermo græcus eſt:qa φαλαρα dicunt græce. ¶Habeto: habeat.tertia pſona ẽ a futuro ĩpatiui : q̃ in hoc mõ núeri ſingularis ſimilis ẽ ſecũdæ. ¶Amazoniã:q̃ſi amazoniá:ut Sacri tripodes. ¶Baltheũ:baltheus:dicit nõ tãtũ quo cingit:ſed etiã a quo arma depẽdẽt. ¶Cõtentus abito:q̃ſi de paruo munere. ¶Corripiunt ſpatia: raptim eũt:ut Corripit æneas exẽplo auiduſq; refringit. ¶Limenq; reliquũt:aut regulã:aut ſignũ de creta factũ:qđ a carceribus fit. ¶Simul ultía ſignãt: ítuẽtur ultima ſpacia auiditate uincendi:ut notat & deſignat oculis:Aut ſignãt ultía.i. cumulorũ ſũmitaté ſignãt ueſtigiis:ut alibi:Vix ſũma ueſtigia ſignat arena. ¶Primus:abit:ſicut de nauibus:poſt generalitatẽ trãſit ad ſpecialitatẽ: & bene qa tribus ſtatuta ſunt p̃mia:qnq; cõmemorat duobus caſuris. ¶Alis:uelocitate:qa tá uẽtos q̃ fulmina fingũt alata poetæ:ut Alitis auſtri. ¶Proximus:huic ſecũdũ hũc locũ: ,pximũ dicimus etiã lõge poſitũ nullo interueniente. ¶Quo deinde ſub ipſo: ideſt poſt ipſum. ¶Calcem calce terit:calcem dicimus:unde terram calcamus: ergo nõ proprie dixit:calcem calce terit.Planta enim calcẽ potuit terere:uñ a parte totũ accipiẽdũ.i. calcẽ pede terebat. ¶Incũbens humero:aut flexo humero:aut currẽtis eſt geſtus. ¶Elapſus prior:ideo labitur:ideſt celeriter currit:ut prior fiat:& ſatis licenter eſt dictum. ¶Ambiguumq; relinquat:minus firmũ ad celeritatem. ¶Sub ipſam finẽ :bis ſubaudi finem: ſub ipſam finem feſſi aduentabant ad finem. ¶Labitur infelix: quia parata uictoria caruit. ¶Cæſis ut forte iuuẽcis: bene rem notã per tranſitum tetigit. Agonalis enim moris fuerat poſt ſacrificia ad certamen uenire. ¶Fuſus humum:ordo eſt ſuperfuſtis. ¶Titubata:participium ſine uerbi origine.non enim dicitur titubor titubaris:liceret quædam neutra ſint quæ tria habent participia præſentis:præteriti:& futuri:ut placẽs:placitus:& placiturus:& prandeo ſimiliter. ¶In ipſo cõcidit:ablatiuum poſuit:non enim dixit in ipſum concidit fimũ:quia nõ ẽ mutatio:nã motũ nõ ſignificat.

¶DONA. Simul ultima ſignant:Deſignabant locum:qui finem curſibus daret.

¶CHRI. Tegæa:penultima correpta urbs ẽ: quã argiui nomen populis:ut ait Strabo.habitandam dederunt:a tegæa aũt fit tegæus tegæa tegæum deriuatiuũ & í penultima ,pducit quia habet diphthongon ut Nemeæ: a qua ẽ nemæus nemæa nemæum. ¶Syluis:Quaſi uenationibus:in quibus curſus exercet. ¶Multi præterea:ſic Ennius in Alexandro Multi alii aduentant paupertas quorũ:obſcurat nomina. ¶Gemma:Vlpianus iuriſconſultus ait inter ſe gemmas & lapillos & Margaritas differre:& gẽmas eſſe pellucidæ materiæ ut ſmaragdi & chryſoliti & huiuſmodi.Lapillos ãt eẽ cõtrarie naturæ:ut Abſiani.Margaritas nec in gemmis nec in lapillis eſſe uult Sabi. ſed hãc differentiã nec ratio nec mos approbare uidet Proximus huic ſed longo proximus ĩteruallo ex Cice.in bruto.Duobus igitur ſummis Craſſo & Antonio.L.Philippus proximus accedebat:ſed longo interuallo tamẽ ,pximus.Sta.a contrario immitatur.Tiodamanta uolunt q cum ipſe arcana deorum partiri & uiſas uni ſociare ſolebat amphiaraus aues tantæq; haud inuidus artis gaudebat dici ſimilem iuxtaq; ſecũdum. ¶Ambiguum: magis placet ut dicamus mente dubium.Nam uix credebat ſe eſſe ſuperatum qui hactenus ſuperaſſet.

¶SER. Oblitus amorũ:amorũ pro amoris:nec ſupradictis congruit:ait enim amore pio pueri: nunc amo/
rum :quia pluraliter non niſi turpitudinem ſignificat.⁋ Spiſſa arena:tenui:q̃to enim qd minutius tanto eſt dẽ
ſius.⁋ Prima tenet:τα πρῶτα.⁋ Fremituq; ſecũdo:bene ſecũdo addit:quia eſt & ira torũ.⁋ Hic: tẽporis aduer/
biũ.Per caueã autẽ plebẽ ſignificat. Nam cauea cõſeſſus eſt populi.⁋ Ora prima patrũ:hoc eſt qd Iu.ait: Oĩbus
ad podium ſpectantibus.⁋ Lachrymæq; decoræ:aut ĩpe etiã fletus habebat aliqd uenuſtatis ortus a gaudio:ut
Ter.Oblachrymo prægaudio:quod & congruit puero propter uictoriã ĩnopinatã: aut certe ad miſerationem
cõmouẽdã contra eũ q ſe aſſerebat eẽ uictorem.⁋ Ve
niens:creſens:ut Hic ſegetes:illic uẽiunt felicius uuæ
uere anni dicũtur in adoleſcẽtibus ſicut in ſinibus re
cedere ora:multa ferũt anni uenientes cõmoda ſecũ:
Multa recedẽtes adimũt.⁋ Certa manẽt pueri: ut ſu/
pra dixim⁹:iõ qa ἄνδρες καὶ παῖδες dicunt.⁋ Me li
ceat:liceat me miſerari:nã nõ me licet : ſed mihi licet
dicimus.⁋ Caſum : alludit a cadẽdo.⁋ Tergũ:muta/
uit more ſuo: nã tergus debuit dicere:cũ tergũ habet
carnis appellationẽ:tergus uero ſit pellis ut terg.d.c.
⁋ Oneroſum:plus ẽ q̃ ſi oneratũ diceret ſicut ſcelera/
tũ & ſceleroſum.⁋ Qui laude:uirtute a ſequẽte quod
præcedit:nã ex uirtute p̃cedẽti ſequit̃ laus.⁋ Fortuna
bene:dolũ ſuũ excuſat.⁋ Optimus olli: aut ei arriſit:
aut illi iuſſit afferri.Sãe cõgrue arma dat iuueni.⁋ Di
dymaonis artes:laus ab artifice:ut Diuinũ opus alci/
medõtis.⁋ Neptuni ſacro danais de poſte:a danais:&
ĩtelligim⁹ hoc ad Aeneã trãſiſſe per Helenũ:ne uidea
tur ex ſacrilegio quæſitum. ⁋ Præſens:fortis: ac ſi di
ceret:ſi adſit quis plenus animi.
¶DONA. Non ille oblitus amorum : propter hãc
cauſam poſuit in ſuperioribus tãtum ĩter illos amo/
rem.⁋ Cauea:iccirco theatrum cauea dicitur q᷑ inclu
ſos continet ſpectatores.
¶CHRI. Amorũ:nõ puto amores in plurali dici
ſolum ĩpudicos.Nã Cice.in lib.de officiis formam q/
dem ipſam & tanq̃ honeſti faciem uides: quæ ſi ocu/
lis decerneretur mirabiles amores:ut ait Plato excita
ret ſapiẽtiæ.⁋ Lubrica:Et quod non poteſt teneri ut
anguilla ẽ:lubricum dicitur:& ſimiliter locus in quo
Lubricus cõſiſtere non poſſumus appellat̃ lubricus:& per tran
ſlationem referimus ad res incorporeas : & dicimus
lubricum id per quod facile labimur in errorem aut
uitium.⁋ Iacuit:ita lapſus eſt:ut pẽitus humi proſtra
retur:nec poſſet ſurger̃.⁋ Plauſu:ſtrepitu & pulſatiõe
cuiuſcũq; rei fit plauſus.i.ſonit⁹ quo alicuius factũ di
Plauſus ctũ ue p̃bamus:id.n.eſt plaudere. Cõtra explodere ẽ:
cum eodẽ ſonitu & pulſu improbamus quod factũ
dictum ue ſit:inde dicimus ẽt explodere apte & cũ ir
Explodere riſione confutare.Cice.in prio officiorũ : qm̃ Ariſto/
nis pyrõis:& Erylli iã pridẽ exploſa ſnĩa ẽ.Fremere ãt
Fremer̃ ẽ cõfuſam ore uocẽ emittere:& qa hoc nõ ſolũ plaudẽ
tis ſed iraſcẽtis quoq; ĩdignãtiſq; ẽ iccirco dixit ſecũdo q̃ſi fauẽte.⁋ Caueæ : Omnẽ locũ ĩ quo feras ĩcludim⁹ ne
Cauea effugiãt ſiue aues ſint ſiue q̃drupedes:ut ſunt urſi & leones caueã appellamus:ẽ ẽt cauea ĩ theatro locus:ubi po/
pulus ſpectat:q̃ diuidit̃ in ſuos cuneos.Caueã poſuit alibi cõſexu caueæ magnis circẽſibus actis : & de cuneis in
Geor.dictũ ẽ.Hi quo pacto ſeſe ĩ theatro hr̃e debeãt optime deſcribit Vitruuius. ⁋ Prĩaq; ora.p.podiũ ĩtelligit ĩ
quo nobiliores ludos ſpectabãt.Hic Iuue.Oĩbus ad podiũ ſpectantibus.De hoc Vitruuius dodii altitudo ab li/
beramẽto pulpiti cũ corona.Supra podiũ columnæ cum capitulis & ſpiris.⁋ Reddi: ueluti rẽ ſibi debitã dari.
Lachrymæq;.d.ſic Sta.ipſe re geſta p̃thenopeus humo uultũq; oculoſq; madẽtes Obruit: acceſſitq; lachryma/
rũ gr̃a formæ. ⁋ Decor̃:Quãta ergo erat pulchritudo:cũ læt⁹ eẽt? ſic & Venerẽ laudauit Triſtior & lachrymis
oculos ſuffuſa nitẽtes.⁋ Veniẽs:creſcẽs:ut hæc ſegetes illic ueniũt fœlicius uuæ.⁋ Gratior:Nã uulgo ſic eueñit:ut
uirtus in pulchritudine corporis ſint maioris præcii:& Ariſtoti. ait pulchritudinem plus omnibus epiſtolis
ad commendationem ualere:& in æthicis nõ eſſe habilem ad fœlicitatem capeſſendam hominem penitus de
formẽ.Recte tamẽ Auguſtinus Aſſerit nõ oportere eſſe gratioſiorẽ uirtutem in uno q̃ in alio corpore.Sed poe
ta nõ quærit quid ſit ſecũdũ uerũ:ſed quid appareat hominibus nõ rectã habẽtibus opinionem . ⁋ Animus p̃/
ſens:Fortis:Nã cõtra iis q metuũt animũ refugere dicimus.Vnde qbus aĩus nõ refugit:ſed p̃ſens eſt fortes ſunt.

Non tamen Euryali non ille oblitus amorum:
Nam ſeſe oppoſuit Salio per lubrica ſurgens.
Ille autem ſpiſſa iacuit reuolutus Arena.
Emicat Euryalus:& munere uictor amici
Prima tenet:plauſuq; uolat: fremituq; ſecũdo.
Poſt helym⁹ ſubit:& nũc tertia palma Diores:
Hic totum caueæ conſeſſum ingentis:& ora
Prima:patrũ magnis Salius clamoribus ĩplet:
Ereptumq; dolo reddi ſibi poſcit honorem:
Tutatur fauor Euryalũ : lachrymæq; decoræ:
Gratior & pulchro ueniens in corpore Virtus
Adiuuat:& magna proclamat uoce Diores.
Qui ſubiit palmæ: fruſtraq; ad premia uenit
Vltima:ſi primi Salio redduntur honores.
Tum pater Aeneas:ueſtra ĩquit munera uobis
Certa manẽt pueri:& palmã mouet ordĩe nẽo.
Me liceat caſum miſerari inſontis amici.
Sic fatus tergum Getuli immane Leonis
Dat Salio:uillis oneroſũ:atq; unguibus aureis.
Hic Niſus:ſi tanta inquit ſunt premia uictis:
Et te lapſorum miſeret:quæ munera Niſo
Digna dabis? primã merui qui laude coronã?
Ni me:quæ Salium:Fortuna inimica tuliſſet:
Et ſimul his dictis faciem oſtentabat:& udo
Turpia mẽbra fimo: riſit pater Optimus olli:
Et Clypeum efferri iuſſit Didymaonis artes:
Neptuni ſacro Danais de poſte refixum:
Hoc iuuenem egregiũ præſtãti mũere donat.
Poſt ubi confecti curſus:& dona peregit:
Nũc ſi cui Virtus:animuſq; in pectore p̃ſens:

¶SER. Velatum:coronatum:auro autem quia ſolent laminas quaſdam habere: ut Et ſtatuam ante aras aurata fronte Iuuencum. ¶ Virum ſe murmure tollit:cum ſuffragio plurimorum. ¶ Solus qui paridem ſolitus contendere contra:ſimile dixit Homerus de Euryalo ad ſepulcrum patrocli in ludo Cæſtuum.

ευρι αλος δοι οιος ανι στατοι σο θεος φος
οσ ποτε θηβας δηλθε δεδουποτος οιδιποδαο
μηκισεος υιος ταλαονιδαο ανακτος
ες ταφον ενθα δε ταυτας ενικα καδμειωνας

& uolunt ſi proprium ſit in dos exire q̃tum ſi appellatiuum in os tamen ταβαρυτονα faciunt in a & in ιν. ut χαρις της χαριτος τιν χαριτα : και χαριν παρις παριδος τον παριδα : και παριν. Multi hoc a poeta uolunt dici:melius tamen uerba ſunt populi: unde Et uirum ſe murmure tollit. Paridem:uero uenit ab eo quod eſt paridis uel paridos. Quod autem legimus Parin creat urbe paterna : uenit απο του παρις:του παριος:τω παρι τον παριν. Sane hic Paris ſecundum troica Neronis fortiſſimus fuit: adeo ut ĩ troia agonali certamine ſuperaret omnes:ipſum etiam Hectorem:qui cum iratus in eum ſtringeret gladium:dixit ſe eſſe germanum:quod allatis crepũdiis probauit:quia habitu ruſtici adhuc latebat. hos autem ludos trãſfert Vir.ad hectoris tumulum:qui ſunt facti:cum ludi funebres celebrarentur cadaueri Hectoris ab Achille occiſi. ¶ Amyci.d.g. Amycus filius Neptuni fuit:& nymphæ Melies: qui a Polluce uictus eſt pyctali certamine. ¶ Bebrycia : ipſa eſt bithynia. Sallu. Igitur ĩtrorſus aſiæ patriã bithynia eſt multis antea nominibus appellata. Ipſa enim eſt & maior phrygia. ¶ Moribundum:morienti ſimilem. ¶ Talis:qualem multitudo loquebatur. ¶ Oſtendit: melius dixiſſet oſtentat. ¶ Alacris:quum acer ubiq; dicat: alacer tamen nõ dicit:licet inde naſcatur. Vitat enim cõfuſionẽ unde utrunq; non uult dicere:Nam alacer nuſq̃:acris nunq̃ dixit. Inde eſt ꝙ Papinius ſupprimit genus: q̃a dubitat. ¶ Si nemo audet: οροσβιαιος:argumentatur ſe omnes uiciſſe:ex eo quod ad certamẽ nullus accedit. ¶ Reddi : q̃ſi debita:promiſſa:quia ait:Victori uelatum auro uittiſq; Iuuencum. ¶ Hic grauis:hic tunc.grauis autẽ ætate uel obiurgatione. ¶ Caſtigat:obiurgat. ¶ Toro: herbæ : uerbum de uerbo. Nam torus a tortis dictus eſt herbis.

¶DONA. Putans:iam ex hoc ſignificat emerſurum alium qui uincat. ¶ Cuncti : ut pro uictore ab omnibus haberi oſtendat & ſimul eſt teſtimonium ſuorum meritorum. ¶ Entelle he.obiurgatio non in furioſa:cui ſit admixta laus. ¶ Fruſtra tãta ne tam patiens:Singula uerba cum pondere pronuncianda. ¶ Fruſtra:ideſt ſine laboris merito.

Adſit:& euinctis attollat brachia palmis.
Sic ait:& geminũ pugnæ proponit honorem:
Victori uelatum auro:uictiſq; Iuuencum:
Enſem:atq; ĩſignẽ Galeam ſolatia uicto.
Nec mora:continuo uaſtis cum uiribus effert
Ora Dares:magnoq; uirum ſe murmure tollit.
Solus qui Paridem ſolitus contendere contra.
Ideq; ad tumulũ quo maxim⁹ occubat hector.
Victorem Buten immani corpore:qui ſe
Bebrycia ueniens Amici de gente ferebat:
Perculit:& fulua moribundũ extendit arena:
Talis prima Dares caput altũ in prælia tollit:
Oſtenditq; humeros latos:alternaq; iactat
Brachia protẽdens:& uerberat ictibus auras.
Quæritur huic alius:nec q̃ſq; ex agmine tãto
Audet adire uirũ:manibuſq; ĩducere Cæſtus.
Ergo alacris:cũctoſq; putans excedere pugna
Aeneæ ſtetit ante pedes:nec plura moratus
Tum leua Taurũ cornu tenet:atq; ita fatur.
Nate Dea:ſi nemo audet ſe credere pugnæ
Quæ finis ſtandi? quo me decet uſq; teneri?
Ducere dona iube.cuncti ſimul ore fremebãt.
Dardanidæ:reddiq; Viro promiſſa iubebant.
Hic grauis Entellum dictis caſtigat Aceſtes:
Proximus ut uiridante Toro cõſederat herbæ.

¶CHRI. Euinctis:erat durum certamen cæſtuum:raroq; ſine cede committebatur. Nam ex ferro erant: & ut habilius faciliuſq; manibus gererentur:pendebant ab illis lora: quibus non ſolum manus : ſed brachia humeroſq; alligabantur:ut etiam remiſſis digitis palmæ tamen hærerent. Cæſtus a cædendo dictus eſt. Cæſtum autem ſine diphthongo cinculum illud ueneris appellabant:quo in legitimis ſolũ nuptiis uteretur. Hinc inceſtum appellamus omnem qui iure non licet concubitum:quaſi ſine ceſtu. ¶ Amici:Bebryciorum rex bebrycia enim bithynia eſt Solinus bithynia in ponti exordio thraciam ab oriente tangit:prius bebrycia: inde migdonia poſtremo a rege Bithynio bithynia dicta:hic aduenis in nemore bebrycio inſidiabatur: & ceſtibus interficiebat. Ergo cum pollux qui illuc cum argonautis acceſſerat ab eodem prouocaretur uicit eum:& interfecit. De hoc Plinius in eodem tractu portus amici eſt bebryciæ rege interfecto clarus:Eius tumulus lauro tegitur quam inſanam uocant:quoniam ſiquid ex ea decerptum manibus referatur iurgia fiunt: donec abiciatur hæc de amico. Butes uero occiſo patre de amico drepanum confugit in ſiciliam:& a lycaſte nobili meretrice ob pulchritudinem adamatus eſt ex eaq; Erycem ſuſtulit. Hæc mulier ob admirabilem formam uenus dicta ab incolis eſt. Quapropter eryx filius Veneris eſt putatus. ¶ Ergo alacris:admonet neminem oportere tantum ſibi arrogare:ut nullum ſibi parem eſſe confidat q̃uis fortiſſimus ſit:ut hic qui leua ſola taurum ualidiſſimum tenere poſſet:oſtendit autem q̃ ſine negocio illum teneret cum etiam quiete eum tenens loqueretur. ¶ Quo me decet uſq;:Quouſq; per temeſim:ideſt uſq; ad ꝙ tempus : & recte hæc impatientia arrogantiam exprimit. ¶ Cuncti dardanidæ:non populi iudicium ſæpe labitur. ¶ Reddi:tanq̃ rem debitam dari:ut & horrenti tunicam non reddere ſeruo.

Cæſtus
Cæſtũ
Inceſt⁹

SER. Fuſtra:ordo eſt tāta ne dona fruſtra tolli ſines tā patiēs? Sane ſciendum hunc ſecundū Iginum: qui de familiis troiāis ſcripſit:unum troiāum fuiſſe:de quo Virgilius mutat hiſtoriā. Nobis deus ille magiſter? nobis nō uacat:ut ibi qui mihi accubantes in cōuiuiis.ſed pro noſter eſt poſitum uitandi omœoteleuton cauſa ne dicat Noſter deus ille magiſter. Ille ſub hæc:aut ſtatim:aut poſt hæc. Sed enim gelidus tardante ſenecta Sanguis hebet:aliud pēdet ex alio:quare hebet? quia gelidus ē:quare gelidus:quia ſenis? Effœtæ: exhauſtæ:& eſt tranſlatio a mulieribus:quas partus debiles reddit:quaſi poſt fœtū. Improbus iſte:improbus:ideſt nimis auidus:q ſine certamine poſtulat præmium. Illa iuuenta:aut magna:aut quæ quondam fuerat. Nec dona moror:nō expecto.hic enim ſenſus tam cū ſuperioribus q̄ cum ſequentibus cōgruit & enim ſupra ait:ſe non præmii cauſa dimicare: ſed gloriæ: & paulopoſt bouem uictor interemit. Immani pōdere:immanis ponderis more ſuo:ut Hamis auroq; trilicem. Quibus: quorum inſtructu. Ferre manum:contendere:Nam utraq; manus armatur. Intēdere brachia tergo:ligare:ut Intenditq; locum ſertis. Animi tātorū:hoc eſt uirorum fortiū:unde addidit: Ante oēs ſtupet ipē dares.Stultū eſt autē ſentire tantorū boum:quum ſeptem dixerit. Lōge: ualde:ut Thyberinaq; lōge:hoſtia.& Sal.Lōge alia mihi mēs eſt patres cōſcripti. Verſat:cōſiderat: ut Sallu. Exercitū uertere. Tū ſenior:ſecūdū Varronē Iunior & ſenior cōparatiui p̄ imiuntiōem : hīc eſt Iam ſenior ſed cruda deo uiridiſq; ſenectus. Additū enim hoc eſt ad exprimendum quid ſit ſenior: Item Ouidius: Inter Iuuenemq; ſenēq;.Et re uera nō cōuenit hunc ſatis ſenem accipi:q & uincere p̄t:& uno ictu taurum occidere.ergo ſenior nō ſatis ſenex: ſicut Iunior non ſatis Iuuenis:intra Iuuenē:ſicut pauperior intra pauperem:hoc autem dicit Varro in libris ad Ciceronē. Cæſtus & arma:endyadin:arma:ideſt cæſtus. Triſtemq; hoc ipſo ī littore pugnā:aut in quo magiſter occiſus ē:aut in triſti littore.i.infœcūdo. Varro.n. dicit ſub eryce mōte eē infœcūdū cāpum fere in tribus iugeribus : in quo eryx & Hercules dimicauerunt. Hæc germanus:germanus ſecūdū Varronē ī libris de gradibus de eadē genitrice natus ē:nō ut multi dicūt de eodē germine:quos ille tātū frēs uocat: ſecūdū quē bene nūc Erycē Veneris & Butæ filiū Aeneæ dicit fuiſſe germanū. Sāguine cernis adhuc fractoq;: nō Herculis q̄ppe uictoris ſed Erycis: quæ infecerat ſe tegendo. Aemula necdum:aduerſa uirtuti.

DONA. Tanta:tam præcioſa tam pulchra ſine gloria uincendi tolli dona patieris.Eſt autem ſententia:quoniam in ſuperioribus ille dixerat:ſi nemo audet uideberis tu etiam timuiſſe.

Entelle Heroum quondam fortiſſime fruſtra:
Tanta ne tam patiens nullo certamine tolli
Dona ſines? ubi nunc Deus nobis ille magiſter
Nequiq̄ memoratus Eryx? ubi fama p̄ omnē
Trinacriam: & ſpolia illa tuis pēdentia tectis?
Ille ſub hæc:non Laudis amor:nec gloria ceſſit
Pulſa metu:ſed enim gelidus tardante ſenecta
Sanguis hebet:frigētq; effœtæ ī corpore uires.
Si mihi quæ quōdā fuerat:quaq; īprobus iſte
Exultat fidens:ſi nunc foret illa iuuenta
Haud equidē p̄cio īductus:pulchroq; Iuuēco
Veniſſem:nec dona moror:ſic deinde locutus
In medium geminos immani pondere Cæſtus
Proiecit:quibus acer Eryx in prælia ſuetus
Ferre manum:duroq; intēdere brachia tergo.
Obſtupuere animi tantorum ingentia ſeptem.
Terga boum Plumbo inſuto : Ferroq; rigebāt
Ante omnes ſtupet ipſe Dares: lōgeq; recuſat.
Magnanimuſq; Anchiſiades:& pōdus: & ipſa
Huc:illuc uinclorū immēſa uolumina uerſat.
Tum ſenior tales referebat pectore uoces:
Quid? ſi qs Cæſtus:ipſius & Herculis arma
Vidiſſet? Triſtemq; hoc ipſo in littore pugnā?
Hæc germanꝰ Eryx quōdā tuꝰ arma gerebat.
Sāguine cernis adhuc:ſparſoq; īfecta cerebro.
His magnū Alciden cōtra ſtetit:his ego ſuetus
Dū melior uires ſanguis dabat:æmula nec dū

CHRI. Fortiſſime fruſtra:nā oīa ægregie geſta ſua ī hoc extremo actu deturpabant̄:ut uideret̄ illa fruſtra feciſſe:& optime eū icitat:& a p̄ceptore quē abuit & a rebus geſtis q̄bus gloriabat̄ & a phama:q̄ oīa oſtēdit eua neſcere:ſi nūc ſic cedat ille āt excuſat ſenectutē:q̄ a natura eſt. Verſat:ad laudem Aeneæ.Nā dū reliq̄ ſtupebāt: ipſe māibus ſine negocio huc & illuc uertebat. Immēſa uolumina:Nā cū eēnt cæſtus immanis pōderis oportebat ab illis eſſe lōgiſſima lora q̄ totū ambiret corpus ut facilius manibus tenerētur. Tales:oſtēdit magnanimā orationē futurā. Pectore:ut ea diceret quæ ſentiret:& nō q̄ fingeret. Cerebro:Hoc membrū frigidū ē & humidum:nam niſi ſic eſſet ex aſſiduis ſuis motibus & iis quæ ſenſibus in ſe recipiunt nimis inflammaretur. Præterea cum ſpiritus in illum duplici arteria calidus a corde proueniat:ex nimio calore nimis confuſas ſuas actiones redderet.Itaq; oportuit ut ſuo ſibi innato frigore ſpiritum temperaret:humidum aūt illud efficit natura:ne motus ipſum deficcent:& ut facile in illum imprimant̄ figuræ uirtutum animalium.Humor autē in hmōi pingue habet ut ſua uiſcoſitate formas commodius retineat:& ut nerui qui ab ipſo ſunt ſua uiſcoſitate facilius per uarias corporis curuaturas flectātur:& extendantur.Triplex in eo eſt ſubſtantia:cartilago:medulla:& uentres.Oportuit.n.eſſe uelamen:q̄ os contineret ubi radices ſunt neruorum:Poſt hoc lacuna eſt in quā uenæ ab epate ſanguinem fundunt ibiq; decoquitur:& de calore remittit:mox a uenis nutrientibus cerebrū ſugitur.Deinde ſunt duæ cartilagines:q̄ cerebrum tangunt Superior durior reſiſtit craneo:& noxia a cerebro arcet:unde propter duritiem & maternam cuſtodiam dura mater dr̄ inferior tenuis crebro adhærēs q̄ extendit̄: & cōtrahitur præſertim in clamore & cantu & dicit̄ pia mater;& ē ligamentū arteriarū & uenarū ad cerebrum

Cerebrum

uenientiū. ¶ Stetit: pugnauit nō ceſſit. ¶ Sāguis melior: iunior: & ſi q̄tuor cōſtemus hūoribus: Sāguiſq̄ calidus atq; humidus eſt: pituita q̄ græce flegma dr̃ frigida atq; humida. Bili q̄ colera dicitur græce: & eſt callida & ſicca: & atra bili: ea .n. ē melancolia: tamē qa ex iis omnibus melior maiorq; pars ſanguis ē & eo maxime alimur. ¶ Capimus ſanguinem: ꝓ tota illa humorū cōpoſitiōe: Nam eius calore atq; humore īualeſcūt nerui: in q̄bus conſiſtit robur corporis & quoniam ſanguis qui uiuatior ualidiorq; fuerat in Iuuenta propter uehementem calorem & deputatū humorem in ſenectute redditur frigidior & amittit de ſucco naturali: uires minuuntur.

Tēporibus geminis canebat ſparſa Senectus.
Sed ſi noſtra Dares hæc Troius arma recuſat:
Idq; Pio ſedet Aeneæ: probat auctor Aceſtes
Aequemus pugnas: Erycis tibi terga remitto.
Solue metus: & tu Troianos exue Cæſtus.
Hæc fatus: duplicē ex humeris reiecit amictū.
Et magnos membroꝝ artus: magna oſſa: lacer(toſq;)
Exuit: atq; īgens media cōſiſtit Arena.
Tū ſatus anchiſa Cæſtus pater extulit æquos:
Et paribus palmas amborum innexuit armis.
Conſtitit in digitos extemplo arrectus uterq;.
Brachiaq; ad ſuperas interritus extulit Auras.
Abduxere retro longe capita ardua ab ictu:
Immiſcētq; manꝰ mānibus: pugnāq; laceſſunt:
Ille pedum melior motu: fretuſq; Iuuenta.
Hic membris: & mole ualēs: ſed tarda tremēti
Genua labāt: uaſtos q̄tit æger anhelitus artus.
Multa uiri nequiq̄ inter ſe uulnera iactant:
Multa cauo lateri ingemināt: & pectore uaſtos
Dant ſonitus: erratq; aures: & tempora circū
Crebra mānus: duro crepitāt ſub uulner̄ malæ.
Stat grauis Entellus: Niſuq; immotus eodem:
Corpore tela modo atq; oculis uigilātibꝰ exit.
Ille uelut celſam oppugnat q molibus Vrbē:
Aut montana ſedet circum caſtella ſub armis:
Nunc hos nūc illos aditus: omnemq; pererrat
Arte locum: & uariis aſſultibus irritus urget:
Oſtendit dextram inſurgens Entellus: & alte
Extulit: ille ictum uenientem a uertice uelox
Præuidit: celeriq; elapſus corpore ceſſit:
Entellus uires in Ventum effudit: & ultro
Ipſe grauis: grauiterq; ad terrā pondere uaſto
Cōcidit: ut quōdā caua cōcidit aut Erymātho:
Aut Ida in magna radicibus eruta Pinus.
Conſurgūt ſtudiis Teucri: & Trinacria pubes:
It clamor Cælo: primuſq; acurrit Aceſtes:
Aequæuūq; ab humo miſerans attolit amicū.
At non tardatus caſu: neq; territus Heros
Acrior ad pugnam redit: & uim ſuſcitat ira:

¶ SER. Geminis: duobus. ¶ Auctor aceſtes: huius certaminis. ſ. ¶ Aequemꝰ pugnas. i. arma: a ſequenti q̄d ꝓcedit. ¶ Tibi: ꝓ te: ut Tibi deſerit heſperus œtā: ¶ Exue: ꝓiice: ſolue. ¶ Duplicē amictū. i. abollā: q̄ duplex ē: ſicut chlamys. Hora. Cōtra quē duplici pāno patiētia uelat. ¶ Cōſtitit: hic diſtinguēdū ꝓꝑ uitiū: ut ſit arrectus in digitos. Eſt autē locus hic totus trāſlatus de Apollonio: partimq; de Homerus. Homerus. αντα Δαναϭχομὲ νωχέρϭὶ ςι βαρηϭυν αμαυφω ϭυνρἒπὲϭον ςυν Δὲ ϭφὶ βαρει αἰ χἒι ρὲς εὺιχφεν Apollo. autem αυτι ηα ναϭχο μενοι ρεθἒον πρoπα ροιθἒ βαρἒιάς χέιρας επάλληλοιϭι μἒνος φἒρον άντιοωντες ¶ Pugnāq; la. ꝓuocāt: potius q̄ gerūt. ¶ Mēbris & mole: endyadis. i. mole mēbroꝝ: ut Molemq; & mōtis. ¶ Genua labāt: ꝓceleuſmaticꝰ ē: quē ut ſupra diximꝰ ſic ſp pōit: ut cogi poſſit ī dactilū: ut Arietat ī portas. ¶ Nequiq̄: Nō ꝓfutura uictoriæ. ¶ Vulnera iactant: ictus. ¶ Tela: ictꝰ. ¶ Exit: uitat: declinat: uñ de Tarchōte. Vim uiribus exit & bis tantū hoc uſus eſt. ¶ Qui mo. ur. amphibolō ē: aut celſā molibꝰ: aut q̄ molibꝰ oppugnabatur. ¶ Sedet. c. ca. tmeſis eſt. i. circumſidet. ¶ Oſtēdit. d. aut fiducia uirtutis ē oſtēdere quo minatur: aut certe ꝓuectus ætatis oſtēdit̄: q̄ .n. ex īprouiſo ferire nō ſinit. ¶ Velox: uelociter: nomē ꝓ aduerbio. ¶ Vltro: econtrario. ille .n. cadere debuerat. ¶ Grauis: grauiter: a ſimilitudine figura. ¶ Caua pinus: bene reſpexit ad ætatē. ¶ Erymātho: erymāthus mōs ē arcadiæ. ¶ Ida in ma. modo nō cretæ: ſed phrygiæ ꝓpter pinus. ¶ Cōſurgunt ſtudiis: in ſtudiis. ¶ Præcipitēq; daren: celerem: ut Præcipites uigilate uiri.

¶ CHRI. Canebat: canities eſt ex defectu naturalis humoris. Oſſa q̄ magna ſunt melius pondus & oē & oēm īpetū īcōmoduq; ꝑferūt. ¶ Lacerti: āt quos ēt toros: muſculoſq; appellamꝰ: carnes ſūt uehemēter neruoſæ & neruoꝝ cartilagīe īuolutæ: q̄bus corpꝰ uelu ti q̄buſdā maculis ītendit̄ & remittit̄: his & aduerſus pōdera cōtra nitimur: & oēs īpetus mouemꝰ quapꝑ q lacertos oſſaq; magna habēt eos fortiores: ualētioreſq; eē cōſtat. ¶ Abduxere. c. nā artis erat nō ſolū ī aduerſariū īferre ictū. Sed ēt ſe ꝓſertim caput cuſtodire ab ictu hoſtili. ¶ Pugnāq; l. i. alter alterū: ad pugnā irritat. ¶ Labāt: uacillāt: qa nerui & ligamēta illius iuncturæ ex defectu ſāguinis īualidiora ſūt. ¶ Aeger: hāc q̄ſi difficilis: nā ꝓꝑ multū motū uehemēter accendit̄ cor: & ī nimio calore opus ē maiore refrigeratiōe: ergo maiorē aeris hauſtū & atrahūt & emittūt pulmones: unde tantus anhelitus difficultatē ꝓbet anhelanti. ¶ Male: antiq̄tas fugiens uaſtioris litteræ ſonū malas & alas ꝓ maxillis & axillis dixerunt. ¶ Exit: uitat ait Ser. ſed ut rē ītelligas nō recedit a ſua oratiōe. Nā ille q dictū uenietē uitare uult: exit eā lineā: ꝑ quā uētu rū uidet telū: & ſic exeūdo uitat. ¶ Oſtēdit: Dextrā erigit: cōſequēs ꝓ antecedēti. Nā q̄d ī altū extollit̄: ab oībus uidet̄. Vel oſtēdit. ſ. ne dolo ſed apto Marte agat: uel denotat tarditatē ſenilē. Vel librat ictū: ut deſtiatū locū aſſequat̄. ¶ Caua: Carie corroſa. ¶ Vi ſuſcitat ira: ſecūdū ꝑipatheticos q aiūt uti ferꝝ cote acutit̄: ſic fortitudo ira.

Robur
Vnde

CSER. Nunc ille ſiniſtra:uacat ille:additum propter metrum. De ipſo enim dicitur: Creber utraq; manu pulſat:uerſatq; dareta. Quam multa.g.n. Hypallage. Nā debuit dicere:q̄ multo nimbo grādo p̄cipitat̄. Verſatq; da. Dares daris:unde darē:& dares daretis:unde dareta: ſicut Chremes chremis & chremetis chremem & chremetem. Infelix:cōſolatio ē:unde nō dicit ībellis:ut fortunæ uideat̄ eē qd' uictus eſt. Dixitq;: uacatq; cā metri.& maluit piſſologiā facere:q̄ uti cōi ſyllaba:q̄ frequēs uitioſa ē. Vnde Terētianus : Nec tanta in metris uenia cōcedit̄ uti. Græci.n.his utunt̄ frequēter. Aſt illū fidi æq̄les:Homerus. φιλοι Δαμφεσαν εταιροι
οιμιν αγον Δι αγωνος εφελκομενοισι ποδεσσι
αιμα παχυ πτυοντα:καρη βαλλον Δετερωσε.

Tum Pudor incendit uires:& conſcia Virtus:
Præcipitemq; Daren ardens agit æquore toto
Nunc dextra ingeminās ictus:nūc ille ſiniſtra
Nec mora:nec reqes:quā multa grādie nimbi.
Culminibus crepitāt:ſic denſis ictibus Heros
Creber utraq; manu pulſat:uerſatq; Dareta.
Tum Pater Aeneas procedere longius iras.
Et ſæuire animis Entellū haud paſſus acerbis:
Sed finem impoſuit pugnæ: feſſumq; Dareta
Eripuit mulcens dictis:ac talia fatur.
Infelix:quæ tanta animum dementia cepit?
Non uires alias:conuerſaq; Numina ſentis?
Cede Deo:dixitq;:& prælia uoce diremit.
Aſt illum fidi æquales genua ægra trahentem:
Iactantemq; utroq; caput: craſſumq; cruorem
Ore reiectantem:mixtoſq; in ſanguine dentes
Ducunt ad naueis:galeamq;:enſemq; uocati
Accipiūt:Palmā Entello:Taurumq; relinqūt.
Hic uictor ſuperans animis: tauroq; ſuperbus
Nate Dea:uoſq; hæc inqt cognoſcite Teucri:
Et mihi quæ fuerint iuuenili in corpore uires:
Et qua ſeruetis reuocatum a morte Dareta.
Dixit & aduerſi contra ſtetit ora Iuuenci:
Qui donum aſtabat pugnæ:duroſq; reducta
Librauit dextra media inter cornua Cæſtus
Arduus:effractoq; illiſit oſſa Cerebro.
Sternitur:exāimiſq; tremēs pcūbit humi Bos:
Ille ſuper taleis effudit pectore uoces.
Hāc tibi Eryx meliorē aīam p morte Daretis
Perſoluo:hic uictor cæſtus:artemq; repono.
Protinus Aeneas celeri certare ſagitta
Inuitat qui forte uelint:& præmia ponit:
Ingentiq; manu Malum de Naue Sereſti

Vtroq;:ī utrāq; p̄tē:& aduerbiū ē. Vocati acci. bene eorū oſtēdit pudorē. erāt p̄terea circa amicū occupati. Cognoſcite.t.hēt rōnē pſonaꝝ:qa uirtutē eius nouerāt ſiculi. Effractoq; illiſit oſſa cerebro:hypallage.fregit oſſa:& illiſit in cerebrū. Humi bos : peſſimus uerſus in monoſyllabum deſinens. Meliorē: aptiorē:Nam animalem hoſtiā dat. Cæſtus artēq; repono:& arma ſe dicit reponere : & arti renunciare protinus:certamen ſagittandi proponit : quē locum ex Homero tranſtulit:ille enim ſic ait.
αυταρο τοξευτησι τιθει ιο εντα σιΔηρον.
Ingentiq; manu:Ingēti multitudine:ille uero inqt.
ιςον Δεςησεν νηος κυανο πρωροιο.
Τηλου επι ψαμμαθοιο.ενΔε τρηρωνα πελειαν.
Ingentiq; manu:ingenti multitudine. Malū:malus arbor ē nauis generis maſculini. Hor. Nec malus celeri ſaucius aphrico:& dictus eſt malus uel qa hēt malos īſtar mali in ſūmitate:uel qa q̄ſi qbuſdā cingit̄ malis ligneis:quoꝝ uolubilitate facili⁹ uela eleuant̄.
CDONA. Infœlix:q audeas cōtra numīa : ē āt optima cōſolatio:cū oſtēdat nō illū ab hoīe ſed a numine uinci. Cede deo:erāt qui putāt entellum deū ab ænea uocari:ſed deū dicit fauens illi numē. Aegra: quibus paulo ante tantopere īuidebat. Caput:Q d' paulo āte in cælū propter ſuperbiā. Palmā taurūq; reliquunt:exprimit quanto cum dolore hæc facerēt.
CCHRI. Tum pudor:ponit Ariſto.quinq; ſpecies fortitudinis:quæ ꝓprie fortitudo nō ſunt:ſed tamen idem operant̄:īter q̄s eſt cū pudore īpellimur:ut forti aīo rē aggrediamur:& hæc ciuilis appellatur. Affertq; auctoritatē ex Home. De Hectore:qui pudore cogebat̄:ne hoſtibus cederet. Dicebat.n. polydamas me primus redarguet:pugnabat ergo potius pudore q̄ recta ratiōe motus. Quap̄p erit teſte ipō Ariſtotele tertia ſpecies non uere fortitudinis. Et conſcia uirtus:Nam cum conſcius ſit qua uirtute hactenus fuerit:non uult ab ea degenerare. Nunc ille : Non uacat ille meo iudicio:ſed potius emphaſim facit : idq; mirum in poeta q̄ ſtrepitu & tumultu:ut ita loquar & uehementi uerborum celeritate uehemētiam huius uiri exprimit. Alias:quā hominis eē cōſueuerit. Mutata in fauorē ſuum. Solaturus.n. conat̄ oſtendere nō ab illo:ſed a dīis eē uictū:ergo cede deo. Iactātē:& reiectantem:Color eſt ſimiliter cadens.
Librate Librauit.q.d.collineauit: proprie dicimus librare rē cum illam ingenio & artificio noſtro ita collocamus ut uel ſua ſponte ſine uinculis ſtet uel cum uolumus & quo uolumus ſuo pondere nullo impellente declinet. Quod florentini dicunt congegnare:ut maxime apparet in inſtrumentis horologii. Dicimus etiam librare: cum id qd' percuſſuri ſumus:ita collineamus ut non niſi propoſitū nobis locum feriat:& dicitur a libra : quoniam maxima ratione ingenii tota res ponderatur:ideſt diligenter præcogitatur. Ergo librauit: ideſt collineauit ut medium inter cornua ferirent. Dicimus etiam librare:cum aliqua moles ita conſtituatur:ut uel pueri manu facile uel quouis inflectatur Nos autem id dicimus bilicare Plinius Quarum in officina turbines ita librati pependerunt:ut puero circum agente tornarentur. Humi bos:male deſinūt uerſus in Monoſyllabis ſed hic de induſtria poſuit ut caſu bouis caſu carminis ante oculos poneret. Meliorem:non excellentiorem. Nam melior eſt anima humana qua rationabilis eſt q̄ ferina quæ caret ratione:ſed aptiorem:ut & Bōa bello cornus.i. apta.

Erigit:& uolucrem traiecto in fune Colũbam:
Quo tendant ferrum malo ſuſpendit ab alto.
Conuenere uiri:deiectamq; ærea ſortem
Accepit Galea:& primus clamore ſecundo
Hyrtacidæ ante oẽs exit locus Hippocoontis:
Quẽ mõ nauali Mneſtheus certamĩe uictor
Conſequit̃:uiridi Mneſtheus euinctus Oliua.
Tertius Eurytion tuus o clariſſime frater
Pandare:q quondam iuſſus cõfundere fœdus
In medios telum torſiſti primus Achiuos:
Extremus:galeaq; ima ſubſedit Aceſtes:
Auſus & ipſe manu iuuenum tẽtare laborem.
Tunc ualidis flexos incuruant uiribus arcus
Pro ſe quiſq; uiri:& depromunt tela pharetris.
Primaq; per cælum neruo ſtridente Sagitta
Hyrtacidæ iuuenis uolucres diuerberat auras:
Et uenit:aduerſiq; infigitur arbore Mali.
Intremuit malus:timuitq; exterrita pennis
Ales:& ingenti ſonuerunt omnia plauſu.
Poſt acer Mneſtheus adducto conſtitit arcu
Alta petens:pariterq; oculos:telumq; tetendit.
Aſt ipſam miſerandus auem contingere ferro
Non ualuit:nodos:& uincula linea rupit:
Quis innexa pedem Malo pendebat ab alto.
Illa Notos:atq; atra uolans in nubila fugit.
Tum rapidus iandudum arcu cõtenta parato
Tela tenens fratrem Eurytion in uota uocauit
Iam uacuo lætam cælo ſpeculatus:& alis
Plaudentem nigra figit ſub nube Columbam.
Decidit exanimis:uitamq; reliquit in aſtris
Aeriis:fixamq; refert delapſa ſagittam.

¶SER. Traiecto:extento:unde tranſenna dicitur extentus funis.Saluſtius: Tranſenna dimiſſum uictoriæ ſimul acrum cum machinato ſtrepitu tonitruum coronam capiti imponebat.Sic Homerus.

λεπτῆ μήρινθο δῆσεν ποδὸς.

¶Quo:in quã:nã ponit aduerbia pro nominibus:ut Genus unde latinum:deiectamq; cerea ſortem:ſicut Home.

νλῆρος δὲν κύνέη χαλνι ρει παλλον ελοντὲς.

¶Clamore ſecundo:ut ſupra dixit:Magnoq; uirum ſe murmure tollit.¶Quem modo:nuper:nã ut ſupra diximus uictor fuit duoꝝ.Vrbanus uero dicit modo prope modum.Pene:nã ſecundus fuit.Alii uictor uoti compos uolũt:ut Rapidiſq; rotis inſiſtere uictor. optauerat enim ne rediret extremus:ut Hoc uincite ciues.¶Clariſſime frater pandare:notiſſime qui fuit Lycaonis filius.Pandarus autem ſecundũ Homerũ certamen Mineruæ perſuaſione ſingulare Menelai ac Paridis:cum in eo eſſet:ut Paris uinceretur iactu teli diremit:quo Menelaũ uulnerauit.¶Iuſſus:a Minerua.¶Subſedit aceſtes: remãſit. nec.n. proferebat̃ ſors:quæ remãſerat ſola:aut certe delituit:unde ſubſeſſores dicuntur:q occiſuri aliquem deliteſcunt:de quo uerbo plenius dicturi ſumus illo uerſu:Deuicta aſia ſubſedit adulter.¶Flexos incuruant: mutatione uſus eſt uerboꝝ:Nã curuos inflectũt debuit dicere. ¶Pro ſe quiſq; uiri:pro q̃litate roboris ſui.¶Diuerberat auras:ſcidit.¶Arbore mali:ſic dixit:ut Luſtrat auentini montẽ.¶Exterrita pennis:timorẽ ſuũ pẽnis ſignificans.Singula.n.animalia habent ſigna:quibus indicant ſuũ timorem:unde & ipſe de lupo:Caudamq; remulcẽs Subiecit pauitantẽ utero.Idẽ de Caco:Turbatumq; oculis.Hominũ.n.timorẽ primi indicant oculi.¶Omnia plauſu:alii pennarũ dicũt:ſed melius eſt fauore ſpectantiũ. Illud eſt.n. incredibile. ¶Adducto arcu telũ tetẽdit:hypallage eſt.Nã adducitur telum:& arcus intenditur. aſt ipſam miſerandus.a.c.f.h.u.Sic Homerus.

ορνιθος μὲν ἀμαρτε.μεγυρὲ γαρ οιτον απῶλλῶ.

¶Miſerãdus:qui perfecta re difficiliore caruit uictoria.Nodos & uincula linea rupit:Home.uero ait.

αυτίνρυ δαπο μήρινθον ταμὲ πίνρος οιςος.

¶Innexa pedem:innexum pedem habens:Illa notos atq; atra uolans in nubila:Homerus ait.

αυταρήορνις αυχὲνα επὲνρὲ μασεν: σὺν δεπτερὰ τυννα λὶ ασθὲν.

¶Tũ:deinde:& eſt aduerbiũ ordinis:Nã tũc tẽporis eſt.¶Arcu cõtenta parato:contento arcu tela tenens parata.¶In uota uocauit:qa Pãdarus q̃ſi heros apud lycios colit̃.Tũ uacuo lætã cælo ſp.&.a.p.ſicut Hom.

ἰψι δυπαι νὲφεῶν ιδὲτο τρηρωνα πελὲιαν.

¶Nigra nube:ideſt alta.Decidit exanimis.Home.

ὠνὺς δὲνμὲλὲ ων θυμος πτατο.

¶Vitamq; reliquit in aſtris:unde abſumpſerat uitã: ut Hinc hominũ:pecudumq; genus:uitæq; uolãtũ. Sane ſciendũ hũc locũ ab Homero eſſe ſumptũ:unde inanis eſt uituperatio Aeneæ:q. ſuſpẽderit auẽ maternã: Nã & res ẽ trãſlata ſimpliciter:& quãcunq; auẽ ſuſpẽdiſſet:in hãc ĩcideret uituperationẽ.Nulla.n.auis caret cõſecratiõe alicuiꝰ dei:qa ſingulæ aues numinibus ſunt cõſecratæ:q̃q̃ Vrbãus dicat matrẽ citius potuiſſẽ placari.

¶DONA. Nihil occurrit dignum quod ſcribatur.

¶CHRI. Pandare:iure in uota uocauit:nam Strabone teſte apud pytiam maximam ex lyciæ ciuitatibus pandarus colitur.Hic Licaonis filius fuit:& emiſſa ſagitta uulnerauit Menelaum congreſſum Paridi.¶Depromunt:promere eſt rem reconditam ita educere:ut ad manum parata ſit:Vnde promptum paratum dicimus. Promere
¶Neruo:chorda quæ ex neruis quandoq; fit.¶Volucres:quæ tactum celerrime effugiunt.¶Arbore mali:in malo qui arbor dicitur.¶Intremuit malus:ſuo ordine ponit primo mali tremorem:ideſt tremulam concuſſionem:& ex ea re timorem auis atq; ex iis duobus plauſus ſpectantium.¶Acer:acuto ingenio.¶Conſtitit: nã dum ita tendimus arcum:ut nulla ſit manuum uacillatio:certiſſimus ictus eſt.¶Oculos & telum:ſic enim collineamus ſagittas:ut oculo per lineam illam quæ ad ſignum fert ſagittam dirigamus.

Amiſſa ſolus palma ſuperabat Aceſtes:
Q ui tamen æthereas telum cōtorſit in Auras
Oſtentans artem pariterq;:arcumq; ſonātem:
Hinc oculis ſubito obiicitur:magnoq; futurꝝ
Augurio monſtrum:docuit poſt exitus ingés:
Seraq; terrifici cecinerunt omina Vates:
Nanq; uolans liquidis in nubibus arſit arūdo:
Signauitq; uiam flammis:tenueiſq; receſſit
Conſumpta in Ventos:Cælo ceu ſæpe refixa
Tranſcurrūt:crinemq; uolantia Sidera ducūt.
Attonitis hæſere animis:ſuperoſq; precati
Trinacrii:Teucriq; uiri:nec maximus omen
Abnuit Aeneas:ſed lætum amplexus Aceſtem
Muneribus cumulat magnis:ac talia fatur.
Sume pater:nā te uoluit rex magnus Olympi
Talibus auſpiciis exortem ducere honorem.
Ipſius Anchiſæ longæui hoc munus habebis:
Cratera impreſſum ſignis:quē Thracius olim
Anchiſæ genitori in magno munere Ciſſeus
Ferre ſui dederat monumētū:& pign⁹ amoris.
Sic fatus:cingit uiridanti tempora lauro:
Et primū añ omneis uictorē appellat Aceſtē:
Nec bonus Eurytion prælato inuidit honori
Q uamuis ſolus autem cælo deiecit ab alto.
Proximus ingreditur donis:q uincula rupit:
Extremus uolucri qui fixit arundine Malum.
At pater Aeneas nondū certamine miſſo
Cuſtodem ad ſeſe:comitemq; impubis Iuli
Epitiden uocat:& fidam ſic fatur ad aurem:
Vade age:& Aſcanio:ſi iam puerile paratum
Agmē habet ſecum:curſuſq; inſtruxit Equorꝝ
Ducat Auo turmas:& ſeſe oſtendat in armis.
Sic ait:ipſe omnem longo decedere Circo
Infuſum populū:& cāpos iubet eſſe patenteis.

¶SER. Artemq; pariterq; arcumq; ſonantem:culpat in hoc Virgi. uirgilio maſtix. Artem enim in uacuo aere oſtendere nō poterat:q̄q̄ dicant periti poſſe ex ipſo ſagittariorum geſtu artis peritiam indicari. ¶ Obiicit: ſuperius de his particulis ſecundū Iubam tractauimus. Sed dicūt monoſyllabarū ratione:uel ꝓduci uel corripi. Sane ſciendum naturā eſſe ut breues ſint:Euphoniæ uel Iubæ ratione:ut in cōpoſitione producantur. ſi tamen i ſequet̃:quæ licet nō ſit conſonans:poteſt tamen in declinatione pro conſonante haberi:ut obiicit obiecit ſubiicit ſubiecit. ¶ Augurio:monſtrum augurium dictum quaſi auigerium:q̃ aues gerunt:& bene de ſagitta dixit augurium:quæ habet pennas:quanq̄ omnia ad unum congeſſerit locum mōſtrum:augurium: auſpicium:oraculum. ¶ Sera:grauia. Saluſtius: Serꝝ bellū in anguſtiis futurū:ideſt graue:& quod improbant uates: Aeneas amplectitur deceptus augurii ſimilitudine:quod apud troiam probauerat pater:ut Stella facem ducens. ¶ Liquidis in nubibus:nubes ꝓ aere poſuit. Nubes enim liquidæ eſſe non poſſunt. ¶ Ceu ſæpe refixa:poetice dixit ſecundū publicā opinionem. Nam ſecundū Lucretium uētus altiora petens æthereū ignem ſecum torquet:q imitat̃ ſtellas cadētes. ¶ Attonitis animis:ſtupefactis per tonitrua: quæ cæleſtibus ignibus ſemper cohærent. ¶ Omen abnuit æneas:amplexus eſt:& ꝓbauit nō ſecundū augurum diſciplinā dixit ad ſe non pertinere: Nam noſtri arbitrii eſt uiſa omina uel improbare:uel recipere. ¶ Sume pater:percipe. Nam uerbū eſt iuriſconſultorum:quo utuntur quotiens legatū nō ab hærede datur:ſed ex accipientis arbitrio. ¶ Exortem:ſine forte:αϰληρον. ¶ Anchiſæ munus: qđ Ciſſeus rex thraciæ:ſecundū Virgi. pater Hecubæ: ut Ciſſeis regina parin creat: Anchiſæ aliquādo donauerat. ¶ Impreſſum ſignis:impreſſa ſigna habentē:ideſt emblemata. ¶ Primū ante omnes:unū uacat. ¶ Proximus: ponit Eurytionem. ¶ Donis:ad dona. ¶ Extremus:oſtēdit hos ſua munera percepiſſe: Aceſtē uero ſumpſiſſe præcipua. ¶ Nondum certamine miſſo: de peractis nunc loquitur Virgi. rebus: unde debuit dicere uocauit:& fatus eſt. Ergo aut tempus eſt pro tēpore: aut ſic refertur:ut uideatur non de præterito loqui: ſed actū præſentis temporis ponere & referre. ¶ Cuſtodem ad ſeſe:ſecūdū Tullium qui dicit ad militiā euntibus dari ſolitos eſſe cuſtodes:q̄bus primo anno regantur:unde ait de Palāte:Sub te tolerare magiſtro Militiā & graue martis opus. ¶ Impubis Iuli: ab eo qđ eſt hic pubis:nā quod ait Salu. Puberes oēs interfici iubet:uenit ab eo quod ē puber. & ſunt iſta cōmunis generis:ſi referantur ad ſingulos. multitudo autem ſi dicatur:generis tantū fœminini eſt hæc pubes. ¶ Fatur ad aurē:ſequitur & dic ait: unde ſicut & in tertio dixius unū uacet neceſſe ē. ¶ Cāpos iubet eē patētis:diſceſſu populi. ſ. iubet fieri cāpos patētes.

¶CHRI. Superabat:ſuperat & neutrum in hac ſignificatione eſt. Quando autem trāſit uincere ſignificat. ¶ Docuit poſt exitus:nam oſtendit illud infœlix fuiſſe quod fœlix eſſe æneas putauit:& per tranſitum oſtendit poeta q̄ difficile futura auguriis mūſtris ue coniectari poſſumus:cum ſæpe etiam prudētiſſimi uiri fallantur:ut in hoc loco æneas qui putauit fœlicia portendi cum infœlicia portenderentur. ¶ Sydera refixa:nam cum affixa cœlo ſint ſydera refigi putantur ab imperitis ſecundum quos nunc poeta loquitur. Illi enim credunt uapores ignitos qui ſæpe per aerem feruntur ſtellas eſſe e cœlo cadentes: unde etiam Ouidi. Quæ ſi non cecidit potuit cecidiſſe uideri. Si autem quod etiam puerile cogitatu eſt caderet: terrā uniuerſam tegeret:cum ſingulæ ſtellæ magnitudine terram ſuperent. ¶ Crinem:idem eſt quod dixit ſignauit uiam flammis. ¶ Exortem:qui tibi eſſet propius neq; eum cum aliis ſortireris. ¶ Et primū ante omnes:poſſunt eſſe duo: ut primum referatur ad tempus primum:ideſt q̄ primum & ſtatim ut res ſtatim facta ſint & ante omnes ad ordinem. ¶ Infuſum:confuſe & nullo ordine ingeſtum.

¶SER. Incedũt pueri:aut poetica licentia confundit ætates:ut modo pueros:modo iuuenes dicat. Nam ait una acies iuuenum:aut certe ſecundum quoſdam ſequenti diſtinctione mutata magiſtros pueros dicit. Sequẽtes uero maturioris ætatis. ¶ Quos omnis euntis:quos euntes omnis turba fremit:idem cum fauore proſequ/tur. ¶ Tonſa coma:ideſt compoſita. ¶ Preſſa corona:ideſt galea:& ſermõe Homeri uſus eſt:nam galeam ςεφα/νον dixit. Nam proprie comæ non tonſi capilli:& re uera corona non poteſt eſſe:quum ſequatur:Galeam ante pedes proiecit inanem. alii dicunt potuiſſe eos habere galeas coronatas. Bebius tamen Macer dicit a Cæſare Auguſto pueris qui luſerunt troiam donatas eſſe galeas:& bina haſtilia:ad quod Virgilius cõſtat alludere. ¶ It pectore ſummo:ſic legẽdum eſt ne ſit ſolœciſ/mus:& rei inanimali dedit motum dicendo it. Summum autem pectus ait pectoris & colli confinium. ¶ Treis equitum numero turmæ:rem romanæ militiæ ſuo inſerit carmini. Nam conſtat primo tres fuiſ/ſe partes populi romani:una tatienſium a Tito Tatio duce ſabinorum iam amico poſt fœdera:altera ram/netum a Romulo. tertiam lucerum:quorum ſecundum Liuium & nomen & cauſa in occulto ſunt. Varro tamen dicit Romulum dimicantem contra Titũ tatium a lucumonibus:hoc eſt thuſcis auxilia poſtu/laſſe:unde quidam uenit cum exercitu:cui recepto iã Tatio pars urbis eſt data:unde in urbe thuſcus dictus eſt uicus. Horatius: Ac thuſci turba impia uici. ergo a Lucumone luceres dicti ſunt:ergo in tres partes diuiſus erat populus:adeo ut qui etiam uni præerat par/ti tribunus dicebatur:unde etiam ſumptus dati: po/pulo tributa nominant. ¶ Terni ductores:more ſuo: hoc eſt tres. ¶ Ductores pueri:hic quidam diſtingũt ut diximus ſupra. ¶ Paribuſq; magiſtris: & hoc allu/dit:nam hodieq; equitum magiſtri dicuntur. ¶ Politæ progenies: illum dicit quem ſupra a Pyrrho itro/ducit occiſum. de quo Cato in originibus dicit: ꝙ ad Italiam uenerit:& ſegregatus ab Aenea cõdiderit op/pidum politorium a ſuo nomine. ¶ Quem thracius albis:quum tres dixerit duces duorum equos com/memorat. Sed aut prætermiſit: qui ut cõſequeretur neceſſe erat:nec enim unus pedes eſſe poterat:aut illo reddidit loco: ut Cætera pubes ſenioris aceſtæ Fert̃ equis:quãq̃ multi diſtinctione mutata tres equos cõmemorant:ut ſit plane primus equus bicolor maculis:& de alio dicat. ¶ Veſtigia primi alba pedis: ideſt primorum pedum ueſtigia:& frontem albam oſtendat alter. ¶ Genus unde atyi duxere latini: propter Actiam dixit matrẽ Auguſti:de qua dicit Antonius: Actia Latini mater. Vult enim eius etiam maternũ genus eſſe antiquiſſimum. ¶ Extremus: quãtum ad numerum ſpectat. ¶ Cætera trinacriis: cætera pubes equis Aceſtæ fertur. ¶ Pauidos:gloriæ cupiditate ſollicitos:ut Corda pauor pulſãs. ¶ Flagello:uirga:quæ ſonat in morem flagelli. ¶ Choris:aciebus. ¶ Vocati: ictu uirgæ. ¶ Et nunc terga nudant:tria quæ in bellis geruntur commemorat:fugam:pugnam:pacem.

¶CHRI. Ante ora parentum:quæ res magnam illis uoluptatem præbebat. ¶ Frenates: nam & in in/frenes aliquando in bello adhibebant. ¶ Lucent:pro/pter arma: & nihil memorat quod horrorem ab armis afferat:ut ĩ bello ſolet ſed oĩa oſtẽdit uoluptuoſa: qualia in ludis eẽ decebat. ¶ Mirata fremit:nam illorum ĩdoles ſpẽ futuræ fortitudinis afferebat. ¶ Priamus filius fuit polite quem in conſpectu patris a Pyrrho Cæſum ſcripſit poeta quamuis Cato illum in italiam ueniſſe: & politorium urbem condidiſſe dicat. Alii dicunt priamum ædificaſſe: & illam a patre denomi/naſſe. ¶ Gaudent tuentes Dardanidæ: fit enim natura: ut puerili ætate in qua aliqua ſit indoles: gaudea/

Incedunt Pueri:pariterq; ante ora parentum
Frenatis lucent in Equis:quos omnis eunteis
Trinacriæ mirata fremit:Troiæq; iuuentus:
Omnibus ĩ morem tonſa coma preſſa corona:
Cornea bina ferunt ꝑfixa haſtilia ferro:
Pars leues hũero pharetras:& pectore ſummo
Flexilis obtorti per collum it circulus auri.
Treis equitũ numero Turmæ: terniq; uagant̃
Ductores:pueri biſſeni quenq; ſecuti.
Agmine partito fulgent:paribuſq; magiſtris:
Vna acies iuuenum:ducit quã paruus ouãtem
Nomen aui referens Priamus:tua clara Polite
Progenies:auctura italos:quẽ Thracius albis
Portat Equus bicolor maculis:ueſtigia primi
Alba pedis:frontemq; oſtentãs arduus albam:
Alter Atys:genus unde Atyi duxere Latini.
Paruus Atys:pueroq; puer dilectus Iulo:
Extremus:formaq; ante omneis pulcher Iulus
Sidonio eſt inuectus equo: quẽ candida Dido
Eſſe ſui dederat monumẽtũ:& pignus amoris:
Cætera Trinacrii pubes ſenioris Aceſtæ
Fertur equis.
Excipiunt plauſu pauidos: gaudentq; tuentes
Dardanidæ:ueterumq; agnoſcunt ora parentũ
Poſtq̃ omnẽ læti conſeſſum: oculoſq; ſuorum
Luſtrauere in equis:ſignum clamore paratis
Epitides longe dedit:inſonuitq; flagello.
Olli diſcurrere pares:atq; agmina terni
Diductis ſoluere choris:rurſuſq; uocati
Conuertere uias:infeſtaq; tela tulere:
Inde alios ineunt curſus:alioſq; recurſus.
Aduerſis ſpatiis:alternoſq; orbibus orbes
Impediũt:pugnæq; cient ſimulacra ſub armis.
Et nunc terga fugæ nudant:nũc ſpicula uertũt
Infenſi:facta pariter nunc pace feruntur.

mus & ipſa ſimilitudine formæ paternæ illos a moribus ipſorum nō degeneraturos putamus. ¶ Choris: maluit q̄ acie dicere quia ludus & non hoſtile certamen erat.

Vt quondam Creta fertur Labyrinthus in alta
Parietibus textum cæcis iter: ancipitemqꝫ
Mille uiis habuiſſe dolum: qua ſigna ſequendi
Falleret indeprenſus: & irremeabilis error.
Haud aliter Teucrum nati ueſtigia curſu
Impediunt: Texuntqꝫ fugas: & prælia ludo
Delphinū ſimiles: q per maria humida nando
Carpathiū: Libycūqꝫ ſecāt: luduntqꝫ ꝑ undas.
Hūc morē: hos curſus: atqꝫ hæc certamia prius
Aſcanius longam muris cum cingeret Albam
Rettulit: & Priſcos docuit celebrare Latinos:
Quo puer ipſe modo ſecū: quo Troia pubes
Albani docuere ſuos: hinc maxima porro
Accepit Roma: & patrium ſeruauit honorem.
Troiaqꝫ nunc pueri Troianū dicitur Agmen.
Hac celebrata tenus ſancto certamina Patri.

SER. Labyrinthus: locus apud cretam factus a Dædalo perplexis parietibus: ubi minotaurus incluſus eſt ex paſiphae & tauro genitus. ¶ Parietibus textum cæcis iter: hypallage eſt cæcum iter intextis parietibus. ¶ Ancipitem: dolum: perplexum errorem eundi ac redeundi. ¶ Frangeret: deciperet: falleret. Eſt autem uerſus Catulli ſic inquientis: Errabunda regens tenui ueſtigia filo Ne labyrintheis e flexibus egredientem Tecti fruſtaretur inobſeruabilis error. ¶ Impediunt: implicant: intexunt: quod eſt a ueſtibus tractum. ¶ Delphinum: aut uenit ab eo quod eſt delphin delphinis a delphine: aut delphinum pro delphinorum poſuit a delphinus delphini. ¶ Maria humida: Homerus υγρα κελευθα. ¶ Carpathium mare: inter ægyptum & rhodum ab inſula carpatho illic poſita. Nec mirandum duas eum poſuiſſe comparationes: quum & in ſecundo hoc fecerit: ut In ſegetem ueluti cum flamma furentibus auſtris Incidit: aut rapido montano gurgite torrens: & in Georgicis tres ponat comparationes: Frigidus: ut quondam ſiluis immurmurat auſter: Vt mare ſollicitum ſtridet refluentibus undis: Aeſtuat ut clauſis rapidus fornacibus ignis. ¶ Primus aſcanius: generis ordinem docet: ut in primo diximus. ¶ Rettulit: innouauit quod iam fecerat. ¶ Priſcos latinos: qui tenuerant loca: ubi alba eſt condita. ¶ Porro: poſt longum interuallum & eſt aduerbium temporis: eſt autem græcum πορρω. ¶ Troiaqꝫ nunc pueri: ut ait Suetonius Tranquillus ludus ipſe: quem uulgo pyrrhicam appellant troia uocatur: cuius expreſſit originem in libro de puerorum luſibus. ¶ Hac celebrata tenus: tmeſis eſt hactenus. & hic ſermo quantum ad artem ſpectat duas continet partes orationis ut hac pronomen ſit: tenus præpoſitio: ſicut pube tenus: & crurum tenus: ſed iam uſus obtinuit: ut pro una parte habeatur: ergo aduerbium eſt. Omnis enim pars orationis quum deſierit eſſe quod eſt: in aduerbium migrat: & eſt temporis. Nam hucuſqꝫ ſignificat.

CHRI. Labyrinthus: hoc ædificii genus portentoſiſſimum iure appellat: Plinius. Eſt enim ingentiſſimi diſpendii & nulli uſui neceſſarium. Ponit autem quatuor fuiſſe: primum in heracleo polite: quem Herodotus duodecimo regum qui ægypto ſimul imperarunt opus fuiſſe refert: & tria milia habitacula habuiſſe: mille quingenta ſupra terram & totidem ſubterranea. Demoteles regiam mocherudis fuiſſe dicit: lycias ſepulchrū meridis plures: Soli ſacrum eſſe extructum: Hinc Dædalus exemplar in eo quem in creta ædificauit ſumpſit: ſed illius centeſimam partem imitatus eſt: quæ itinerum ambages occurſuſqꝫ ac recurſus inexplicabiles continet crebris foribus inditis: ad fallendum occurſus redeundumqꝫ in errores eoſdem. Tertius fuit in lemno ſimilis illis columnis tantum centum quinquaginta memorabilior: Quarum in officina turbines ita librati pependerunt: ut puero circum agente tornarentur. Quartum Porſena cluſii rex ſibi fecit ſepulchri cauſa ſub urbe cluſio. de quo Varro ſepultus eſt ſub urbe cluſio: in quo loco monumentum reliquit lapide quadrato: ſingula latera pedum lata tricenum. Alta quinquagenum in quæ baſis quadrata intus labyrinthum inextricabilem: quo ſi quis properet ſine globo lini exitum inuenire nequeat Supra ad quadratum pyramides quinqꝫ ſunt: quatuor in angulis in medio una in imo latæ pedum ſeptuagenum quinum altæ centum quinquagenum ita faſtigiatæ: ut in ſummo orbis æneus & pegaſus unus omnibus ſit impoſitis ex quo pendeant excepta catenis tintinabula: quæ uento agitata longe reſonant: ſupra quem orbem aliæ quatuor Pyramides extant alte pedes centenum: ſupra quas uno ſolo quinqꝫ pyramides quarum altitudinem Varronem puduit ponere. Fabulæ etruſcæ eandem dicunt: quam totius operis Diodorus ſiculus: ſcribit de labyrintho ægyptio eſſe: qui illum a Mena rege ædificatum uelint: eſſe itide alios qui a Menditæ: alios qui a Barrone poſitū referant. ¶ Ancipitem dolum: errorem ex ambiguitate. ¶ Indeprenſus: pro indeprehenſibilis. ¶ Texunt fugas: ita fugiunt ita inexplicabiles connectendo curſus reddant. ¶ Delphinum: delphinus delphini & delphin delphinis. Velociſſimus omnium animalium delphinus eſt ocior uolucre: acrior telo. Tardatur tamen in feriendo quia non niſi reſupinus atqꝫ inuerſus ferire poteſt: quoniam multum infra roſtrum os illi e medio pene in uentre cum diutius ſpiritum continuerit: ueluti arcu emiſſus ad reſpirandum emicat. Parit catulos decem: nutrit uberibus. Fœtus infantia infirmos geſtat. Adultos diu comitatur. Viuit triginta annis Lingua illi contra naturam aquatilium mobilis & ſuillæ ſimilis. Pro uoce gemitus humano ſimilis. Dorſum repandum: Roſtrum ſimum: Qua de cauſa nomen ſymonis miro modo agnoſcunt maluntqꝫ ita appellari homini amiciſſimi ſunt: & muſica delectantur: huius rei & Arionis & multorum aliorum exempla narrat Plinius: Corio ueſtiuntur: ſed non cum pilis: ut uituli marini & hippotami.

¶SER. Hic primum:ſequetur enim Palinuri mors uel Miſeni:ideo mutata fortuna eſt. ¶ Irim de cælo miſit ſaturnia Iuno:ex magna parte ſeruat: ut Mercurius ad concordiam:Iris ad diſcordiã mittatur: unde & Iris dicta eſt quaſi ἔρις. Falſum eſt autem quod dicitur miniſtra eſſe tantum dearũ:quum & a Ioue plerunq; mittatur:ut Aeriam cælo quum Iuppiter irim Demittit germanæ haud mollia iuſſa ferentem:& bene Irim mittit quæ fit de nubibus quarum dea eſt Iuno. ¶ Ventoſq; aſpirat eunti:ut de Mercurio uoca Zephyros per mille coloribus arcum aut ſubaudi factum:aut antiptoſis eſt:mille colorum:hoc eſt multorum colorum. ¶ Nulli uiſa:ad ipſum rettulit numen: nam arcus ſemper uidetur:quem non Irim:ſed uiam iridis dixit alii celeritatis eſſe uolunt nulli uiſa:ut oculi conſequi non poſſint præfuga celeri. Sane notãdum etiam de iride arcum genere maſculino dicere Virgilius Catul. & alii genere fœminino ponunt:referentes ad originẽ: ſicut hæc arcus:& hæc catullus:& hæc gallus legim9. Imitationem græcorum ο και ηνυων : και ο και η αλεκτρυων dicunt. ¶ Conſpicit ingentem : quia ſupra ait:Vndiq; conueniuntur teucri. ¶ Deſertoſq; uidet portus:a uiris.ſ. ¶ In ſola : deſerta. Ter. Venit meditatus e ſolo loco. ¶ Acta:mutata η in a ſuperiori accentum damus:ut ελευη helena: νιρνη circa. Ergo quoniam & ακτη̄ græcum eſt: quum acta facit : penultima habere:debet accentum:ſed propter differẽtiam commutatur : ne non ſecreta & amœna littorum : ſed participialiter acta ſignificet. ¶ Aſpectant flentes heu:multi diſtingunt flẽtes heu: ut ſit miſerabiliter flentes:& a perſona dicatur poetæ:alii a mulieribus heu dictum accipiunt. ¶ Faciemq; deæ ueſtẽq; reponit : duo diuerſa uno ſermone concludit. ¶ Iſmarii dorycli: thraciæ. Iſmarus enim eſt mons thraciæ: & bene ſua dentis commendatur auctoritas. ¶ Ac ſic dardanidum ſe matribus infert:ſic aut mutato habitu:aut iſta dictura. ¶ O miſeræ:magna utitur arte perſuadendi ut non ex abrupto quod perſuadere uult dicat:ſed circunſtantiis illuc deſcendat. ¶ Exitio:non regno. ¶ Septima poſt troiæ excidium iam uertitur æſtas:atqui & Dido dixit:Nam te iam ſeptima portat Omnibus errantem terris & fluctibus æſtas : de qua re quidam hoc dicunt:q Aeneas apud carthaginem paucis diebus fuerit:Nam ait. Quum ſubito aſſurgens fluctu nimboſus orion:q oritur: ut Sal. dicit iuxta ſolis æſtiui pulſum. item ait:Dum pelago deſæuit hyems:& aquoſus orion:ut hyemem pro tempeſtate poſuerit. Secundum quod carthagini paucis fuit diebus:ſed illud occurrit: Nunc hyemem inter ſe luxu qua longa fouere:& hoc quidam ſic purgant ut dicant potuiſſe fieri ut intra anni metas:& ad africam ueniret & inde nauigauerit:ſed iſtis occurrit quod in primo ait:Septima æſtas:unde apparet hanc octauam fuiſſe:quod & ab Anchiſæ morte indicat impletus annus. Ergo conſtat quæſtionem hanc unam eſſe de inſolubilibus:quas non dubium eſt emendaturum fuiſſe Virgilium. ¶ Cum terras omnis:quia peragrauerat multa. ¶ Sideraq; emenſæ ferimur:aut tempeſtates:aut prouincias:quæ ſideribus ſubiacent : ut in Bucolicis Aethiopum uerſemus oues ſub ſidere cancri. ¶ Per mare magnum : procelloſum. Lucretius Suaue mari magno.

Hic primum Fortuna fidem mutata nouauit:
Dum uariis tumulo referunt ſolennia ludis:
Irim de Cælo miſit Saturnia Iuno
Iliacam ad claſſem: Ventoſq; aſpirat eunti
Multa monẽs:nec dũ ãtiquũ ex ſaturata dolo(rẽ.
Illa uiã celerans per mille coloribus Arcũ
Nulli uiſa cito decurrit tramite uirgo.
Conſpicit ingentẽ cõcurſum:& littora luſtrat:
Deſertoſq; uidet portus:claſſemq; relictam.
At procul in ſola ſecretæ Troades Acta
Amiſſum Anchiſen flebãt: cũctæq; profundũ
Pontũ aſpectabant flentes:heu tot uada feſſis
Et tantum ſupereſſe maris:uox omnibus una.
Vrbem orant:tedet Pelagi perferre laborem.
Ergo inter medias ſeſe haud ignara nocendi.
Coniicit:& faciemq; Deæ:ueſtemq; reponit.
Fit Beroe Iſmarii cõiux longæua Dorycli:
Cui genus:& quondam nomẽ:natiq; fuiſſent.
Ac ſic Dardanidũ mediam ſe matribus infert:
O miſeræ.quas nõ mãus inquit Achaica bello
Traxerit ad letũ patriæ ſub mœnibus: O gens
Infelix:cui te exitio Fortuna reſeruat?
Septima poſt Troiæ excidiũ iam uertit' æſtas:
Cũ freta:cũ Terras omneis:tot inhoſpita ſaxa
Sideraq; emẽſæ ferimur:dũ per Mare magnũ

¶CHRI. Fortuna mutata:ideſt fortuna innouata:ideſt alia facta mutauit fidem:in quo loco docet poeta nullam fidem habendam eſſe fortunæ:quia mobilis inſtabiliſq; ſemper eſt: & ſemper infida : ut recte monere uideatur:Seneca Nemo confidat nimium ſecundis:nemo deſperet meliora lapſis. ¶ Fortuna mutata nouauit fidem: ideſt mutauit fidem innouata quaſi alia effecta. ¶ Aſpirat: ſpirando imittit. Nam uenti ſpiritus ſunt & ſimul fauorem ſignificat:ut aſpirat primo fortuna labori. ¶ Pontum aſpectabant:tanquã exoſæ nauigationem & quæ dolerent & tantum nauigaſſe & tantum & adhuc eſſe nauigãdum. ¶ Vox omnibus una: Optimam captauit occaſionem claſſis incendendæ:cum omnes a nauigatione abhorrerent. ¶ Haud ignara: arguit a poſſibili. ¶ Faciẽ ueſtẽq; reponit:nõ.n.poterat induere formã Beroes:niſi ſuam prius deponeret : ideſt ſeorſum poneret. In eã aũt mulierẽ ſe uertit:q & pp uiri auctoritatẽ:& pp ætatẽ & ꝓpter natos fidem haberet. ¶ O miſeræ: idẽ locus eſt q fuit fœlix ante oẽs priameia uirgo Hoſtilẽ ad tumulũ iuſſã mori:q̃ta ergo eſt p̃ſens in fœlicitas cũ fuiſſent future fœlices ſi cæſæ in patria fuiſſent. Eſt aũt ꝓhœmiũ per inſinuationem. Hoc.n. id

agere uelle uidet:ut eaꝝ miſerias deploret:Neq; antea demonſtrat qd uelit:q̃ ni faciant illas infœliciſſimas futuras demonſtret.¶ Cui exitio.q.d.nullũ eſſe tã ſæuũ qđ illi ſatiſſacere uideat.¶ Septima: pathos a lõgitudine tẽporis:ut ſeptẽ illum perhibẽt totos ex ordine mẽſes.Item a difficultatibus:& periculis q̃ diutius ꝑpeſæ ſunt.

SER. Italiam ſequimur fugientem:ut Iam tandem Italiæ fugientis prendimus oras.Et re uera nullus ſequitur niſi quod fugit.¶ Voluimur: non nauigamus:quaſi inutilis & deſperata nauigatio ſicut in Terentio moues:at nihil pro moues.¶ Hic erycis fines:argumentum a facili.¶ Nequiq̃ qui:non proderant quum eſſent fatorum comites.¶ Infauſtas: mali hominis.¶ Nam mihi caſſandræ:non cui credere nõ debeant:ſed cui cum ſua pernicie nõ crediderãt: ¶ Iam tempus agi res:ideſt troiam fieri.¶ Mora prodigiis:ecce prodigium de bono:& argumentatur ad incendium nauium Aras ardere neptuni: quas ideo quatuor dicit:quia ſinguli duces ſingulas poſuerãt. Nam cõtrarium eſt:Numero deus impare gaudet. Alii dicunt a Cloantho poſitas: quas promiſerat ſe daturum.¶ Deus ipſe:cuius ſunt naues.¶ Infenſum ignem:ipſa infenſa.¶ Tot:aut multorum:aut ſupradictorum:ut Quinquaginta illi thalami.¶ Non beroe uobis:non eſt diſſuaſio: ut quidam putant: ſed magis hortatur perſuadendo numinis auctoritatẽ. ¶ Rhœteia:a rhœteo promontorio.¶ Diuini ſigna decoris:omnia colligit:quibus numina cognoſcuntur:ut Nanq; haud tibi uultus Mortalis:nec uox hominem ſonat:o dea certe.¶ Spiritus:odor:ut Comæ diuinum uertice odorem Spirauere.¶ Vel greſſus euntis:ut Et uera inceſſu patuit dea.¶ Primo ancipites:anteq̃ numen agnoſcerent.¶ Oculiſq; malignis: ipſæ malignæ.¶ Miſerum inter:aut magnum:ut Terentius.Eam miſere amat:aut miſerum: quo fiebãt miſeriores: quum eis regna negarentur.¶ Abiete pictas:uel in abiete pictas: & ſubaudi in: uel abiete: hoc eſt quæ erant de abiete.¶ Eumelus:latinus accẽtus eſt:tranſlato nomine in latinum.nam græce dicitur ευμελος:& diligens interpretatur.

CHRI. Fugientem:pathos a deſperatione futuri:ex quibus recte concluditur debere eas quærere ſedes.Ergo & incendere naues.¶ O patria: quam relinquimus:ut nouam inſtauremus.¶ Nequiquam: ſi ſedes:nobis paramus.¶ Hic erycis fines: non ſatis erat demonſtraſſe non eſſe nauigandum:niſi etiam probaret commode illic conſiſtere licere.¶ O patria & rapti:concitat maximam miſerationem huiuſcemodi ĩterpoſita exclamatio.¶ Quin agite:quod hactenus occultauerat nunc demum & cõfutatis quæ contra dici poterant:& confirmatis quæ in rem faciebant:audentius profert animis iam ex ſuperiori oratione ad id ſua ſponte inclinatis.¶ Nã mihi:confirmat ea quæ proponit uatis auctoritate: cuius uaticinia neglecta calamitatum cauſa fuerunt.¶ Hic:ubi ſumma adeſt facultas.¶ Nunc tẽpus:nec abeſt occaſio temporis.¶ En quatuor aræ:ut nõ ſolum ex hoc facultas oſtendatur:ſed etiam deorum indicetur uoluntate fieri poſſe.¶ Prima:non enim oratione ſolũ: ſed exemplo illas mouere uoluit.¶ Ardentes:non ex ira:ſed diuino ſplendore.¶ Qui ſpiritus:quæ animi uehementia.¶ Qui uultus:Nam in facie:illi apparet neſcio quid diuinum reliqui ægram.Recte ergo eius formam ſumpſit iris:quæ morbo abſutura illam ſimulationis arguere nõ poterat.¶ Primo ancipites:nam a principio q̃uis ſuaſæ eſſent tamen magnitudo facinoris abſterrebat:atq; etiam deſiderium fatalis terræ extinguebat ardentem cupiditatem in ſicilia quieſcendi.¶ Focis ignem:recte nã focus eſt ubi ignis fit.¶ Tranſtra per:anaſtrophe:ideſt per trãſtra.¶ Eumelus:accommodatum rei nomen:nam eumelus poteſt interpretari q recte curet.

Italiã ſequimur fugientẽ:& uoluimur undis.
Hic Erycis fines fraterni:atq; hoſpes Aceſtes
Quis ꝓhibet muros iacere: & dar̃ ciuib⁹ Vr-
O patria:& rapti nequiq̃ ex hoſte Pẽates.(bẽ:
Nulla ne iam Troiæ dicentur mœnia:nuſquã
Hectoreos amnes Xãthũ:& Simoẽta uidebo:
Quin agite:& mecũ ĩfauſtas exurite puppes:
Nam mihi Caſſandræ ꝑ ſomnũ Vatis imago
Ardentes dare uiſa faces:hic quærite Troiam:
Hic domus eſt inquit uobis:nũc tẽpus agi res:
Nec tantis mora prodigiis.En quatuor aræ
Neptuno:Deus ipſe faces:animũq; miniſtrat.
Hæc memorãs pria infenſum ui corripit ignẽ:
Sublataq; procul dextra connixa coruſcat:
Et iacit:arrectæ mentes:ſtupefactaq; corda
Iliadum:hic una e multis quæ maxima natu
Pirgo tot Priami natorum regia nutrix.
Non Beroe uobis:non hæc Rhœteia matres
Eſt Dorycli coniux:diuini ſigna decoris
Ardenteiſq; notate oculos:qui ſpiritus illi:
Quis uultus:uocis ue ſonus:uel greſſus eunti.
Ipſa egomet dudum Beroen digreſſa reliqui
Aegram:indignantem tali quod ſola careret
Munere:nec meritos Anchiſæ ĩferret honores.
Hæc effata.
At matres primo ancipites:oculiſq; malignis
Ambiguæ ſpectare rates miſerum inter amorẽ
Præſentis terræ:fatiſq; uocantia regna:
Cum Dea ſe paribus per Cælum ſuſtulit alis:
Ingentemq; fuga ſecuit ſub nubibus Arcum.
Tum uero attonitæ monſtris:actæq; furore
Conclamãt:rapiuntq; focis penetralibus ignẽ:
Pars ſpoliãt aras:frondem:ac uirgulta: faceſq;
Coniiciunt:furit immiſſis Volcanus habenis.
Tranſtra ꝑ & remos:& pictas Abiete puppes.
Nũcius Anchiſæ ad tumulũ:cuneoſq; Theatri
Incenſas perfert naues Eumelus:& ipſi
Reſpiciũt atram in nimbo uolitare fauillam.

¶SER. Caſtra:ut Nos caſtra mouemus.¶Magiſtri:cuſtodes.Terentius:Me filiis relinquunt quaſi magiſtrum.¶Quis furor iſte nouus:quaſi ad furentes loquitur:unde ne tunc quidem agnitus: quum dixiſſet: En ego ueſter aſcanius:galeam proiecit inanem.¶Nouus:autem eſt magnus:aut inopinatus.¶Quo tenditis:ideſt quid habetis intentionis.¶Veſtras ſpes uritis:nauibus enim ad regna tendebant.¶Inanem:concauam: ſine capite.¶Ludo:per ludū.¶Excuſſaq; pectora Iuno eſt:furoris cauſa:non furor:iccirco quia furor deſierat.¶Vdo ſub robore:uicino aquis.¶Stuppa:ſecundum antiquam orthographiam:Nam ſtupa dicta eſt a ſtipando:abuſiue etiam linum dicimus.¶Tardum:denſum:craſſum:nam ignem ſolet fumus præire: unde tardum addidit.¶Corpore:nauium:ut Diſiice corpora ponto.¶Deſcendit peſtis:incendium more ſuo:& declamauit per contrarium:Nam ignis ſuperiora ſemper petit.¶Flumina ꝓſunt:uis aquæ.¶Humeris abſcindere ueſtem:Notant quidam ꝙ Aeneas damnum quatuor nauium impatienter doleat: ſed magis illud conſiderandum eſt quod ait ſupra Aſcanius:Veſtras ſpes uritis:ut damnum non doleat:ſed ſpem nauigationis ereptam.¶Iuppiter omnipotens: figuratis agit coloribus:nec enim re uera hoc agit ut pereat:ſed ut reſtinguatur incendium:bene ſi ubiq; interponit.hic enim eſt optimus ductus:qui agentis uoluntatem latenter oſtendit.¶Exoſus: antiqui dicebant odi & oſus ſum:hinc eſt exoſus:quo utimur:licet iam oſus ſum nō dicamus.¶Ad unum:nullo excepto.¶Siquid pietas antiqua:aut ſi tibi cara pietas præſtat aliquid humanis laboribus:aut ſiquid meremur propter pietatis cultum:ut Parce pio generi: hoc ipſum re munera: aut certe quod eſt melius: ſi uel reſpicit res humanas pietas: quæ de terris olim receſſit.¶Res eripe leto: acyrologia eſt: ideſt in proprietas ſermonis:non enim lectum dicitur niſi de uiuentibus animalibus.

Primus & Aſcāius curſuſq; ut lætus equeſtres
Ducebat:ſic acer equo turbata petiuit
Caſtra:nec exanimes poſſunt retiere magiſtri.
Quis furor iſte nouꝰ quo nūc:quo tēditis īqt
Heu miſeræ Ciues?nō hoſtē:inimicaq; caſtra
Argiuom:ueſtras ſpes uritis:en ego ueſter
Aſcanius:Galeam ante pedes proiecit inanem:
Qua Ludo indutus belli ſimulacra ciebat.
Accelerat ſimul Aeneas:ſimul agmīa Teucrū.
Aſt illæ diuerſa metu per littora paſſim
Diffugiunt:ſiluaſq;:& ſicubi concaua furtim
Saxa petunt.piget incepti:luciſq;:ſuoſq;
Mutatæ agnoſcunt.excuſſaq; pectore Iuno ē:
Sed non iccirco flammæ:atq; incendia uires
Indomitas poſuere:Vdo ſub robore uiuit
Stuppa uomēs tardū fumum:lētuſq; Carinas
Eſt uapor:& toto deſcendit corpore peſtis.
Nec uires Heroum:infuſaq; flumina proſunt.
Tum pius Aeneas humeris abſcindere ueſtē:
Auxilioq; uocare Deos:& tendere palmas:
Iuppiter Omnipotens ſi nondū exoſus ad unū
Troianos:ſi quid pietas antiqua labores
Reſpicit humanos:Da flammā euadere claſſi
Nūc Pater:& tenues Teucrum res eripe læto:

¶DONA. Iuppiter omnipotens: amplexus eſt omnia quæ pro malorum neceſſitate fuerant poſtulanda.¶Iuppiter:hoc ſolum ſatis eſt ad auxiliādum.¶Omnipotens:ut non ſolum præſtandi habeat potētiam:ſed etiam difficilia poſſit remouere:ſed quoniam non ſatis eſt poſſe niſi etiam uelit addidit ſi nō omnes ad unum odiſti: ideſt niſi me quoq; odiſti: Addit etiam commiſerationem ponens egeſtatis anguſtias.Poſtremo ponit meritum poſtulantis & plenum auxilium dantis.

¶CHRI. Lætus:uelox & recte primus aſcanius:nam & in equo erat & ad eum præter cæteros ea res pertinebat.¶Nouus:magnus uel ſine exemplo:ꝙ in mulieres tanta uenerit amentia:ut ſuas naues urant.¶Aſt ille: non diſcedit ab ingenio muliebri:quæ ſi per furorem in audaciā proruperint deprehenſæ fuga ſibi conſulunt: & latibula nullo delectu habito metu & pudore ſibi omnino quæritant.¶Mutatæ:nam relictę a furore in ſanam mentem redierant.¶Sed non iccirco:admonet diligenter animaduertendum anteaꝗ quicquam agere incipiamus:nam quæ facta ſunt pn͠ia infecta redere non poſſumus.¶Eſt:conſumit:ut eſt mollis flamma medulas.¶Vires heroum & infuſa flumina:ideſt tanta uis aquæ quanta heroica uirtute infundi poſſet: quæ inſtar fluminis erant.¶Humeris abſcindere ueſtem:Ergo animi deſperatione agebatur: ſed non mirandum.Nam cum conſtitutus eſſet in eo genere uirtutum quæ purgatoriæ ſunt nondum ad id robur peruenerat: ut tam ſæuæ poſſet obſiſtere fortunæ:quod earum eſt uirtutum quæ ſunt animi iam purgati:ut nos latius in diſputationibus noſtris camaldulenſibus diximus.¶Iuppiter omnipotens:oratio eſt in genere deliberatiuo: in qua cum petat primo oſtendit facilitatem rei:nam omnipotenti Ioui nihil difficile fit:Deinde oſtendit rem honeſtam.Pertinet enim ad diuinam clementiam cum res amplæ in anguſtias redactę ſunt illarum miſereri: qui locus non ſolum honeſtatem oſtendit:ſed ſummam quoq; concitat commiſerationem.¶Si nondum: quaſi dicat niſi das euadere flammam:uideberis exoſus omnes troianos:& non uidebitur eſſe pietas humanis laboribus:quod non eſt diuinæ clementiæ.¶Tenues:quaſi dicat ex quibus ſi aliquid demitur nihil iam截 ſupereſſe uidebitur.Satis enim iam puniſti:ſi ex tam magnis ita tenues reddite ſunt ergo ne ſæui: quia non meruimus puniri:uel ſi meruimus:ſatis amplas iam pœnas dedimus ad huiuſcemodi tenuitatem redacti.¶Pater: quaſi dicat omnibus communis:& ad quem omnium cura pertinet.

Vel tu quod ſupereſt infeſto fulmine morti
Si mereor:dimitte:tuaq; hic obrue dextra.
Vix hæc ediderat:cum effuſis imbribus atra
Tēpeſtas ſine more furit: tonitruq; tremiſcūt
Ardua terrarum:& campi:ruit æthere toto
Turbidus iber aq̄:dēſiſq; nigerrimus auſtris:
Implenturq; ſuper puppes: ſemuſta madeſcūt
Robora:reſtinctus donec uapor oīs: & omnes
Quatuor amiſſis:ſeruatæ a peſte carinæ.
Ad pater æneas caſu concuſſus acerbo
Nunc hunc ingentes:nunc illuc pectore curas
Mutabat:uerſans ſiculis ne reſideret aruis
Oblitus fatorum:italas ne capeſſeret oras.
Tum ſenior nautes:unum tritonia pallas
Quem docuit:multaq; inſignē reddidit arte.
Hæc reſponſa dabat:uel quæ portenderit ira
Magna deum:uel quæ fatorū poſceret ordo.
Iſque his æneam ſolatus uocibus infit.
Nate dea quo fata trahūt: retrahūtq; ſeqmur
Quicqd erit.ſupanda oīs fortuna ferendo eſt.
Eſt tibi dardanius diuinæ ſtirpis aceſtes.
Hunc cape cōſiliis ſociū:& cōiunge uolentem.
Huic trade amiſſis ſuperāt q nauibus: & quos
Perteſum magni incæpti:rerūq; tuarū eſt:
Longeuoſq; ſenes:ac feſſas æquore matres:
Et quicquid tecū inualidum:metuēſq; picli eſt
Delige:& his habeant terris ſine mœnia feſſi.
Vrbem appellabunt permiſſo noie aceſtam.
Talibus incenſus dictis ſenioris amici:
Tum uero in curas animū diducitur omneis:
Et nox atra polum bigis ſubuecta tenebat.

¶SER. Quod ſupereſt:ideſt quod congrue ſequitur.¶ Sine more:ſine exemplo.¶ Tonitruq; tremiſcūt:ablatiuus hic in certus eſt utrū a neutro indeclinabili ueniat hoc tonitru:ut hoc cornu nam inde eſt:Fractæq; tonitrua nubis:ut cornua:an a maſculino ſecundum quartā declinationē hinc enim eſt:Tonitrus agis & mea fulmina torques.¶ Ardua terrarū:periphraſis mōtiū ꝑ circuitionem ut cādida uenit auis longis inuiſa colubris.¶ Aethere toto:pro aere poſuit cum aer inferior ſit:æther.i.ignis ſuperior.¶ Madeſcunt robora:aut humectantur:aut reſoluuntur in cinerem:quod naturale eſt poſt icendium.¶ Fatorum:oraculorum.¶ Tum ſenior nautes:bene daturū cōſilium:& ab ætate & a prudentia:& a religione commendat:quod autem dixit: Pallas quem docuit:propter illud quod ſupra diximus fingitur:quia ipe Romam palladium detulit:unde nautiorū familia Mineruæ ſacra retinebat: quod etiam Varro dicit in libris quos de familiis troiāis ſcripſit.¶ Vnum:præcipuum.¶ Tritonia pallas:pro uno proprio duo antonomaſia poſuit.¶ Reddidit arte:uirtute ἀπὸ τῆς ἀρετῆς.¶ Reſponſa dabat:laus cōſilii: cū conſilium diuinis comparat reſpōſis.¶ Vel quæ portēderit ira Magna deum:ideſt Iuno & alibi: Cæleſtū uis magna iubet.¶ Solatus uocibus infit: ſolatur:& īfit.Nam ſolans debuit dicere:ſicut ſequens eius indicat cōſolatio.¶ Quicquid erit: ut alibi: Fuerit quodcūq; fatebor.¶ Ferendo eſt:dum fertur.modus gerūdii eſt a paſſiuo.¶ Eſt tibi:iam hoc cōſilium eſt.¶ Diuinæ ſtirpis:propter Dardanum:a Crimniſo fluuio.¶ Volentem:uoliturū:nam uelle habebit: non iam uult.¶ Superant:ſuperſunt:ſuperfluūt: Dicit autem non tantum debiles:ſed etiam nolentes iuuenes:unde ſequitur:Longæuoſq; ſenes: nec enim adderetq;:niſi ſupra iuuenes dixiſſet.Item expreſſi9: Et quicqd tecum inualidum eſt: metuenſq; pericli.¶ Perteſum magni incepti compoſitū pro ſimplici proteſum qd uſus non obtinet:ut ſit non perteſū thalami tædæq; fuiſſet.¶ Permiſſo nomine: ab Aceſte ſcilicet. Dicta autem Aceſta deinde Segeſta. ¶ Tū uero: Nam & ante cogitauerat:ut Pectorē curas mutabat uerſās.¶ Animum diducitur:græca figura:ut Mētem læſus.¶ Et nox atra polum:quaſi maior cauſa cogitatiōis: ut Et ſub noctem cura recurſat: unde græce nox dicitur εὐφρονη quia ſubtilius homo ſapiat q̃ interdiu.¶ Bigis: proprie modo. Bigis enim melius plurali utimur quam ſingulari: ideo Rorifera gelidum tenuauerat aera biga: abuſiue dixit Statius. Bigæ autem a binis iugis dictæ præcipue: autem luna diciture habere bigas nocti præeſt: cui duplex eſt proprietas creſcendi & decreſcendi.

¶DONA. Senior: & ætate & arte a Pallade accepta meruerat audiri.Eſt autem ſuæ ſententiæ conſona illa Terentiana:Quando id fieri non poteſt quod uis:id uelis quod poſſis.

¶CHRI. Vel tu:nam auctor pœne eam leuiorem facit.¶ Quod ſupereſt:quaſi dicat illud exiguū quod reſtat.¶ Vix hæc edide:oſtendit q̃ acceptus diis eſſet:cum tam ſubito eius ſint exaudite præces.¶ Effuſis imbribus:imbres:enim uehementiores ſunt q̃ pluuiæ.Præterea erant effuſi.¶ Quo fata trahūt:nam quæ mutari non poſſunt:ſi illis cedendo æquo animo feramus:minus non affligunt. Nam ut eſt apud Horatium Leuius fit patiētia quicquid corrigere eſt nefas.Et arguit a facili & ab honeſto & a tuto.Facile eſt.n. urbē condere in regione ubi & cognatus & liberalis princeps regnet: honeſteq; ac tuto illi ii qui relinquuntur creduntur. Fit etiam ſine ſuo damno: cum illis exoneretur: qui aut ſenectute debiles ſint aut naturali ignauia omni uirilitate careant. ¶ Inualidum: ad corpus referas. ¶ Metuens: ad animum hoc ſpectat. Ergo reliquam illos quibus neque corporis: neque animi uires ſufficiunt. ¶ Tum uero: nam quāuis hæc ita eſſent ut dicebat nautes tamen magnanimus uir nihil magis cupiebat quam omnes ſuos incolumes in italiam tranſuehere:Ergo hinc neceſſitas illinc excellentia rei illum diſtrahebant.Fuit ergo opus ad conſilium dandum eo in quo maior eſſet auctoritas.

¶SER. Cælo facies delapſa parentis:aut ſecundum quod ſupradiximus:quia animæ cælum tenent:ſimulacra uero apud īferos ſunt:aut ad errorem pertinet ſomnii.Nam & uiſa ait:aut certe a Ioue miſſam poteſtatem aliquam:quæ ſe in anchiſæ conuerteret uultum.Nam & ipſe dicit Imperio Iouis huc uenio:& infert Elyſiūq; colo.¶Chare magis:pro carior:bene autem addidit Dum uita manebat. Nulla enim eſt uita poſt mortem. ¶Imperio Iouis:ab auctoritate:ut Ipſe deum tibi me claro demittit olympo Regnator.¶Nautes dat ſenior:ut ſolet iiſdem uſus eſt ſermonibus:nam ait Tunc ſenior nautes.¶Atq; aſpera cultu:quod in nono altius exequitur:Natos ad flumina primum Deferimus.¶Debellanda tibi:bene uictoriam non bella ſola prædicit in quibus eſſe poterat terror.¶Auerna alta : ut gargarus gargara:& tartarus tartara.¶Nō me impia nāq;: propter facilitatem.¶Amœna:loca ſunt ſolius uoluptatis plena quaſi amunia:unde nullus fructus exoluitur:unde nil præſtantes immunes uocamus.¶Piorum cōſilia elyſiumq; colo:Elyſium eſt ubi piorum animæ habitant : poſt corporis animæq; diſcretionem:unde & interitus dicitur res inter animam & corpus ueniēs ergo elyſium απο της λυσεως: nam & ſic diffinitur mors ψυχης:και σωματος λυσις. Quod ſecūdum poetas in medio inferorum eſt ſuis felicitatibus plenum:ut Solemq; ſuum ſua ſidera norunt.Secundum philoſophos elyſium eſt inſulæ fortunatæ quas μακαρων νησους uocant:quas ait Saluſtius inclytas eſſe Homeri carminibus: quarum deſcriptiōem Pius commētator dicit eſſe ſublatam: ſecundum theologos circa lunarem circulum: ubi aer purior eſt:unde ait ipſe Virgilius: Aeris in campis. Item Lucanus quaq; pater terras inter lunæq; meatus ſemi dei manus habitant quos ignea uirtus: innocuos uita patientes ætheris imi fecit:& æternos animam collegit in orbes.Non illuc auro poſiti nec thure ſepulti Perueniunt: caſta ſibylla: caſta dicitur propter fabulam quæ eſt apud Ouidium libro .xiii. metamorph. quia noluit Apollini cōſentire.¶Tum genus omne tuum:& quæ dentur mœnia diſces:hæ ſunt cauſæ propter quas Aeneas deſcendit ad inferos generis agnitio & ciuitatis nomen: quod ei nullus unq̄ prædixerat:ſed ſolus indicat pater. Latet enim ut ſupra diximus uerum urbis nomen:unde ei pater quaſi pro myſterio & affectiōe ait: Illa inclyta roma. ¶Torquet medios nox humida curſus : Et me ſæuus equis oriēs afflauit anhelis:dies eſt plenus:qui habet horas uiginti quatuor.Nam & nox.pars diei eſt.Dicimus autem diem a parte meliore: unde & uſus eſt:ut ſine commemoratione noctis numerum dicamus dierum:hic autem dies ſecundum ægyptios inchoat ab occaſu ſolis:ſecundum perſas ab ortu ſolis : ſecundū etruſcos & atheniēſes a ſexta hora diei.ſecundum Romanos a media nocte:& hos nunc ſecutus ait:Medios curſus nox humida torquet.Et me ſæuus equis oriens afflauit anhelis:hæc autem plene exequitur & Cicero in auguralibus:& Aulus Gellius in libris noctium atticarum:hoc etiam illa res iuris indicat: quod quum tribunum plebis abnoctare ab urbe nō liceret:licebat tamē exire poſt noctem mediam:& ante mediam reuerti.¶Sæuus oriens:ſol cuius lux eſt umbris inimica:unde Lucanus Et medio ferit axe diem. Eſt autem phyſicum: Nam pereunt umbræ ſolis aduentu.¶Aeneas quo deinde ruis?ordo eſt. Aeneas deinde quo ruis? ¶Quem fugis? quaſi ignorans rationem qua fugeret.¶Farre pio:uel quia exinde ſacrificabāt:uel quia mos fui: apud maiores: ut diuinum ignem farre ſeruarent:quia ſi duraſſet in alterum diem eum aptum agendis rebus ſignificabatur. ¶Canæ:aut antiquæ:aut propter ignis fauillas.

Viſa dehinc Cælo facies delapſa parentis
Anchiſæ ſubito taleis effundere uoces.
Nate mihi uita quondam:dum uita manebat
Chare magis:nate Iliacis exercite fatis:
Imperio Iouis huc uenio:qui claſſibus ignem
Depulit:& Cælo tandem miſeratus ab alto eſt:
Conſiliis pare:quæ nunc pulcherrima Nautes
Dat ſenior.lectos Iuuenes fortiſſima corda
Defer in Italiam:gens dura:atq; aſpera cultu
Debellanda tibi Latio eſt:Ditis tamen ante
Infernas accede domos:& Auerna per alta
Congreſſus pete Nate meos:nō me impia nāq;
Tartara hēnt:triſtes ue ūbræ:ſed amœna Piorꝝ
Concilia:Elyſiumq; colo:huc caſta Sibylla
Nigrantum multo pecudū te ſanguine ducet.
Tū genꝰ omne tuū:& quæ dent̄ mœnia diſces:
Iāq; uale:torquet medios Nox hūida curſus:
Et me ſæuus equis oriens afflauit anhelis.
Dixerat:& tenueis fugit ceu fumus in auras.
Aeneas quo deinde ruis? quo proripis inquit
Quem fugis? aut quis te nr̄is cōplexibꝰ arcet?
Hæc memorās:cinerē:& ſopitos ſuſcitat ignes
Pergameumq; larē:& canæ penetralia Veſtæ
Farre pio:& plena ſupplex ueneratur Acerra:

¶CHRI. Facies:prima ex tribus Seruii expoſitionibus magis placet:Et elyſium intelligens in circulo lunari.¶Fortiſſima corda:gens dura:propterea oſtendit eſſe relinquendos imbelles: quoniam non ſine magnis bellis in Italia conſiſtere liceat. ¶Nigrātum:quia inferis nigra hoſtia conuenit:ut ſuperis alba.¶Fumus in auras:nam fumus in aerem aſcendens euaneſcit.¶Quem fugis : quaſi dicat non decet patrem filium fugere. ¶Quis:quaſi dicat tam crudelis.¶Canæ:antiquæ:uel alluſit ad extinctum cinerem. ¶Acerra:in ſingulari numero arcula thuraria eſt:in plurali nomen urbis:ut Et uacuis non æquus acerris.¶Socios:ſecundum morem Romanum:nam conſules omnia referebant ad ſenatum.Et Iouis in primis præfert illud eſſe imperium Iouis:ut fidem ex auctoritate facias.¶Haud mora:quis enim recte conſilio:& a Ioue proficiſcenti aduerſaretur: ſed de conſilio altius repetam:Mens hominis triplex eſt qua contemplamur:qua agimus : & qua efficimus. A prima ſi diuina perſcrutemur: nāciſcimur ſapientiā:quæ eſt diuinaꝝ rerū cognitio:ſi autem ea quæ ſunt ſecū/

dum naturæ ordinẽ inquirimus:euentum ac principiorum naturaliũ conſequimur cognitionem: & illam ſci
entiam hanc intelligentiam nominant. Ab altera uero.i.ab ea quæ agit quoniam curam capit rerum agenda/
rum:acquirimus prudentiam q̄ & Pla. & Ariſto.habitum diffiniunt rerum rationabiliter agendarum. Huic
Ariſto.in ſexto de moribus q̄tuor adiũgit uirtutes bonã cõſultationẽ ſolertiã ſagacitatẽ & ſniam:nã ut hic idẽ
philoſophus in ſeptimo eius libri quẽ de rep.ſcripſit duo ſunt qbus cõmẽdatio recte agẽdi cõſiſtit. Nã & finem
quo oĩa referamus ꝓuidere nos oportet:& oẽs q̄ ad illũ ferũt rõnes recte iueniamus. Quapropter & iis q̄ circa
Conſilium uirtute intellectuæ

finẽ uerſant̃ & iis q̄ ad finẽ ducũt idiget prudẽtia. Ergo ĩ primis cõſultationẽ:iudiciũ & electionẽ deſiderat:cõ/
ſiliũ ãt ẽ eorũ q̄ ad finẽ ferũt:ĩq̄ſitio:Huius triplex ẽ officiũ:primũ.n.ꝑquirẽdũ ẽ an aliq̄ uiæ ſint q̄ ad eũ quẽ no/
bis iã ꝓpoſuimus finẽ ducãt. Deĩde ſi ſint quot illæ ſint. Poſtremo ſi una plures ue ĩuẽtæ fuerit quo pacto illis
uti ualeamus. Atq; hoc totũ deliberatiõis eẽ uolũt:his ãt ita cõq̄ſitis diſceptãdũ erit utra potius ſi duæ ſint : an
ſi plures:q̄ potiſſimũ ex illis aptior honeſtior ue aut utilior ſit:qđ iudicii ẽ. Poſt hæc ãt iã aptiſſima ĩuẽta Inſur
git electio q̄ eſt eorũ q̄ ad finẽ faciũt cõſulta appetitio:nec illud ꝓtereundũ:nã qa huiuſcemodi & bona & mala
eẽ poſſunt:oportet quoſdã eẽ habitus:qui oĩa ad bonũ honeſtũq; dirigãt. Cõſultatio itaq; dirigit̃ bona cõſulta
tiõe & ſolertia:Bene cõſulere ẽ hõeſta uia ad finẽ rectũ cõmode ꝑducere. Sollertia eſt earũ uiarũ promptiſſima
adĩuẽtio. Iudiciũ rectũ abſolutũq; reddit̃ ſagacitate ac ſentẽtia. Sagacitas ẽ rectũ prõptũq; iudiciũ Sentẽtia autẽ
eſt iudiciũ boni & æq Et ſagacitas qdẽ in iis quæ a legibus inſtituta ſunt uerſatur : & ſumma utit̃ celeritate &
acumine in iudicãdo. Sagire.n.acute calideq; ſentire. Hinc odoriſeuos canes ſagaces appellamus. Sẽtẽtia ãt illa ẽ
uirtus:q̄ & ſapimus & uolumus in iis q̄ ad æqtatẽ pertinẽt prudẽter clemẽter ac leniter iudicare:qđ ad æqui/
tatẽ & ſententiã pertinet. Hæc paulo explicatius poſui:ut cuius uirtutis pars ſit conſiliũ intelligeres.

Extemplo ſocios:primumq; accerſit Aceſtem:
Et Iouis imperium:& chari præcepta parentis
Edocet:& quæ nunc animo ſententia conſtet.
Haud mora conſiliis:nec iuſſa recuſat Aceſtes:
Trãſcribunt urbi matres:Populumq; uolentẽ.
Deponunt animos nil magnæ laudis egẽtes:
Ipſi tranſtra nouant:flãmiſq; ambeſa reponũt
Robora nauigiis:aptant remoſq;: rudenteſq;
Exigui numero:ſed bello uiuida Virtus.
Interea Aeneas urbem deſignat aratro:
Sortiturq; domos:hoc Iliũ : & hæc loca Troiæ
Eſſe iubet:gaudet regno Troianus Aceſtes:
Indicitq; forum:& Patribus dat iura uocatis.
Tunc uicina aſtris:Erycino in uertice ſedes
Fundatur Veneri Idaliæ : tumuloq; ſacerdos:
Et lucus late ſacer additur Anchiſæo.
Iamq; dies epulata nouem gens omnis:& aris
Factus honos:placidi ſtrauerũt æquora Vẽti.
Creber & aſpirans rurſus uocat Auſter in altũ:
Exoritur procurua ingens per littora fletus.
Complexi iter ſe Noctemq;:Diemq; morant̃.
Ipſæ iam matres:ipſi quibus aſpera quondam
Viſa maris facies:& non tolerabile numen

¶SER. Primũ:prĩcipẽ. ¶ Acerra.i.arca thuralis:id
qđ ꝯtĩet ꝓ eo qđ cõtinet. ¶ Haud mora:hoc ẽ qđ ait.
Et cõiũge uolẽtẽ. ¶ Nec iuſſa:uolũtatẽ:ut ſupra:Infan
dũ regina iubes renouare dolorẽ:aut certe q̄ Iuppiter
iuſſerat. ¶ Trãſcribũt urbi mr̃es:Romani moris uer/
bũ ẽ:trãſcripti.n.ĩ colonias deducebant̃. ¶ Vrbi:ad ur
bẽ. ¶ Deponũt:q̄ſi de nauibus. ¶ Aĩos nil magnæ lau
dis eg.aut Aeneas depõit eos q̄ nulla gloriæ cupidita
te tãguntur: Aut ii q erãt trãſcripti.i.mr̃es & uolẽtiũ
multitudo đponũt aĩos.i.ſũmittũt iertiæ. ¶ Robora
nauigiis: melius ſic diſtinguit̃. ¶ Exigui nũero.ſ.b.u.
uirt⁹:trãſit ad rẽ a nũero. ¶ Vrbẽ deſignat aratro:quẽ
Cato in originibus dicit morem fuiſſe Conditores
enim ciuitatis taurũ ĩ dextrã uaccã intrinſecus iunge
bant:& incincti ritu ſabino.i.togæ parte caput uelati
parte ſuccĩcti tenebãt ſtiuã ĩcuruã:ut glebæ oẽs ĩtrĩſe
cus euaderẽt:Et ita ſulco ducto loca murorũ deſigna
bãt:& aratrũ ſuſpẽdẽtes circa loca portarũ:uñ territo
riũ dictũ ẽ q̄ſi terribouiũ:tritu bob⁹ & aratro: regno
troianus aceſtes:ſuo nomine.n.fuerat ciuitas appella
ta. ¶ Indicitq; forũ.i.tẽpus & locũ deſignat agendorũ
negociorũ:q cõuẽtus uocat̃. Indicit ãt uerbũ iuris eſt:
& ꝑ hoc potẽtẽ uult ſignificare ciuitatẽ. ¶ Et patrib⁹
dat iura.u.dat cõdẽdi iuris poteſtatẽ his quos appella
uerat pr̃es:aut certe uocatis patribus iura diſtribuit.
hi ãt ut Sal.dicit:uel ætate uel curæ ſimilitudine pr̃es
appellati ſt̃. Sẽatores ãt:ut alii a ſenecta ætate:ut græci
γερουσιαν dĩit απο του γηρως alii a ſinẽdo dictos
accipiũt. Ipſi.n.agẽdi facultatẽ dabãt ꝑ ſenat⁹ cõſultũ.
¶ Idaliæ:cypriæ. ¶ Sacerdos:alii ad tumulũ:alii uerſo
ordine ad tẽplũ referũt:ut lucus tãtũ tumulo det̃ An
chiſæ:ut Inducite fontib⁹ umbras Paſtores : nemora
.n.aptabãt ſepulchris:ut ĩ amœnitate aĩæ forent poſt
uitã. ¶ Viſa maris.ſ.ut Me ne ſalis placidi uultũ: uult autem iſtos aſpectum quoq; maris horrere.
¶DONA. Patribus dat iura uocatis: Hoc ad æneam refert̃:ad quẽ redit poſt expletã Aceſte beniuolentiã.
¶CHRI. Trãſcribũt:triumuiri.n.crebãt̃ apud Ro.q ciues q trãſcripti eẽnt ĩ colõias deducerẽt. ¶ Trãſtra no
uãt: nã q̄uis q̄tuor dũtaxat exuſtæ eẽnt naues:tamẽ pluriæ ex aliis reſtabãt uitiatæ. ¶ Reponũt.a.r.uel iterũ po
Nais Nauigium

nũt robora q̄ ſint ambeſorũ loco uel dolẽt ambeſa & deĩde rurſus ponũt. ¶ Nauigiis:nauẽ cũ dicius:ſpẽm põi/
mus. Nauigiũ ãt genus eſt:nã oẽ quo nauigamus nauigiũ eſt. ¶ Sortiturq;:nũc ſorte diſtribuit : alias ſortiri eſt
per ſortẽ accipere:ut eſt Scipio ſortitus eſt africam. ¶ Indicitq; fo.indicit dies qbus foro utant̃.i.ius dicat̃. ¶ Pla/
cidi ſtrauerũt æquora uenti:ita placidi flabant:ut nõ in fluctus æquor erigerent:ſed ſtratũ æquatũq; redderẽt.
¶ Aſpirans:ut ſpirãs:ut fauorẽ nõ incõmodũ afferret. ¶ Exorit̃:nã & ſi nauigationẽ exoſi in ſicilia relinq pate/
rent̃:tamẽ duriſſimũ erat a ſuis diſiungi. Ergo & qui ituri & manſuri erãt diuortium hoc grauiter ferebant.

Ire uolunt:omnemq; fugæ perferre laborem.
Quos bonus Aeneas dictis ſolatur amicis:
Et conſanguineo lachrymās cōmēdat Aceſtæ.
Treis Eryci uitulos:& Tempeſtatibus Agnam
Cædere deinde iubet:ſoluiq; ex ordine funes.
Ipſe caput tonſæ foliis euinctus Oliuæ
Stās procul in prora paterā tenet:extaq; ſalſos
Porricit in fluctus:ac uina liquentia fundit.
Proſequitur ſurgens a Puppi Ventus eunteis.
Certatim ſocii feriunt mare:& æquora uerrūt.
At Venus interea Neptunum exercita curis
Alloquitur:taleiſq; effundit pectore queſtus.
Iunonis grauis ira:& inexſaturabile pectus
Cogunt me Neptune preces deſcēdere in oēs:
Quam nec longa dies:Pietas nec mitigat ulla:
Nec Iouis imperio:fatis ue infracta quieſcit.
Nō media de gente Phrygū exediſſe nefandis
Vrbem odiis ſatis eſt:nec pœnā traſſe p oēm:
Relliquias Troiæ cineres:atq; oſſa peremptæ
Inſequitur:cauſas tanti ſciat illa furoris.
Ipſe mihi nuper Libycis tu teſtis in undis:
Quam molem ſubito excierit:maria oia Cælo
Miſcuit Aeoliis nequiq̄ freta procellis:
In regnis hoc auſa tuis.

¶SER. Fugæ:profectionis.¶ Eryci:& tempeſtatibus:bene iunxit:procellæ enim aut de fluminibus: aut de montibus quas περιπνοιας dicuntur.¶ Soluiq; ex ordine funem:ordo eſt iubet cædere ex ordine.i. rite peragi ſacrificium:& ſic ſolui funem:ſic in ſeptimo : Phrygiamq; ex ordine matrem Inuocat : ideſt rite.¶ Tonſæ oliuæ:comptæ minutis foliis.¶ Procul in prora.i.in parte extrema.¶ Effundit pectore:hoc eſt cum dolore: ut Fūditq; p̄ces rex pectore ab imo.¶ Preces deſcēdere in oēs:ſi quid inuidiæ eſt in humilimis precibus imputandū eſt Iunoni.Nā omnes dicendo etiam humiles ſignificat:unde ait etiam deſcendere.¶ Quā nec longa dies:ideſt tēpus de quo licet melius fœminino genere dicamus tamen etiam maſculino dicimus. Nam de certo die maſculino tantum utēdum eſt.¶ Pietas nec mitigat: aut troianorum:qui pii ſunt:aut certe propter illud: Iunoni argiuæ iuſſos adolemus honores: quaſi quæ nec ſacrificiis placaret.¶ Infracta:ualde fracta:ut Turnus ut infractos aduerſo marte latinos.Media de gēte:ideſt totius gentis potētem.¶ Exediſſe: muliebriter dictum.Nam ide eſt quod ſequitur. Cineres atq; oſſa peremptæ.Sāe edo habet & rectam ſed antiquā declinationem:ut edo edis edit:& anomalam ut edo es eſt:quarum ſecunda & tertia perſonæ longæ ſunt: propter differentiam ſum es eſt.Edit autem in præterito producit e ut legit.¶ Cauſas tāti ſciat illa furoris: bene ſupprimit.Cōtra ipſam.n.ſunt quæ Iuno exequtur in decimo:ut Mę duce Dardanius ſpartam expugnauit adulter.¶ Quā molem:ut Tantas audetis tollere moles.¶ Nequiq̄:aut ſine cauſa.i.nulla extante ratione aut nequiq̄ quantū ad eius ptinet mētē: unam enim nauem ex omnibus uertit.¶ In regnis hoc auſa tuis:ut Nō illi imperium pelagi : ſæuumq; tridentē.

¶DONA. Iunonis gra.magnū artificiū:nā in ipſo principio & ſuā pſonā cōmēdat:& aduerſariæ deturpat & incipit a nomine:& addit grauis ira & exaggerat qd̄ pectus eius dicat inſaturabile:Quā autē crudelis in troianis ſit ipſius Neptuni teſtimonio probat.

¶CHRI. Treis:nā numeros deus impare gaudet. Oliua aūt coronatus erat : quoniam Mineruæ ſacra eſt arbor:ſine qua dea quoniam ſapientia eſt in italiā .i.ad uitam contemplatiuam accedere non licet:Preterea pacis ſignum eſt hæc arbor : & niſi animū paccatum extinctis perturbationibus geremus nunquā res altas ſpeculabimur.Sacrificantem autem proſper uētus proſequebatur:ideſt comitabatur:quia propitiati dii auxilium ferunt ſine quo ad tātam uitæ ſublimitatem nunq̄ erigemur.¶ Certatim ſocii: nam proueniente diuino furore omnes animi uires utuntur.¶ Venus autem :ideſt ipſe amor rerum diuinarum excitat neptunum : ideſt rationem ſuperiorem qui curet ne mare tempeſtatibus inſurgat : ideſt ne appetitus perturbationibus ſupra modum concitetur.Eſt autem uētus a puppi proſper:nam impellit nauem quo uolumus:quo ſignificatur appetitus rationi obtemperans:quo facile in italiam:ideſt in contemplationem ferimur : inuehit̄ autem in Iunonem: ideſt in ambitionem:quia nullum uitium eſt:quod tantum aduerſetur uolentibus ad cōtemplationem:proficiſci:Sed hæc latius in noſtris allegoriis inuenies.¶ Iunonis grauis ira:uehemens principium & quod prouenit ab inuectiua.Captat beniuolentiam ab aduerſaria quam onerat inuidia: cum abutatur potentia ſua feraturq; animi perturbatione ſcilicet grauiſſima ira.Et cum etiam crudeliſſimi ſoleant aut temporis diuturnitate quæ omnibus perturbationibus ſolet mederi:aut aduerſariorum pietate molliri : ipſa immota manet.Onerat & ſuperbia:cum oſtendat illam aduerſus fata & Iouis imperium audere. Poſtremo ꝙ diruta urbe & gente troianorum magna ex parte delata adhuc in reliquios ſæuiat.¶ Reliquias troiæ: cum odiū ultra mortem procedere non debeat:ipſa etiam cineres inſectatur.¶ Traxiſſe:quaſi inuitam:nam pœna inuita ſequi uidetur:cum excedit modum cum infertur quo non eſt inferenda.¶ Cineres & oſſa : nam ut damnatur illa crudelitas quæ ſeuit in mortuos : ſic & illa quæ ſæuit in eos quorūiam patria diruta eſt. ¶ Sciat illa : quaſi dicat quas nemo ſcit: quia non ſunt:Et eſt quaſi occupatio:ut ſi diceret:non dicam q̄ iniuſte hæc fecerit.¶ Ipſe mihi: proſequitur in occupatione: ut ſit & illa dicat cauſas quæ nullæ ſunt:neq; narrabo qua tempeſtate illos affecerit:quia tu noſti.¶ Quam molem: Vnico uerbo multa menti auditorum:ſubiicit quaſi dicat q̄ immenſam q̄ ponderoſam tempeſtatem q̄ exurgentem q̄tum cuncta obruentem.¶ Subito:ergo ex improuiſo : ergo magis ineuitabilem.¶ Maria omnia cœlo Mi.ergo qd magis excogitari poteſt.¶ In regnis hoc auſa tuis: Omnibus ex locis augetur res quia ſine cauſa: quia inextinguibilis ira fuerit : quia in miſeros excitata tempeſtas: quia ita magna ut non poſſit exprimi:quia deniq; in regnis alienis.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

¶SER. Actis:furore cõpulſis:ut Reginam alecto ſtimulis agit undiq; Bacchi.¶Ignotæ : ignobili : ut Nam ſæpe fauos ignotus adedit ſtellio:& dixit ignotam Italiæ comparatione.Nam ignota non erat ad quã bis troiani uenerant.¶Vela tibi.i.per regnum tuum.¶Si conceſſa peto:ſiquidem:Nam ſi modo confirmantis eſt : agit autem a poſſibili.¶Fas omne eſt:fas te eſt:hoc eſt poſſibile eſt.¶Meis regnis fidere:nam fido datiuum tantum regit.¶Vnde gẽus ducis:ut diximus ſupra:quia feliciter eſt nauigaturus Aeneas:Venerem dicit e mari procreatam:& ut fert fabula.Cælus pater fuit Saturni:cui quum iratus filius falce uirilia amputaſſet:lapſa in mare ſũt

| | |
|---|---|
| de quo℞ cruore & maris ſpuma nata dicitur Venus. unde & ἀφροδίτη dicitur ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ : ſed hoc habet ratio:omnes uires uſu uenereo debilitantur:q ſine corporis damno non geritur.unde fingitur nata Vẽus per damnum:de mari autem ideo: quia dicũt phyſici ſudorem ſalſum eſſe:quem ſemper elicit coitus:Vnde & myrtus ei conſecrata eſt:quæ littoribus gaudet:ut Littora myrtetis lætiſſima:ideo autem diximus Cælus pater:ut deum ſignificaremus:Nullus enim deus generis neutri eſt:nam Cælũ generis neutri elemẽtum ſignificat:unde & οὐρανος Saturni pater quoq; dicitur.¶Merui quoq; : etiam præſtiti : ut Nec te regina negabo promeritam. alii dicũt militaui:ut Aere merent paruo.¶Rabiem tantã cæliq; mariſq;:ut ĩ prio legius:Gemerẽtq; repleti Amnes Ho. ἐν δ' ἔπεσον μεγάλῳ πάταγῳ βράχε δ' αἰπὰ ῥέεθρα. ὄχθαι δ' ἀμφὶ περὶ μεγάλ' ἴαχον: οἱ δ' ἀλαλῆτῳ ἔννεον ἔνθα καὶ ἔνθα ἑλισσόμενοι κατὰ δίνας: Et paulo poſt. ὡς ὑπὸ ... ξάνθου βαθυδίνηεντος πλῆτο ῥόος κελάδων. ¶In terris : etiam in terris.nam augmentum eſt.¶In mare ſe Xãthus:omnia hæc Homeri ſũt: Pelide Tũc ego forti congreſſum æneã nec diis nec uiribus æqs nube caua eripui hic locus ex Homero captus eſt. | Pro ſcelus:ecce etiam troianis matribus actis<br>Exuſſit fœde puppes:& claſſe ſubegit<br>Amiſſa: ſocios ignotæ linquere terræ:<br>Quod ſupereſt:oro:liceat dare tuta p undas<br>Vela tibi:liceat Laurentem attingere Tybrim:<br>Si conceſſa peto:ſi dant ea mœnia Parcæ.<br>Tũc Saturnius hæc domitor maris edidit alti.<br>Fas omne eſt Cytherea meis te fidere regnis.<br>Vnde genus ducis:merui quoq;: ſæpe furores<br>Compreſſi:& rabiem tantam:Cæliq;:Mariſq;:<br>Nec minor in terris:Xãthũ Simoentaq; teſtor<br>Aeneæ mihi cura tui:cum Troia Achilles<br>Exanimata ſequẽs impingeret agmina muris:<br>Milia multa daret leto:gemerentq; repleti<br>Amnes: nec reperire uiã:atq; euoluere poſſet<br>In mare ſe Xanthus:Pelidæ tunc ego forti<br>Cõgreſſum Aeneam:nec diis:nec uiribus æqs:<br>Nube caua eripui.cuperem cũ uertere ab imo<br>Structa meis manibus periuræ mœnia Troiæ:<br>Nunc quoq; mẽs eadẽ pſtat mihi:pelle tiores.<br>Tutus quos optas portus accedet Auerni.<br>Vnus erit tantum:amiſſum quẽ gurgite qres.<br>Vnum pro multis dabitur caput.<br>His ubi læta Deæ permulſit pectora dictis:<br>Iungit equos curru genitor : ſpumãtiaq; addit<br>Frena feris:manibuſq; oẽs effundit habenas.<br>Cæruleo per ſumma leuis uolat æquora curru.<br>Subſidunt undæ:tumidumq; ſub axe tonanti<br>Sternit' æquor aqs:fugiũt uaſto æther nimbi. |

ἴξε δ' ὅθ' Αἰνείας ἦδ' ὁ κλυτὸς ἦεν Ἀχιλλεύς
αὐτίκα τῷ μὲν ἔπειτα κατ' ὀφθαλμῶν χέεν ἀχλὺν
Πηλεΐδῃ Ἀχιλῆϊ, ὁ δὲ μελίην εὔχαλκον
ἀσπίδος ἐξέρυσε μεγαλήτορος Αἰνείαο
καὶ τὴν μὲν προπάροιθε ποδῶν Ἀχιλῆος ἔθηκεν
Αἰνείαν δ' ἔσσευεν ἀπὸ χθονὸς ὑψόσ' ἀείρας
πολλὰς δὲ στίχας ἡρώων πολλὰς δὲ καὶ ἵππων
Αἰνείας ὑπερᾶλτο θεοῦ ἀπὸ χειρὸς ὀρούσας.

¶Nec.d.n.ui.æqs:hoc eſt aduerſis.Liptotes figura eſt aut non æquis:ideſt non quais fauore.Plures.n. græcis fauebant.De matribus autẽ intelligere non poſſumus:quia Thetyde melior Venus ẽ:& ei præſenti derogare nollet.¶Cuperem cum uertere ab imo:quod propriũ eius eſt:ut Magnoq; emota tridenti Fundamenta quatit.hinc ut ſupra diximus ἐνοσίχθων dictus ẽ.& fecit augmentũ:quum ſe pſtitiſſe dixit iratum.¶Portus accedet: hic diſtinguendum ne ſit cõtrarium Veneris petitioni:quæ ait:Liceat laurentem attingere thybrim.¶Amiſſum quem gurgite quæres:Miſenum dicit:de quo legimus Inter ſaxa uirum ſpumoſa immerſerat unda.¶Vnum pro multis dabitur caput:Palinurum ſignificat:Nam falſum erit:ſi unum uoluerimus accipere.duos enim conſtat periſſe:Miſenum & Palinurum.¶Læta permulſit:aut permulſit & lætam fecit:ut Animumq; labantem impulit: aut certe perpetuum ẽ epitheton Veneris:quam Homerum uoca φιλομειδής.¶Spumantia frena:ſpumas uomentia.¶Feris: equis ut Inq; feri curuam compagibus aluum contorſit.

¶CHRI. Pro ſcelus:ab exclamatione auget.¶Ecce:ex ĩprouiſo.q.d.qd' nemo tanq̃ crediſſet.¶Troianis matribus actis:nã qd' potuit eſſe crudelius q̃ troianis a troianis mulieribus tãtã cladẽ ĩferri.¶Quod ſupereſt: nõ ſine magne cõditiõe miſericordiæ petitur auxiliũ his paucis qui de multis ſupſunt . Neq; petit' res magna. Sed quæ cuicũq; cõcedi ſoleat:ut liceat enauigare & ad ea loca quæ a fatis conceduntur.¶Fas omne eſt cytherea meis te fidere regnis:Cõpone eſt oẽ fas te fidere.i.ita iuſtum eẽ te fidere:ut nihil ſit in hac fiducia:qd' non ſit iuſtũ.¶Vnde:Ex qbus.¶Merui:Quod fideres:nã ea feci:q̃ te facilr pſuadere poſſint ut fidas . Nã ſi extra mea regna & ubi ſine fraude id officiũ negligere potui:& cuperẽ troiã perire:ego tamẽ æneã a morte eripui : q̃to magis quod ad meam fidem ptinere uidetur:ut nauigantes p mea regna tuti ſint ipſum incolumẽ eẽ operã dabo.

¶SER. Variæ comitum facies:aut beluas dicit marinas ſecũdum naturas:aut poetice deos marinos.¶ Immania cete:το κητοσ κητη:ut βηλος βηλη.Nã latine ſic declinari nõ poteſt.Nullũ enim apud nos animal generis neutri eſt:niſi forte hic cetus huius ceti dicamus:quod nuſq̃ lectum eſt:nam dicuntur canes marini.¶ Et ſenior glauci chorus:Glaucus piſcator fuit:qui cum captos piſces ſuper herbam abieciſſet:& eos recepiſſe uidiſſet quam amiſerant uitam:intellecta herbarum potentia:eſu earum in deum mutatus eſt: cuius hic chorũ ideo ſenem dixit:quia & ipe ſenex fuerat:aut certe ſeniorem dicit propter ſpũarum colorem:ſicut pene omnes dii finguntur marini.¶ Inouſq; palæmon: Melicerta Inus filius.Et notandum patronymicum a matre in auctore idoneo.¶ Phorciq; exercitus omnis: dii qui ſub Phorco agunt.hic autem Phorcus dicitur Thooſæ nymphæ & Neptuni filius: ut autem Varro dicit rex fuit Corſicæ & Sardiniæ: qui cum ab Atlante rege nauali certamine cum magna exercitus parte fuiſſet uictus & obrutus:finxerunt ſocii eius eum in deũ marinum eſſe conuerſum.¶ Leuat tenent thetys: ſatis prudẽter ſexum debiliorem ſiniſtræ applicat parti.¶ Niſæe:media diphthongus eſt.¶ Viciſſim: quia reliquerat quidem ſocios: ſed feliciter petebat italiã.¶ Pertentant: ſollicitant.¶ Attolli malos: ideſt uela: per malorum uolubilitatem leuari: nam quum nauigarent:iam non dubium q olim erexerant arbores.¶ Fecere pedem:podiam: ideſt funem quo tenditur uelum quod græci ποδα uocant.¶ Siniſtros nũc dextros:pro auræ mutabilitate.¶ Cornua: antenarũ extremitatem.¶ Sua flamina:proſpera a puppi uenientia.¶ Princeps ante omnes:unum uacat quæ figura ενπαραλληλου dicitur cũ unum ad alterius expoſitionem uenit.¶ Mediam cæli metam: perite locutus eſt:Nam mediũ cælum meta eſt:αναβιβαζοντος: ideſt aſcẽdentis circuli:qui medius eſt iter ortũ & occaſum: qui meredianus circulus appellatur. A medio enim cælo & finitur ortus: & occaſus incipit ſiderum alter eſt horizontis: qui ſegregat aſpectum huius cæli ab alio inuiſibili nobis.¶ Sub remis fuſi p dura ſedilia nautæ:ideſt requierant paululum:ſic remos tenentes.¶ Leuis:uel aduentu uel diſceſſu.Nam leuis in utroq; eſt.¶ Diſpulit umbras: nã ſemper deos ambit nimbus.¶ Te palinure petẽs:factioſe aggrediens:appetens:& ſciendum in maius cælebrari Palinuri mortẽ more poetico: quem dormientẽ cecidiſſe in undas ſatis conſtat.¶ Somnia:ſoporem. Bene ãt diſcernit iſta Virgilius: ut ſomnium ipſum deum dicat: Somnium quod dormimus:In ſomnium quod in ſomniis uidemus: ut Falſa ad cælum mittunt inſomnia manes.¶ Iaſidæ:filii Iaſi.¶ Ipſa æquora claſſem:ideſt æſtu & aura noſtra utimur.¶ Aequatæ ſpirant auræ:proſperæ:ut Aequatis claſſem procedere uelis.¶ Pone caput: bene particulatim ad id uenit: quod aperte dictum refutaretur.¶ Labori:ex intuendis ſideribus.¶ Pauliſper: paululum dum tu quieſcis.¶ Vix attollens lumina:aut ſideribus remouens:aut certe numinis præſentia prægrauatus: quod eſt melius.Nam & ſequens eius oratio turbata eſt:quod & ſemiplene indicant elocutiones.

Tunc uariæ comitum facies:immania Cete:
Et ſenior Glauci chorus:Inouſq; Palæmon:
Tritoneſq; citi:Phorciq; exercitus omnis:
Leua tenẽt Tethis:& Melite:Panopæaq; uirgo
Niſæe Spioq;:Thaliaq;:Cymodoceq;:
Hic patris Aeneæ ſuſpenſam blanda uiciſſim
Gaudia pertentant mentẽ:iubet ocius omnes
Attolli malos:intendi brachia uelis:
Vna omnes fecere Pedem:pariterq; ſiniſtros
Nũc dextros ſoluere ſinus.una ardua torquẽt:
Cornua:detorquent:ferunt ſua flamina claſſẽ.
Princeps ante omneis denſũ Palinurus agebat
Agmen:ad hunc alii curſum cõtendere iuſſi.
Iamq; fere mediam Cæli Nox humida metam
Contigerat:placida laxabant membra quiete
Sub remis fuſi per dura ſedilia Nautæ.
Cum leuis ætheréis delapſus Somnus ab aſtris
Aera dimouit tenebroſum: & diſpulit umbras
Te Palinure petens:tibi triſtia ſomnia portans
Inſonti:puppiq; Deus conſedit in alta
Phorbanti ſimilis:fuditq; has ore loquelas:
Iaſide Palinure: ferunt ipſa æquora claſſem:
Aequatæ ſpirant Auræ:datur hora quieti:
Pone caput:feſſoſq; oculos furare labori.

¶CHRI. Cete:quæ adeo magna inueniuntur in ĩdico mari:ut quatuor iugerum ſint ergo immania: ideſt ultra modum magna Phorcus.Neptuni & thooſæ nymphæ filius.Varro ait illum imperaſſe corſicæ & ſardiniæ alii inſulis oceani aphrici & uictum ab Atlante poſtea pro numine marino habitum.Pater fuit Meduſe & cæterarum gorgonum.Probus ait fuiſſe duos phorcos.Alterum deum maris alterum regem in aphrica.¶ Melite: μελιτη enim ab Heſiodus qui has omnes nymphas enumerat in theogonia filias Nerei ex Doride: & quinquaginta eſſe dicit.¶ Tritones:tiberio principi nunciauit oliſiponenſium legatio ob id miſſa uiſum auditumq; in quodam ſpecu conca canentem Tritonem: quæ naſcitur forma. Et nereida nympharum falſa opinio non eſt.Sunt enim humano corpore:uerum ſquammis hiſpido: nam & harum una in eodem littore ſpectata eſt:cuius morientis gemitum triſtem etiam acolæ longæ audiuere. Et diuo auguſto legatus galliæ complures in littore apparere exãimes Nereidas ſcripſit.¶ Pariter:ideſt in eodem tempore omnium nauium nautæ hæc uiciſſim faciebant.Sed ita ut ſemper palinurum tanquam doctorem immitarentur: Neq; minus elegãter in hoc loco tranquilitatem deſcribit q̃ alibi tempeſtatem.¶ Mediam metam: meridianum circulum ĩtelligit quẽ mathematici æq̃torẽ appellãt.¶ Te palinur̃ petẽs:qd p mortẽ palinuri ĩtelligat̃:expſſius enarrauimus in nr̃is allegoriis.¶ Iaſidæ palinur̃:cõciliat bẽiuolẽtiã:qđ deus hoĩẽ ,pprio nĩe alloquatur. Neq; ſolũ ſuo ſed & paterno.¶ Ipſa æquora claſſem:arguit a facili.¶ Datur hora qeti:ponit occaſionem temporis.

Triton

Nereides

Ipſe ego pauliſper pro te tua munera inibo:
Cui uix attollens Palinurus lumina fatur.
Me ne ſalis placidi uultum: fluctuſq; quietos
Ignorare iubes? me ne huic confidere mōſtro?
Aeneā credam quid enim fallacibus Auſtris?
Et Cæli toties deceptus fraude ſereni?
Talia dicta dabat: clauumq; affixus: & hærens
Nuſq̄ amittebat: oculoſq; ſub aſtra tenebat.
Ecce Deus ramum Lethæo rore madentem
Viq; ſoporatum Stygia ſuper utraq; quaſſat
Tempora: cunctantiq; natantia lumina ſoluit:
Vix primos inopina quies laxauerat artus:
Et ſuper icumbens: cum Puppis parte reuulſa
Cumq; gubernaclo liquidas proiecit in undas
Præcipitem: ac ſocios nequiq̄ ſæpe uocantem:
Ipſe uolans tenues ſe ſuſtulit ales in Auras.
Currit iter tutum non ſecius æquore claſſis:
Promiſſiſq; patris Neptuni interrita fertur.
Iamq; adeo ſcopulos Sirenū aduecta ſubibat
Difficiles quondam: multorumq; oſſib9 albos.
Tunc Rauca aſſiduo longe Sale ſaxa ſonabāt:
Cum pater amiſſo fluitantem errare magiſtro
Senſit: & ipſe ratem nocturnis rexit in undis
Multa gemens: caſuq; animū concuſſus amici.
O nimium Cælo: & Pelago confiſe ſereno
Nudus: & ignota Palinure iacebis Arena.

Explicit liber Quintus.

¶ SER. ¶ Vultū: mutabilitatē ꝑ qualitate Ventorū. ¶ Iubes: uis: ut Infandū regina iubes renouare dolorē. ¶ Me ne huic confidere monſtro? ſubaudi uis. ¶ Aeneam credā quod enim: per contrariū cur Aeneā committam cælo & aſtris fallacibus: qui ſum totiens ſerenitatis fraude deceptus. ¶ Quid enim: quidni cur nō. ¶ Fraude ſereni: ſerenitatis: ut Et ſeruantiſſimus æqui. ¶ Viq; ſoporatum ſtygia: morte plenum. ¶ Vtraq; tempora: per utrunq; tempus. ¶ Cunctanti: q̈ſi reluctanti: nam niſi cui adhæret natans ꝑ mare effugere non potuiſſet pelagus. ¶ Natātia: errātia: ſōni uicinitate. ¶ Cū puppis ꝑte, ꝓœconomia: ut triduo natare potuerit. ¶ Currit iter: ut Cicero pro murena: Ite uiam: redite uiam. ¶ Tutum præſidio Neptuni. ¶ Sirenum: Sirenes ſecundum fabulam tres in parte uirgines fuerunt: in parte uolucres: Acheloi fluminis: & Calliopeș muſæ filiæ: harum una uoce: altera: tibiis: alia lyra canebat: & primo iuxta pelorum: poſt in capreis inſula habitauerunt: quæ illectos ſuo cantu ī naufragia deducebant. Secundum ueritatem meretrices fuerunt: quæ tranſeuntes: quoniam deducebant ad egeſtatem his fictæ ſunt inferre naufragia: has Vlyxes contemnendo deduxit ad mortem. Sirenum autem genitiuus eſt ueniens ab hac ſirene. ¶ Tunc rauca: ac ſi diceret ante hac delectabili uoce reſonabant. ¶ Tunc fluctibus ſolis: & bene imitatus eſt maris ſtridorem. ¶ Sale ſaxa ſonabant. ¶ Cum pater amiſſo fluitantem errare magiſtro: naturale enim eſt ut fluctuet nauis ſine gubernatore. ¶ Nocturnis rexit in undis: dat ei hoc: & in decimo: ut Ipſe ſedens clauumq; regit ueliſq; miniſtrat. ¶ Multa gemens: nomen pro aduerbio: pro multum. ¶ Caſu amici: ꝓpter ruinam alluſit ad nomen. ¶ Pelago confiſe: hoc eſt quod ſupra Palinurus excuſat. ¶ Nudus: inſepultus: mortuus: Vt freta deſtituent nudos in littore piſces. ¶ Ignota: peregrina: ante non uiſa. Nam in ſexto dicturus eſt Paulatim adnabam terræ: iamq; arua tenebam. Sciendum ſane Tuccam & Varum hunc finem quinti eſſe uoluiſſe: nam a Virgilius duo uerſus ſequentes huic iuncti fuerunt. Vnde in nonnullis antiquis codicibus ſexti initium eſt: Obuertunt pelago proras tum dente tenaci.

¶ CHRI. Vi: uirtute alicuius rei. ¶ Soporatum: uī ſaporem inferendi habentem. ¶ Natantia: expreſſit fluctuationem illam qua oculi ſomno grauati premuntur. ¶ Laxauerat: nam reſoluntur ſomno. ¶ Inopina: nam naturali uia non uenerat ſomnus. Ergo non antea illum præſenſit. ¶ Sirenum: ſunt qui dicant harum nomina eſſe Parthenopem: Leucoſiam: & lygiam. Dicuntur autem ab eo quod eſt ειρειν: qđ ſignificat connectere & retinere: & aſpiratio conuertitur in ſ ut cum dicimus ἓξ ſex & ἑπτα ſeptem: & ei in i longam. A parthenope una ex ſirenibus dicta eſt parthenope urbs: quam deinde Auguſtus Neapolim nuncupari uoluit. Plato tamen in libro de reipubli. cū ſphærarum cœleſtium uolubilitate tractaret ſingulas dixit ſyrenas ſingulis orbibus inſidere motum ſphærarum ſignificans. Nam ſirem græce deo canens recte exprimitur ut etiam Macrobius oſtendit. Poetæ tamen capiūt ſirenas pro ſenſuum uoluptatibus quæ uirilem etiam animum effœminare poſſunt: niſi aſſit ſapientia: quæ mentem noſtram ab illarum illecebris auertat unde fingūt Vlyxem aures ſibi ſuiſq; cera obturaſſe: ne cantus ſirenum audiret. Nam ſapientum præcepta ſunt ne illas audiamus. Nō enim facile eſt deinde abſtinere. Quod uero palinurus deceptus a ſomno perierit: & Aeneas temoni regendo ſubierit non caret ratione: Sed hæc in allegoriis dilucide inuenies.

Sirenū

Parthenope

Explicit Liber Quintus.

Ic fatur lachrimans:claſſi. Totus quidem Virgilius ſcientia plenus eſt: in qua hic liber poſſidet principatum:Cuius ex Homero pars maior ſumpa eſt.Et dicuntur aliqua ſimpliciter: multa de hiſtoria:multa per altam ſcientiam philoſophorum ægyptiorum:adeo ut pleriq; de his ſingulis huius libri integras ſcripſerint pragmatias.Sane ſciendum licet primos duos uerſus Probus & alii in quinti reliquerint fine.prudenter ad initium ſexti eſſe tranſlatos.Nam & coniunctio poematis melior eſt:& Homerus etiã ſic ĩchoauit ωςφατο δακρυχέων. ¶ Claſſiq; ĩmittit habcans:nauibus:aut ſuæ naui q̃ claſſis dr̃:uel quæ fiat de fuſtibus.Calas enim dicebant maiores noſtri fuſtes:quos portabant ſerui ſequentes dominum ad p̃lium:unde etiam calones dicebantur.Nam conſuetudo militis erat romani:ut ipſe ſibi arma portaret:& uallum quod dicebant calam:ſic Lucilius: Scinde puer calam:ut caleas: ideſt o puer frange fuſtes & fac focum:Inde etiam claſſem dictam dicunt. Alii claſſem hinc dictam uolunt.Apud maiores noſtros ſtipendium terreſtri prælio miles pedes dabat.Equites uero dabant in nauali certamine.Nam adhuc pauper fuerat populus:exĩde iam quod ab equitibus dabatur ſtipendium:tractum eſt ut diceretur claſſes. Proprie enim claſſes equitum dicimus. ¶ Claſſiq;:aut ſuæ naui:quæ claſſis:ut ĩ primo diximus dicta eſt απο τῶν κάλων : ideſt a lignis : unde Horatiꝰ:Me uel extremos numidarum in agros claſſe releget: aut omniũ quæ eius curſum ſequuntur.Palinuri enim implet officium:de quo ſupra ait:Ad hunc alii curſum cõtẽ der iuſſi. ¶ Immittit habenas:aut funes per metaphoram dixit:aut Homerum ſecutus eſt:qui ait.

εντυναντο δερετμὰτροποις εν δερματινοισιν.

Et alibi.

ἑλκον δισια λευκα ευςρεπτοισι βοεοσι.

ideſt loris tortis.his enim utebantur antiqui. ¶ Et tãdem:Ad Aeneæ deſiderium rettulit:olim ad Italiam uenire cupientis.Cæterum mota nõ cõgruit de cap̃is cumas uſq; ad uicinitatẽ tam longam fuiſſe nauigationem:præſertim accedẽte fauore.Neptuni. ¶ Euboicis oris:a colonia cumas appellauit. Nã cuboea inſula eſt:in qua chalcis ciuitas: eſt de qua uenerũt qui cõdiderũt ciuitatẽ in campania:quã cumas uocarũt: uel απο τῶν κυματων : uel a grauidæ mulieris augurio:quæ græce εγκυος dicitur. ¶ Allabitur: uenit celeriter:ut Labere nympha Polo. ¶ Pelago:ĩ pelagus ut It clamor cælo.Bene autẽ obuertũt:ut nõ Aeneæ: ſed ſociis uilia dent officia.Gubernãdi ars ſoli conceditur Aeneæ. ¶ Dẽte tenaci:unde in primo: Vnco nõ alligat anchora morſu. ¶ Anchora ut diximus in græco aſpirationem non habet : unde αγκυρα dicitur : unde apud maiores ſine aſpiratione proferebatur.contra thus & orchus ueteres dicebant & lurcho : ideſt uorax : quibus ſequens ætas: detraxit aſpirationem.




ADILON.

Quæruntur ſexto manes:& Tartara Ditis.

Modeſtini Iuriſconſulti.Argumentum. VI.

Vmas deinde uenit:fert hinc reſponſa Sibyllæ:
Miſenũ ſepelit: Mons ſeruat nomen humati:
Ramũ etiã ante Deum placato numĩe portat.
Et Vates longæua una deſcendit Auernum.
Agnoſcit Palinurum:& ibi ſolatur Eliſſam.
Deiphobumq; uidet lacerum crudeliter ora:
Vmbrarum pœnas diſcit narrante Sibylla.
Conuenit Anchiſen: penituſq; in ualle uirenti
Agnoſcitq; ſuam prolem monſtrante Parente.
Hæc ubi percepit:graditur:ſocioſq; reuiſit.

P. Virgilii Maronis Aenei.Liber Sextus.

Ic fatur lachrymans : claſſiq; immittit habenas.
Et tandem Euboicis cumarum allabitur oris.
Obuertunt Pelago proras : tum dente tenaci
Anchora fundabat naueis:& littora curuæ

¶ DONA. Commentum non extat uſq; ad eum locum Cui fides achates It comes.

¶ CHRI. Sic fatur lachrymãs:cum ea ratione ex troia diſceſſiſſet æneas ut in italiam:ideſt ad ſummũ bonum perueniret:oportuit eũ uariis erroribus uerſatum cognoſcere id quod quærebat ſummum bonum in nulla alia re niſi in diuinarum rerum cognitione conſiſtere.Diſceſſit ergo ex troia:ideſt ex corporea uoluptate quam uenus confeſſa deam & qualis cœlicolis uideri ſolet:ideſt uerus amor rerum diuinarum demõſtrauit nulli deo placere.Diſceſſit ex thracia atq; ex ſtrophadibus cum cognoſceret diuitias ſiue dolo:ſiue ui partas non habere ſummũ bonũ. Diſceſſit

pro funibus. ex Caelio Urbano antiquo grammatico Pic. vide in fine. [illegible] enim [illegible] funes e crudo corio in singulas longas secto.

excreta:quæ uitæ ciuilis & quæ magis corpus q̃ animam ſpectet ſymbolum habet:cum deprehenderat originé nr̃a nõ a corpore re caduca & momẽtanea ſed ab animo eẽ. Quæ oĩa nos diligẽtius cũ huiuſcemodi ꝓfundiores ſenſus figmẽtis poeticis abſtruſos eruere & in lucẽ ꝓferre conaremur pro uiribus aperuimus:nec abſonũ fuit ꝙ petentes italiá iuno.i.ambitio illũ carthaginé.i.ad uitá ciuilẽ retruderet. Nũc uero cũ tádẽ e ſicilia loco omnino italiæ uicino enauigaret nõ prius tamẽ portũ tágere potuit q̃ Neptunnus:qué nos rationé ſuperiorem eẽ oſtẽdimus maria.i.partẽ animi cõcupiſcibilẽ penitus placauerit:Et palinurus.i.appetitus rationi repugnans a temõe.i.a uite adminiſtratiõe remotus ſit:& ipſe æneas.i.ipſe ĩtellectus gubernaculo ſubiret. Nunq̃.n. in trãquillũ portũ:in quo cognitioni ĩuigilemus:uenire poterimus:niſi prius mare a tẽpeſtatibus ſedetur.i.appetitus oĩbus perturbationibus uacet.Et niſi appetitus qui rationi aduerſat̃ ab ipſo temõe.i.a uite adminiſtratiõe dimoueat̃.Hic palinurus iure appellat̃.Nã παλιν retro ſignificat & ουρος uentus quaſi clarus uẽtus. Et niſi æneas temonẽ ſuſcipiat.i.uir laude dignus αινος.n.laudẽ.Laus.n.nõ eſt niſi in uirtute.Rebus itaq; ſic diſpoſitis portũ tandem intrat.Hoc.n.nõ niſi poſt lõgũ tẽpus & multa cũ difficultate nobis euenit.Sed huiuſcemodi rebus ꝓfundioris ſenſus omiſſis redeamus ad hiſtoriá.¶ Sic fat̃ lachrymãs:ꝑpoſitio.i.decorũ in ænea ſeruat poeta.Lachrymas ergo emittit tribues hæc amicitiæ:nec tamẽ ita ex mœrore torpet:quin ea q̃ agẽda ſunt ſtrenue agat.¶ Claſſi:ꝑter eam ſignificationem q̃ dat Ser.claſſes etiam dixerunt ciuitates & populi ſecũdum cẽſus diuiſionẽ itaq; pr̃ia erat,claſſis eorũ q cẽtũ miliũ aeris:aut maiorẽ cẽſũ hẽrẽt:& habebat.lxxx.cẽturias q̃dragenas iuniorum & totidẽ ſeniorum:& iuniores quidem ut foris bella gererẽt:ſeniores urbis cuſtodiam haberẽt. Additæ duæ fabrũ centuriæ:quæ ſine armis ſtipendia facerẽt.Munus datũ ut Machinas in bello ferrent.Secũda claſſis infra cẽtũ uſq; ad.lxxv.millia ex his ſenioribus iunioribuſq;.xx.cõſcriptæ centuriæ.Tertia claſſis quinq̃gita miliũ cẽſus fuit.Quarta claſſis.xxv.miliũ.Quĩta claſſis.xxx.cẽturias habuit fundas lapideſq; miſſiles hi gerebãt in iis cornices ac tibicĩes i.iii.cẽturias diſtribuit.Et tãdẽ nõ refert̃ ad breuẽ hãc ex ſicilia nauigationẽ:ſed ad id tẽpus ex quo e troia nauigauit ergo tandẽ poſt errores ſeptennales.¶ Euboicis: de cumis dixius in tertio.

Prætexũt puppes:iuuenũ man⁹ emicat ardẽs
Littus in heſperium:quærit pars ſemĩa flãmæ
Abſtruſa in uenis Silicis:pars denſa ferarum
Tecta rapit:ſiluas:inuẽtaq; flumina monſtrat.
At pius Aeneas:arces:quibus altus Apollo
Præſidet:horrendæq; procul ſecreta Sibyllæ

¶ SER. Iuuenũ manus:poſt cõditá in ſicilia ciuitatẽ:ſenũ aut nulla aut rara fit mẽtio.¶ Ardẽs:feſtinãs ut Inſtant ardens tyrii.¶ Littus in heſperiũ:hĩc oſtenditur heſperiá minorẽ eẽ oẽm Italiá dictá:ut ſupra dixim⁹ uel a rege uel a ſtella.¶ Semĩa flãmæ:σπερματα πυρος Home.dicit.¶ Abſtruſa in uenis ſilicis:ſic in georgicis Vt ſilicis uenis abſtruſũ excuderet ignẽ. ¶ Ferarũ tecta:ephexegeſis ſiluæ.¶ Flumĩa mõſtrat:quæcũq; fluentẽ.Et ſciendũ Aeneæ mõſtrari ad expiandũ ſe.Nam funeſtatus fuerat morte Palinuri:nõ ꝙ eũ uiderit:ſed ꝙ funus agnouerat.i.doluerat.In eo.n.eſt pollutio:qđ ait Caſuq; animum cõcuſſus amici.Nam ipſa impiant quæ cognoſcimus:unde in Liuio habemus Horatium Puluillum:quũ capitoliũ dedicare uellet:audiſſe ab inimico mortuum filiũ:& ne pollutus dedicare nõ poſſet:reſpondiſſe cadauer ſit hãc autẽ purgationẽ Aeneæ polluto dat ubiq; Virgi.ut paulo poſt:Corpuſq; recenti Spargit aqua.¶ At pius æneas:quippe ad tẽpla feſtinans.¶ Arces qbus altus apollo:quũ ubiq; arx Ioui detur apud Cumas in arce Apollinis tẽplum eſt:altus autẽ uel magnus:ut Iacet altus orontes:& de ipſo Apolline:Sic pater ille deũ faciat ſic altus apollo:uel ad ſimulacri magnitudinem rettulit:quod eſſe conſtat altiſſimum.¶ Quibus ꝑſidet:qbus ꝑeſt:q̃s defendit.¶ Horrendæ:uenerandæ:ut Horrendum ſiluis & religione parentum.¶ Procul:haud lõge:procul enim eſt & quod præ oculis eſt:& quod porro ab oculis:unde & duplicem habet ſignificationem & iuxta & longe.

¶ CHRI. Prætexunt:operiunt:abſcondunt:ut hocq; prætexit nomine culpam:& eſt hyperbole.¶ Abſtruſum:ſic in Georgi.Mellaq; decuſſit foliis:ignemq; remouit:& paulo infra.Abſtruſum in uenis ſilicis excuderet ignem.¶ At pius æne.obſeruat id in ſuo libro poeta:quod in uita humana omnium maximum ac præſtãtiſſimum dicitur & quod ab omnibus philoſophis tantis laudibus decantatur:quod græci πρεπον noſtri decorum appellant.Reliqui igitur humilioribus rebus intenti erant quoniam & humilius in illis erat ingenium & animus.Aeneas autem qui omnia humana inferiora ſe eſſe putaret:nihilq; non altum mente tractaret:iis omiſſis religioni & diuinis rebus operam dabat:poſſumus & altiorem ſenſum afferre:nam cum reliqui quorum ratio perturbationibus obſiſtere nequit ſemina flammæ:ideſt materiam & iracundiæ & reliquis ardentioribus cupiditatibus quærant:cum obſcuritatem nemorum:ideſt omnium rerum inſcitiam:unde uitia ſunt ſubeant:cum tecta ferarum:ideſt uitiorũ habitacula:q habitus appellat̃:petant.Vir alti & magni ingenii terrena omnia deſpiciens templum Apollinis petit:ut fœlicitatem conſequi poſſit:Quam quidẽ partim noſtra ſapientia:partim diuino furore acquirere poſſumus. Addit ergo templum apollinis:nam ut etiam noſtri theologi teſtantur initium ſapientiæ eſt timor domini.¶ Altus:nam nihil excelſius ipſa diuinitate.Et montem etiam noſtræ litteræ pro ſpeculatione ponunt unde illud:Quis aſcendet in montem domini:aut quis ſtabit in loco ſancto eius.¶ Altus:cuius templum in alto:ideſt in mõte poſitus eſſet.Vel altus propter proceritatem ſimulachri:nã apud antiquos pleræq; ex maioribus ſtatuis quos coloſeos appellant:Apollini erant dedicatæ:nam in capitolio una erat tranſlata a Lucullo ex appollonia ponti urbe.xxx.cubitorum. ¶ Cares:autem Lyndius Lyſippi diſcipulus ſolis coloſſum rhodi fecit.lxx.cubitorum quæ ſtatua poſt.lvi.annos terræmotu diruta eſt:& in plurimas partes diſrupta:cuius pollicem:ut ait Plinius pauci amplecti ualebãt erat Apollo in biblyotheca Auguſti.l.pedum.Xenodorus rome ſtatuam.cxx.pedum Neroni erexit:quæ poſt illius mortem damnatis ſuis moribus ſoli eſt dedicata.

¶SER. Antrum in.p.ephexegeſis eſt domus ſibyllæ.¶Mentem animumq;:periſſologia eſt:nam ſecūdum Lucretium:unum eſt mens & animus:q̄uis tamen pro ſapientia mens accipitur & intellectu:animus uero pro uoluntate ut terent:mala mens malus animus.¶Delius inſpirat uates: Apollo fatidicus: & ſic ait Delius: ut Nunc lyciæ ſortes:ideſt appollineæ.Bene autem quid ſit ſibylla expreſſit: Magnam cui mentem animumq; Delius inſpirat uates:nam ut ſupra diximus ſibylla dicta eſt quaſi σιου βουλη:ideſt dei ſentētia.Aeolici enim σιους deos dicunt.¶Triuiæ lucos:congrue Apollini & Dianæ iuncta ſunt templa: ut paulo poſt Phœbi triuiæq; ſacerdos.Et bene fit lucorum dianæ commemoratio: quia petiturus eſt inferos. ¶Aurea tecta apollinis.¶Dædalus(ut fama eſt)fugiens minoia regna:indicato a Sole adulterio Martis & Veneris:Vulcanus minutiſſimis catænis lectulum cinxit: quibus Venus & Mars ignorantes implicati ſunt:& cum ingenti turpitudine reſoluti ſub teſtimonio cunctorum deorum:quod factum Venus uehementer dolens ſtirpem omnem perſequi Solis infandis amoribus cœpit. Igitur Paſiphae Solis filia Minois regis cretæ uxor tauri amore flagrauit:& arte Dædali incluſa intra uaccam ligneam ſeptam corio iuuencæ pulcherrimæ cum tauro concubuit:unde natus eſt minotaurus: qui intra labyrinthum incluſus humanis carnibus ueſcebatur:ſed Minos de Paſiphae habuit liberos plures:Androgeum: ariadnem: Phædram: ſed Androgeus quum eſſet athlæta fortiſſimus:& ſuperaret in agonibus cunctos apud athenas: ab athenienſibus & uicinis megarenſibus coniuratis occiſus eſt.Quod minos dolens collectis nauibus bella commouit:& uictis athenienſibus:pœnam hanc ſtatuit:ut ſingulis quibuſq; annis ſeptem de filiis & ſeptem de filiabus ſuis edendos minotauro mitterent ſcilicet tertio anno Aegei filius Theſeus miſſus eſt potens tam uirtute q̄ forma: qui quum ab Ariadna regis filia amatus fuiſſet:Dædali conſilio filio iter rexit:& necato minotauro cum rapta Ariadna uictor aufugit:quæ quum omnia factione Dædali Minos deprehendiſſet effecta:eum cum Icaro filio ſeruandum in labyrinthum truſit:ſed Dædalus corruptis cuſtodibus ſub faciēdi muneris ſpecie:quo ſimulabat poſſe regem placari:cæram accepit:& pennas:unde tam ſibi q̄ filio alis impoſitis euolauit.Icharus altiora petens pennis ſolis calore reſolutis mari in quod cecidit nomen impoſuit:& icarium mare uocari cœptum eſt.Dædalus uero primo ſardiniam:ut dicit Saluſtius poſt delatus eſt cumas:& templo Apollini condito in foribus hæc uniuerſa depinxit.Dicendo autem Virgilius ut fama eſt:oſtendit requirēdam eſſe ueritate.Nam Taurus notarius Minois fuit:uel ut alii dicunt magiſter militum Minois fuit:quem Paſiphae amauit:cum quo in domo Dædali concubuit:& quia geminos peperit unum de Minoe: alterum de Tauro: enixam eſſe: Minotaurum dicitur:quod & ipſe paulopoſt oſtendit dicens:Mixtumq; genus:ſed incluſum Dædalum regina corruptis cuſtodibus relaxauit:qui amiſſo in mari filio naui delatus eſt cumas:quod ipſum tangit dicens.Remigio alarum.Alæ enim & uolucrum ſunt & nauium:ut Velorum pandimus alas.¶Minoia regna: cretam.¶Præpetibus pennis:felicibus.Præpetes enim ſunt aues boni augurii:quod huic dat:quia peruenit feliciter quo cupiebat.¶Auſus ſe credere cælo:quaſi alienis ſedibus.Horatius Expertus uacuum dædalus aera pennis Nō homini datis.¶Inſuetum:hominibus ſcilicet.¶Enauit ad arctos:bene utrumq; miſcet.Nare enim & de nauibus dicimus:ut Natat uncta carina.item Et terris adnare neceſſe eſt:& de uolatu: ut Nare per æſtatem liquidam ſuſpexeris agmen:ad arctos autem ſi ad fabulam contra ſeptentrionem:ſi ad Veritatem ſeptentrionis obſeruationem:cuius ductu nautæ naues regunt.

Antrū in mãe petit:magnã cui mētē: animūq;
Delius inſpirat Vates:Aperitq; futura:
Iam ſubeunt Triuiæ lucos:atq; Aurea tecta:
Dædalus(ut fama eſt)fugiens minoia regna
Præpetibus pennis auſus ſe credere Cælo
Inſuetum per iter gelidas enauit ad Arctos:

¶CHRI. Mentem.a.periſologia ſic Terentius:Mala mens malus animus: & Lucretius primum animum duco mentem quem ſæpe uocamus.& alibi idem conſilium quod nos animum mentemq; uocamus.¶Aurea:ideſt aurata:uel pulchra.Vt picus equum domitor quem capta cupidine coniux Aureum percuſſum uirga:uerſumq; uenenis Fecit autem cyrce:item dicimus auream: quam multi facimus:& caram habemus.Tibul.Non ego te propter parco tibi:ſed tua mater me mouet:atq; iras aurea uincit anus.¶Dædalus:hic athenienſis fuit ab Erecteo genus ducens:Nam erecthei filius fuit.¶Athieneus:Athieni:Eupalmus:Eupalmi:Hymetion:Hymetionis Dædalus.Hic longe ſuperiores excellens in architectura ac ſtatuaria floruit: primuſq; oculos aſpicientes & manus protentas fecit:cum in priſcis ſtatuis oculi clauſi & manus lateribus appoſitæ eſſent. Dædalus
Abiit autem ex patria tali cauſa erat ei nepos ex ſorore quem Diodo.Talum nominat: Alii autem perdicam apud eum inſtructus puer adhuc:ſed qui ingenio & ſolertia magiſtrum ſuperaret:hic rotam figuli & ſerram ex ſerpentinorum dentium imitatione adinuenit:item Tornum & alia multa:itaq; motus inuidia Dædalus eum interfecit.Vnde ab areopagitis damnatus in cretam diſceſſit.& ob induſtriam regi amicus factus eſt: Sed cum ille ſingulis annis Neptunno pulcherrimum taurorum ſacrificare ſolitus eſſet:tunc autem pulcherrimo relicto proximum illi ſacrificaſſet:iratus deus Paſyphaen in eius tauri amorem impulit:itaq; Dædalus ligneam uaccam fabricauit:in qua incluſa Paſyphae cum auro cōcubuit.Mox re patefacta in ſiciliam ad regem Cocalum fugit Paſiphae ſubminiſtrante nauigia:ibi multa miranda ædificia regi edificauit. Et in eryce petram circuncidendo immenſam altitudinem erexit:& in cacumine templum poſuit.¶Auſus:hoc uerbum aut periculum notat:ut Auſus quin etiam uoces iactare per umbras. Horatius Audax omnia perpeti gens humanum ruit per uetitum nefas:aut ſcelus ut in regnis hoc auſa tuis. Audere

¶SER. Chalcidicaq;:quã ciuitatem chalcidenſes condiderunt:ut ſupra ab inſula nunc a ciuitate epitheton dedit.¶ Redditus his primum terris quaſi de alieno elemento.Hora.Finibus atticis reddas incolumẽ precor. ¶ Remigium alarum:artẽ uolandi:iter̃ miſcet dicendo remigium.¶ Poſuit:ædificauit.¶ Letũ androgeo:ſecundum atticã linguam genitiuus ſingularis græcus eſt. ο ανδρογεος του ανδρογεω.
¶ Cecropidæ iuſſi:athenienſes a rege Cecrope:ut romulidæ:ideſt romani a Romulo.¶ Pendere autem ſoluere quod ut ſupra diximus tractum eſt a pecuniaria damnatione.¶ Miſerum:dolentis interiectio: ac ſi diceret nefas.¶ Corpora natorum:bene corpora quæ adempta uita conſumebantur.¶ Stat: aut horret : ut Stat lumina flamma:aut re uera ſtat poſt ductas ſortes: aut certe ad picturam reſpexit:Nam uolui in pictura non poterat.Et licet non ſit urnæ : de pictura tamen bene dictum eſt:ſed ſi ſtat horret acceperimus ductis ſortibus intelligimus:de qua ducebantur: ut Et q̃ uectus abas.Nam a paſſiuo (ut ſæpe diximus) inueniri nõ poteſt participium præſens.¶ Elata mari:perite ſitũ expreſſit:ut enim Sal. dicit: creta altior eſt qua parte ſpectat orientem.¶ Reſpondet: aſpicit: nam contra athenas eſt poſita.¶ Furto: adulterio:ut uulcani martiſq; dolos & dulcia furta : poteſt & ad uaccam referri.¶ Mixtumq; genus:ſecundum ueritatem:quia duos peperit:unum ex Tauro: alterum ex Minoe.¶ Proleſq; biformis: ſecundum fabulam: quia uiro mixtus eſſet taurus.¶ Veneris monumẽta nefandæ:aut memoria turpiſſimi coitus : aut ultio Veneris proditæ : ſignificatur autem Minotaurus.¶ Inextricabilis error:inſolubilis : indeprehenſibilis.Horatius:Si pugnat extricata denſis cerua plagis:ſi extricata eſt ſoluta:inextricata inſoluta ſine dubio.¶ Reginæ:regis filiæ ariadnes.¶ Opere in tanto:in foribus ad fabrefactis.¶ Bis patriæ cecidere manus:quia patriæ ex affectu & paterna pietate.¶ Quĩ protinus omnem:oſtendit plura fuiſſe q̃ dixerit.

Chalcidicaq; leuis tandem ſuper aſtit arce.
Redditus his primũ terris tibi Phœbe ſacrauit
Remigium alarum:Poſuitq; immania tẽpla.
In foribus letum Androgeo:tũ pendere pœnas
Cecropidæ iuſſi:miſerum ſeptena quot annis
Corpora natorum:ſtat ductis ſortibus urna.
Contra elata mari reſpondet Gnoſia tellus.
Hic crudelis amor Tauri:ſuppoſtaq; furto
Paſiphae:mixtumq; genus: proleſq; Biformis
Minotaur9 ineſt: Veneris monumẽta nefandæ.
Hic labor ille domus:& inextricabilis error.
Magnũ reginæ ſed enim miſeratus amorem
Dædalus:ipſe dolos tecti:ambageſq; reſoluit
Cæca regens filo ueſtigia:tu quoq; magnam
Partẽ opere in tãto:ſineret dolor:Icare hẽres.
Bis conatus erat caſus effingere in auro:
Bis patriæ cecidere manus:quin protinus oĩa

¶CHRI. Leuis:quia per aerem uolauit.¶ Redditus:reſtitutus illi elemento cui debebatur. Aer enim elementum hominis non eſt.Sic Horatius.Nauis quæ tibi creditum debes Virgilium finibus acticis reddas incolumen præcor.¶ Sacrauit:antiqui enim cum ab aliquo artificio diſcederent:artificia illius ei deo ſacrabant in cuius tutela eſſet ars.Ergo cum gladiatoria Herculi attribuatur.Dixit Horatius. Veranius armis Herculis ad poſtes fixis latet abditus agris Ne populum extrema totiens exoret harena:& alibi uixi puellis nuper idioneus:Et militaui non ſine gloria:nunc arma defunctumq; bello barbiton hic paries habebit leuum marinæ qui ueneris latus cuſtodit.Et Saphos:inde chelim phœbo communia munera ponam.Et ſub ea uerſus unus & alter erit Grata lyram poſuit tibi phœbe poetica ſaphos:Conuenit illa mihi:conuenit illa tibi.¶ In foribus lœtum:non ſine profunda ſcientia & myſtica theologia hæc figurantur.Tria enim uitia oſtendit Aeneam fuiſſe:Superbiam propter Icarum qui ala petens in mare decidit.Luxuriam propter Paſyphaen:inuidiam propter ultionem Androgei.¶ Cecropidæ:Athenienſes a Cecrope eorum rege.Fuit enim Cecrops primus qui diphyes:ideſt duabus naturis eſt dictus:ſiue ob longitudinem corporis:ſiue q cum eſſet ægyptius duas linguas ægyptiam:ſcilicet & græcam teneret:incœpit regnare ut placet Euſebio anno a mundi origine quarto ſupra tria milia ac ſexcentos & quadraginta annos.Regnauitq; annos quinquaginta primuſq; bouem immolans Iouem appellauit:& Cecropia regio ab eo nuncupata eſt.Hic urbem uel condidit uel reſtaurauit: & athenas a Minerua denominauit:ut alio in loco demonſtratum eſt.Hoc regnante Moyſes populum ex ægypto eduxit. Ariopagum hoc regnante conſtitutum athenis ferunt.Fuit & alius Cecrops athenienſium rex ſeptimus ab hoc.¶ Iuſſi:quoniam uicti conditiones acceperant.¶ Septena:de hoc Plato in phædone:ait hæc eſt illa nauis ut aiunt athenienſes:In qua Theſeus olim bis ſeptem illos tulit in cretam ſeruauitq; eos:& ipſe ſeruatus eſt.¶ Crudelis:ex cupidinis ueneris ſiue neptuni crudelitate proueniens.Crudele enim fuit ut uirgo culpa uacans in tã monſtruoſum amorem ſiue a uenere:ut iniuriam ſolis patris ulciſceretur:ſiue a neptuno:quia Minos optimũ taurum non immolaſſet impelleretur.¶ Labor ille domus:Labyrinthum intelligit:de quo diximus in quarto.¶ Mixtum genus:non abhorrent a natura quæ refert Seruius:nam Ariſtote.in eo quem de animalibus ſcribit mulierem & equam ſolas ex animalibus fœtas coitum pati aſſerit:reliqua uero marem fugere: præter ea quæ ſuperfœtant:ut lepores:ac paulo poſt addit accidere nonnunq̃ ſed raro ut mulier poſt conceptum fœtum etiam alium concipiat:ſed poſteriorem partum non perficit.Verum cum maturo immaturum cadit niſi proxime a primo factus ſit:tunc enim incolumen ædi:poſſe ut de Hercule & Iphicle fabulantur. Affirmatq; eueniſſe adulteræ ut ſuperfœta geminos pareret:Alterum marito alterum adultero ſimilem.

Cecrops

¶SER. Perlegerint.ſ.picturā:nec incogrue legi picturam dixit:cū græce γραψαι & pingore dicatur:& ſcribere:unde γραφευς & pictor & ſcriptor hoc eſt qđ ait Hora.in arte poetica:Et noua fictaq; nup habebūt Verba fidē ſi græco fonte cadāt parce detorta.¶Præmiſſus achates κατα το σιωπωμενον itelligimus.¶Deiphobe glauci:ſubaudi filia:& eſt ꝓpriū nomē Sibyllæ.Multæ.n.fuerūt:ut ſupra diximus in tertio:quas omnis uarro cōmemorat:& requirit a qua ſint fata romana cōſcripta:& multi ſequentes Virgi.ab hac Cumana dicunt:quæ licet longæua dicať:non tamē ualde cōgruit eam uſq; ad Tarquinii tēpora duraſſe:cui libros ſibylli nos

Perlegerent oculis:ni iam præmiſſus Achates
Afforet:atq; una Phœbi:Triuiæq; ſacerdos
Deiphobe Glauci:fatur quæ talia Regi.
Non hoc iſta ſibi tempus ſpectacula poſcit:
Nunc grege de intacto ſeptē mactare Iuuēcos
Præſtiterit:totidem lectas de more Bidentes.
Talibus affata Aeneam:nec ſacra morantur
Iuſſa uiri:teucros uocat alta i tēpla Sacerdos.
Exciſum euboicæ latus ingens rupis in antrū
Quo lati ducunt aditus centum:oſtia cētum:
Vnde ruunt totidem uoces reſponſa Sibyllæ:
Vētum erat ad limen:cum Virgo poſcere fata
Tempus ait:Deus:ecce Deus:cui talia fanti
Ante fores ſubito:non uultus:non color unus:

conſtat eſſe oblatos.Dicit tamē Varro Erythræam credā ſcripſiſſe:quia poſt icēſum Apollinis tēplū:in quo fuerāt libri apud Erythræā inſulam ipſa inuēta ſunt carmina.¶Non hoc iſta ſibi tēpus ſpectacula poſcit:Et ſupra diximus Apollinē ſex menſibus apud Lycios:& ſex apud Delō dediſſe reſponſa.Itē lectū eſt deos aliquoties tātū idibus uaticinari.Nōnunq̄ diei uel prima:uel poſtrema parte.Vnde eſt in iure fiſſus dies.i.nō totus religioſus quē nūc oſtēdit dicens nō oportere Aeneā religioſam diei partē ꝑdere.i.oraculo cōgruā.Sane ſciendū poſcit lectionē eſſe meliorē.¶Tēpus.n.poſcit ſpectacula:non a ſpectaculis poſcit.¶Nunc grege de intacto:gregē pro armento poſuit.Nā de iuuencis dicturus eſt quæ per poeticā licentiā ſæpe confundit.Illo loco proprie poſuit:Quinq; greges:illi balantum gna redibant Armenta.¶Intacto autē indomito:ut Intacta totidem ceruice iuuencas.¶Lectas de more bidentes:de more antiquo.ſ.quē ꝑ termiſit:q̄ſi tunc oībus notum.i.ne habeant caudā aculeatam:nec linguam nigrā:nec aurem fiſſam:qđ docet aliud eſſe intactū:aliud lectum.¶Bidentes:āt (ut diximus) oues ſunt circa bimatū habentes duos dentes eminentiores:quæ erant aptæ ſacrificiis.¶Euboicæ rupis latus:hoc eſt mōtis Cumani:quē Euboici habitauerunt.Eſt aūt a cyrologia.Coloniæ.n.epithetō rei dedit immobili.i.rupis pro ciuitate.¶Antrū:in antri ſimilitudinē:ut Portus ab eo fluctu curuatus in arcum.¶Quo lati ducūt aditus centū:nō ſine cauſa aditus dixit:& oſtia.Nā Vitruuius qui de architectōica ſcripſit ait cum ab aliquo arcemur ingreſſu id oſtiū dici ab obſtādo:cū ingredimur aditū ab adeundo.¶Oſtia centū:finitus numerus pro infinito:licet:poſſit & rationabiliter dictū eſſe.¶Reſpōſa.n.Sibyllæ in hoc loco plus minus centū ſermonū ſunt.Inueniunť tamē Apollinis elogia & uiginti:& quinq; & triū ſermonū:unde melius eſt finitū ꝓ infinito accipi.¶Totidē uoces:ac ſi diceret tot ſermones.¶Deus ecce deus:uicinitate tēpli iā afflata ē numine.Nā furentis uerba ſunt deū uelle oſtēdere:q ipſi tantū uidet.Sane cauti eſſe debemus quādo plena ſit numine:& quādo deū deponat:nō enim poſt uaticinationē dictura eſt.¶Nō color unus:Itē Lucre.Stat nunq̄ facies.

¶CHRI. Præmiſſus achates:demōſtrauimus achatē ꝓ cura poni:q ſemꝑ magnos uiros comitať.Recte ergo ꝑmiſſus:nā ſapiētes ſemꝑ oīa cura ꝑueniūt:quod niſi eſſet:ēt ipſi q̄nq; uariis uoluptatū illecebris allecti laberenť niſi achates.i.cura & ſollicitudo & ipſius ut ita loquar cōſciētiæ ſtimulus admōeret paululū illud uitæ actpis qđ hūane ſorti cōceſſum eſt:nō niſi in magnis excelſiſq; rebus eſſe ponēdū:Nā hoc inter ſtultos ſapiētesq; intereſt.Stulti.n.ſi ſemel a uia recta labanť nunq̄ ad eā reuertunť.Sapiētes āt ēt ſi q̄m hoīes nati ſunt:q̄nq; paululū e recta uia deflexerīt:ſtatī adeſt illoꝝ achates:q eos ad rectū deducať.¶Atq; una Phœ.nā ipſa cura excitat mentē:q excitata ad ſuā ſapientiā & ſciētiā reuertiť:hæc.n.ſibylla eſt q nos ita alloquiť.¶Nō hoc iſta ſibi:nā tps qđ breue ē:& ſemꝑ labiť nō poſcit ut in rebus futilibus & uanis cōterať:ut.n.ait Cice.Horæ q̄dē cedūt & dies & mēſes & anni:nec tps ꝑteritū unq̄ reuertiť:Veꝝ ſi illud nō hmōi ſpectaculis cōterāus:ſed maioribus q̄buſdā rebus īpēdamus:nō erit breue teſte eodē Cicerōe cuius ſentētia ē:Oē breue tps ſatis ē lōgū ad bū beateq; uiuēdū.Nā & Salu.ſed dux atq; īperator uitæ mortaliū aīus ē:q ubi ad gloriā uirtutis uia graſſať abūde pollēs potenſq; & clarus eſt neq; fortunæ æget:q uirtutes neq; dare neq; eripere pōt:Sin captus prauis cupidinibus ad inertiā & uoluptates peſſundať ꝑnitioſa libidine pauliſq; uſus ubi ꝑ ſocordiā uires ætas tps ingeniū defluxerūt naturæ infirmitas accuſať:ſuā quiq; culpā:actores ad negocia trāſferunt.Tēpus igiť quod recte illo utentibus ſatis longū.Abutentibus āt nimis ēt breue non poſcit hæc ſpectacula.¶De intacto:quoniā hoſtiæ ab antiquis abhibebanť indomitæ:& iniuges appellabanť.¶Septē:ſecūdū pythagoricos hic nūerus oīum ē ꝑfectiſſimus:& attribuiť ſapientiæ:unde & uirgo & pallas appellať.Ergo ſeptē quia ſapientiam optat.¶Iuuencos:quantū ad cōtemplatiuā uitā in qua & maiora q̄runť & maiores ſunt tentationes quibus aīus impeditur.Oues āt quo ad actiuā in qua utrunq; minus.¶Antrū:ponit ꝓ fœlicitate:nā ut Ariſto.ipſa in centro eſt:& undiq; ad eā ſunt aditus.¶Centū:multæ.n.ſunt res uiæq;:quibus fœlicitatibus cōſequi poſſumus:dūmodo recte uiuamus:unde & in euangelio.In domo pr̄is mei māſiones multæ ſunt.¶Sibyllæ:ſibyllæ teſte.M.Var.in libris reꝝ diuinaꝝ ad Cæſarem pontificū maximum appellatæ ſunt omnes uates fœminæ uel ab unius delphidis nōmine uel a diuinis cōſiliis enūciatis.Veteres græci æolice deos σιους dixerūt:& βουλη conſiliū eſt.Ergo ſibylla eſt ac ſi dicať θεβουλη:ait aūt idē Varro ſibyllas decē fuiſſe.Primā de pſis:cuius meminit Nicanor:q geſta Alexandri ſcripſit.Secūdā libycā ab Eurypide in lamiæ ꝓlogo noiatam.Tertiā delphicā:de qua Cryſippus in lib.de diui Sibyllæ

natione meminit. Quartã cumæã in Italia de qua & Neui. in lib. de bello punico. & piſo in aĩalibus ſcri. Quintam erithræam quã Erithræus appollodrus ſuã ciuẽ affirmat: eamq; uaticinatã grais ilium petentibus & troiam perituram & Homerũ mendacia ſcripturũ. Sextã ſamiam: de q̃ Eratoſtenes in antiquis annalibus ſamiorum reperiſſe ſe ſcriptum ait. Septimam cumanam noĩe Amaltheam: quæ ab aliis Erophile nominatur: quæ libros ad Tarquinum: ut Liuius narrat detulit quoꝝ numeꝝ auxerunt reſtituto capitolio qđ ex oĩbus græciæ Italiæq; præcipue erithræis coacti allatiq; ſunt cuiuſcunq; ſibyllæ nomine fuerint. Octauã helleſpontiã in agro troiano Solonis & Cyri ut ait Heraclydes ponticus tpibus nonam phrygiã: q̃ ancyræ uaticinata ſit. Decimam tiburtẽ nomine Albuneã: q̃ tyburi colit̃ ut dea iuxta ripã anienis: cuius in gurgite ſimulachrũ eius inuentum dicit̃ tenens manu librũ: cuius ſortes ſenatus in capitoliũ abſtulerit. Haꝝ omniũ ſibyllorum carmina habentur præterquã cumeæ: cuius libri a romanis occultant̃: nec niſi a q̃ndecim uiris inſpici fas eſt. Sunt aũt ſingularũ ſinguli libri: qui q̃a ſibyllæ noĩs ſcribuntur: ueluti unius eſſe credunt̃ & ita cõfuſi ut ſuus cuiq; aſſignari nõ poſſit: niſi erithreæ: quæ nomen ſui carminis inſeruit: quæ nobilior cæteris habet̃. Siquidem Feneſtella de quindecim uiris ait reſtituto capitolio retuliſſe ad ſenatũ. C. Curionẽ conſulẽ ut legati eryctheas mitterent̃: qui carmina ſibyllæ conquiſita romam deportarent: itaq;. P. Gabinius. M. Octalicius. L. Valerius legati miſſi deſcriptos a priuatis uerſus circa mille romam retulerũt. Extant illarum uerſus θαλάιος λορου. Non uultus non color pathos: ab habitu: nã habitus pleroſq; oſtendit affectus ut eſt illud: pauitantẽ & dira tegentẽ Supplicia. Luctũ ut excuſſi manibus radii reuolutaq; penſa. admirationem defixa obtutu tenet ora. Venus rogatura. Triſtior & lachrymis oculos. n. Sta. autẽ etiam de uate inſano ait Sertaq; mixta comis ſparſa ceruice flagellat.

Non cõptæ mãſere comæ: ſed pectus anhelũ:
Et rabie fera corda tument: maiorq; uideri:
Nec mortale ſonãs: afflata eſt numine quando
Iam propiore dei: ceſſas in uota: preceſq;
Tros ait Aenea ceſſas? neq; enim ante dehiſcẽt
Attonitæ magna ora domus: & talia: fata
Conticuit: gelidus Teucris per dura cucurrit
Oſſa tremor: fuditq; p̃ces Rex pector̃ ab imo.
Phœbe graues Troiæ ſemp miſerate labores:
Dardana qui Paridis direxit tela: manuſq;
Corpus in Aeacidæ: magnas obeuntia terras
Tot maria intraui Duce te: penituſq; repoſtas
Maſſylum gentes: prætentaq; Syrtibus arua:

¶SER. Cõptæ comæ: ante hac. ſ. Nã per ſacra reſolutæ ſunt: ut Vittaſq; reſoluit Sacrati capitis. ¶ Maiorq; uideri: uidebat̃ ſicut ſolebat in uaticinatiõibus apparere numinis p̃ſentia: qđ humãis illudebat aſpectib⁹: unde ait: Maiorq; uideri: nõ. n. ẽ re uera. ¶ Nec mortale ſonãs: alia. n. uox numinũ ẽ: ut Nec uox hominẽ ſonat. Itẽ uociſue ſonus. ¶ Afflata eſt nõdũ deo plẽa: ſed afflata uicinitate numinis. ¶ Quãdo: ſiq̃dẽ: nã cõiunctio ẽ nõ aduerbiũ. ¶ Ceſſas in uota? tardus es ad uota faciẽda: nã ſi dixeris: ceſſas in uotis: hoc ſignificat tardus es dũ uota facis: aliud. n. eſt ceſſas in illã rẽ: & aliud ceſſas in illa re: tardus es ad faciẽdã rẽ: & tardus es in faciẽda re. Figurate autẽ dixit ceſſas circa uota ꝓmittenda numinibus. ¶ Tros: principale ꝓ deriuatiuo. i. ꝓ Troius. ¶ Neq;. n. ante dehiſcent: tractũ eſt de matris deũ tẽplo: quod nõ manibus: ſed p̃cibus aperiebat̃. ¶ Attonitæ: ſtipẽdæ: nõ ſtupẽtis. Ergo attonitæ: facientis attonitos: ut Mors pallida: Triſtis ſenectus. ¶ Ora domus: q̃a ſupra ait: Vnde ruunt totidẽ uoces. ¶ Per dura cucurrit Oſſa tremor: religionis eſt: & diuinæ reuerentiæ. alibi: Ipſe manũ multo ſuſpenſum numine ducit. ¶ Pectore ab imo: a mentis intimo: nec immerito. Nã illa re diuinitas flectitur quæ eſt nobis cũ diuinitate communis: ideſt ſenſu. ¶ Phœbe graues: ſecundũ Home. qui eũ dicit ſemper propugnatorẽ fuiſſe Troiæ: & bene miſerate: quia Troia defendi non potuit. Ideo nõ dixit: qui defendiſti: ſed miſeratus es. ¶ Dardana qui paridis: Achilles a matre tinctus in ſtygem paludẽ toto corpore inuulnerabilis fuit excepta parte qua tentus eſt manu matris: unde Stati. Si te ſtygis amne ſeuero Armaui: totũq; utinã: qui cum amatam Polyxenã in tẽplo accipere ſtatuiſſet: inſidiis Paridis poſt ſimulachrũ latentis occiſus eſt. Vnde fingitur ꝙ tenente arcum Apolline: Paris direxit tela: & bene direxit quaſi ad ſolũ uulnerabilem locũ: ideſt talum. Dardana autem ideo ut non adultero: ſed genti præſtitiſſe uideatur. ¶ Tela manuſq;: uel quia aliud ſine alio eſſe non poteſt: uel hoc dicit: & artem p tela: ut noſſet quid feriret: & uirtutem per manus dediſti: ut eius fata compleret: & fortiter inuaderet. ¶ Magnas obeuntia terras: cingentia terras tot maria. Oceanus enim omnes ambit terras: & licet iſte per ea maria nauigauerit: quæ terris cingũtur: tamen non dixit improprie: cum de Oceano iſta naſcantur: & tot dicendo maria partem eum maris nauigaſſe ſignificat non totum mare. Mare enim elementum eſt totum: maria uero partes maris: ſicut terræ partes ſunt: terra uero totum elementum. ¶ Penituſq; repoſtas: longe ſemotas auias. ¶ Maſſylum gentes: Maſſyli ſunt mauri: unde ſpeciem pro genere poſuit: Nam Aeneas ad Africam uenit: cuius partem conſtat eſſe Maſſyliam: præſertim cum media longa ſit nam maſſylia media breui ciuitas eſt galliæ Lucre. Maſſyliam delere uacat. ¶ Prætentaq; ſyrtibus arua: circumfuſa. Incerta enim illic maria & terræ: Vnde ait Lucretius. Aequora fracta uadis: abruptaq; terra profundo.

¶CHRI. Anhelũ: ſic Sta. Qui & cornigeri uatis nemus atq; moloſſi: Quercus anhela Iouis troianaq; tymbra placebit. ¶ Ceſſas: nõ. n. p ociũ in quo oĩa uitia ſedẽt: unde ocia ſi tollas piere cupidinis arcus ſed in uigilãdo agẽdo cũcta circũſpiciẽdo & labores ſudoreſq; tollerãdo ſpĩa acq̃rit̃: hic Hora. q ſtudet optatã curſu cõtingere metã Multa tulit fecitq; puer ſudauit & alſit. ¶ Pectore ab. i. oſtẽdit q̃les p̃ces eſſe debeãt. ¶ Phœbe: captat beniuolentiã cõmemoratione beneficioꝝ: eadẽq; illum ad alia inferenda promptũ reddit. ¶ Semp miſerate: ſic ẽt Home. illũ inducit. ¶ Duce te: & certe maris fluctus. i. aĩ perturbatiões duce Apolline. i. ſapiẽtia tolleramus.

¶SER. Prēdimus:qppe fugientē Italiā.¶Hac troiana tenus:ideſt hactenus:hucuſq;.i.hic ſit finis. Nā tenus ꝑprie eſt extrema pars arcus:ut Plau.oſtēdit. Vnde tractū eſt:ut hactenus hucuſq; ſignificet.¶Troiana fortūa: a præiudicio.i.mala:& dicit iniquū eſſe ut troianā fortunā patiantur in Italia.¶Fas eſt parcere genti:qa ſe uictā fatetur.¶Quibus obſtitit ilium:Ganymedes.n.obfuit Hebæ:Paris Mineruæ:& Iunoni:quod āt dixerit diiq; deæq;:& deaꝝ tātū reperimus exempla:nō eſt miꝝ cū ſupra dixerimus ἀρσενόθηλες omnes deos. Poſſumus ergo per unam rem utrunq; intelligere:licet dicatur etiā Neptuno obfuiſſe Troiam in denegatione mercedū.

Iam tandē Italiæ fugientis prendimus oras.
Hac troiana tenus fuerit Fortuna ſecuta.
Vos quoq; pergameæ iam fas eſt parcere gēti
Diiq;:Deæq; omnes:qbus obſtitit Iliū & ingēs
Gloria Dardaniæ:tuq; o ſanctiſſima Vates
Præſcia uenturi da(non indebita poſco
Regna meis fatis)Latio conſidere Teucros:
Erranteiſq; Deos:agitataq; numina Troiæ.
Tū Phœbo:& Triuiæ ſolido de marmorē tēpla
Inſtituam:feſtoſq; dies de nomine Phœbi.
Te quoq; magna manēt regnis penetralia nřis:
Hic ego namq; tuas ſortes:Arcanaq; fata
Dicta meæ genti ponam:lectoſq; Sacrabo

Nouimus prætérea eſſe morem poeticū:ut duabus præpoſitis rebus uni reſpondeāt:ut Nauita tū ſtellis numeros & noīa fecit Pleiadas hyadas: claramq; lycaonis arcton. Nā ſuppreſſo numero dixit nomina. ¶Præſcia uenturi:abſolutū eſt reꝝ uenturaꝝ.¶Da: dic:ut Qui ſit da tytire nobis:unde eſt cōtra: Accipe nunc danaū inſidias. Non enim pſtare aliqd poterat: ſed indicare futura.¶Nō indebita poſco:deeſt ſi. Eſt autē εἱρμὸς:ideſt longiſſimū hyperbaton. Phœbe & uos diiq; deæq;:& tu o uates da.i.dic Latio Teucros conſidere:ſi nō poſco regna meis fatis indebita. Dic at cōſydera:ideſt utrū poſſumus cōſidere. Verecūde aūt dictū eſt. Si non indebita poſco:cū certū eſſet:qa debebant eis regna.¶Erranteſq; deos:ut diis ſedem exiguā patriis.¶Agitataq; numina Troiæ:aut mecū uexata:aut certe ξόανα dicit.i.ſimulacra breuia quæ portabant in lecticis:& ab ipſis mota infundebāt uaticinationē:quod fuit apud Aegyptios & Carthaginēſes.¶Tū phœbo & triuiæ:ut ſolet miſcet hiſtoriā: nā hoc templū in palatio ab Auguſto factū eſt:ſed quia Auguſtus cohæret Iulo:q ab Aenea originē ducit:uult Auguſtū patrū uota ſoluiſſe ab ænea uota p ſe reddere quaſi & dignitatis hæredē ꝑpter ſtirpē unde deſcendit. ¶Feſtoſq; dies de noīe phœbi:ludos apollinares:q ſecundū quoſdā bello punico ſecūdo inſtituti ſunt:ſecundū alios tēpore ſyllano ex reſponſo Martiorū fratrū:quibus Sibylla prophetauerat: quoꝝ extabant ut ſibyllina reſpōſa.¶Te quoq; magna manēt noſtris penetralia regnis:ideſt coleris ut numen. Manēt autē expectāt in futurum.¶Penetralia:ſecreta tēploꝝ.¶Tuas ſortes:ſibyllina reſpōſa:q̄(ut ſupra diximus)incertū eſt cuius Sibyllæ fuerint:quanq̄ cumanæ Virgi.dicat:Varro Erythrææ. Sed cōſtat regnante Tarquinio quandā mulierē nomine Hamaltheā obtuliſſe ei nouē libros:in qbus erāt fata & remedia romana:& ꝑ his popoſciſſe tercentum philippeos:q aurei tunc pcioſi erant:q̄ cōtēpta alio die tribus incenſis reuerſa eſt:& tātū popoſcit. Itē tertio aliis tribus incenſis cū tribus reuerſa ē:& accepit pro tribus tercētū : q̄tū poſtulauerat pro nouē. Hac ipſa re rege cōmoto q̄ preciū nō mutabat:q libri in tēplo Apollinis ſeruabant:nec ipſi tātū:ſed & Martioꝝ:& Begōes nymphæ:q̄ artē ſcripſerat fulguritaꝝ apud Tuſcos:Vnde addidit Tuas ſortes arcanaq; fata:& hoc īde trahit poeta: Aeneam tamen inducit quaſi de præſenti dicentem oraculo.¶Lectoſq; ſacrabo uiros:quia niſi patritii non fiebant. Sciendum ſane primo duos librorum fuiſſe cuſtodes:inde decem:inde quindecim uſq; ad tempora ſyllana.poſt creuit numerus:nam.lx.fuerunt:ſed remanſit.xv.uirorum uocabulum.

¶CHRI. Fugiētis:īpſa.n.humana fœlicitas ſemp fugere uidet aliqua aſſiduo ſuperueniēte moleſtia:unde fuit illud Solonis:ſed.ſ.ultima. Semper expectāda dies homini eſt diciq; beatus. Ante obitū nemo poſtremaq; funera debet.¶Templū:hoc templū Auguſtus in palatio cōdidit poſt pugnā acticā:in qua ſe ab Apolline adiutum putauit Auguſtus:unde in octauo Actius hæc cernens arcū tendebat apollo. Deſuper oīs eo terrore ægyptus & indus.¶Omnis arabas:oēs uerterunt terga ſabæi:& Prop. Muſa palatini referamus apollinis ædē. Rex eſt calliope digna fauore tuo & paulo infra.¶Feſtoſq; dies:in Macrobii ſaturnalibus ſic ſcriptū eſt Romæ cum ex uaticinio Martii uatis carmineq; ſibyllino ludi celebrarent Apollini repētino aduētu hoſtis plebs Ro.ad arma excitata occurrit hoſti quo tpe nubes ſagittaꝝ in aduerſos ferri uiſa hoſtes fugauit & uictores romāos ad ſpectacula dei hoſpitalis reduxit:& paulo infra:ſed inuenio in litteris hos ludos uictoriæ nō ualitudinis cā:ut q dā putāt inſtitutos bello.n.punico hi ludi ex libris ſibyllinis primo ſunt inſtituti ſuadēte Cornelio rufo decēuiro: q ꝑpea ſibylla cognominatus ē:& poſtea corruptiōe prius cepit ſylla uocari. Fert ēt in carminibus Martii uatis cuius duo uolumine illata ſunt in ſenatū inuentū eſſe ita ſcriptū:Hoſtē romāi ſi ex agro expellere uultis. Vomicā q̄ gentiū uenit lōge: Apollini cēſeo uouendos ludos q quot annis comiter Apollini fiant:iis faciendis pſit is ptor q ius populo plebiq; dabit ſummū decēuiri græco ritu hoſtiis ſacra faciāt. Hoc ſi recte facietis gaudebitis ſemp:fietq; reſpu.melior:nā is diuus extinguet p puellos ueſtros:q ueſtros cāpos paſcūt placide ex hoc carmine dies unus procurādi cā rebus diuinus impēſis ē:poſtea ſenatuſcōſultū factū ut decēuiri libros ſibyllinos adirēt in qbus cū eadē reperta nūciatū eſſet:cēſuerūt patres apollini ludos uouēdos faciēdoſq;. Inq; eā rē.xii. millia aeris ptori:& duas hoſtias maiores dari:decēq; uiris pceptū ut apollini facerēt aurato tauro: & duabus capris albis auratis latonæ boue fœmina aurata.¶Ludos: iccirco populus coronatus ſpectare iuſſus eſt.¶Lectoſq;.ſ.nā a pricipio duo lecti ſunt ex patritio ordīe cuſtodes libroꝝ ſibyllinoꝝ:& dicti ſunt duumuiri. Deīde cū plebs iſtius quoq; magiſtratus particeps reddi adnixe cōtenderet:ꝑ duobus decemuiri creati ſunt: qnq; ex patriciis:totidēq; ex plebeis:& ſunt appellati decēuiri:qd' nomē ēt deinceps māſit quāuis nūerus auctus eſſet.

Ludi Apollinis decemuiri ſibyllini

Alma uiros. foliis tantum ne nomina manda.
Ne turbata uolent rapidis ludibria Ventis:
Ipſa canas oro. finem dedit ore loquendi.
At Phœbi nondum patiens immanis in antro
Bacchatur Vates: magnum ſi pectore poſſit
Excuſſiſſe Deum. tanto magis ille fatigat
Os rabidũ fera corda domãs: fingitq; ꝑmẽdo:
Oſtia iamq; domus patuere ingentia centum
Sponte ſua: uatiſq; ferunt reſponſa per auras.
O tandem magnis Pelagi defuncte periclis:
Sed terra grauiora manent: in regna Lauini
Dardanidæ ueniẽt: mitte hãc de pectore curã:
Sed non & ueniſſe uolent: Bella horrida: Bella:
Et Thybrim multo ſpumantẽ ſanguine cerno.
Nõ Simois tibi: nec Xãthus: nec Dorica caſtra
Defuerint: alius Latio iam parthus Achilles
Natus & ipſe Dea: nec Teucris addita Iuno
Vſq; aberit: cum tu ſupplex in rebus egenis:
Quas gẽtes Italũ. aut q̃s nõ oraueris Vrbes?
Cauſſa mali tanti coniux iterũ hoſpita Teucris:
Externiq; iterum thalami.
Tu ne cede malis: ſed contra audentior ito:
Quam tua te Fortuna ſinet: uia prima ſalutis:
Quod minime reris: Graia pãdetur ab Vrbe.
Talibus ex Adyto dictis Cumæa Sibylla
Horrendas canit ambages: antroq; remugit

SER. Foliis ne tãtũ carmina mãda: ut Varro dicit in foliis palmæ ĩterdũ notis ĩterdũ ſcribebant ſermonibus: ut in tertio ſupra diximus. Ipſa: pro tu: & ꝓnomẽ poſuit eius ꝑſonæ de qua loquimur pro illius cũ q̃ loquimur: eſt autem græcum. Nam dicunt ευ αυτη ειπε: ideſt tu dic. Finem dedit ore loquendi: hoc eſt definiit ei: ut ore loqueretur: nec in foliis ſcriberet. Nondum patiens: aut quæ nondum poſſet implere oraculorum ſermones: aut dum uacat: & eſt impatiens. Phœbi bacchatur uates: bene bacchatur. Idem enim eſt Apollo qui Liber pater: qui Sol. Vnde ait Lucanus Cui numine mixto Delphica thebanæ referunt trieterica bacchæ. Vnde ĩ eorum ſacris erat phœbadum baccharumq; conuentus. Excuſſiſſe deum: excuti proprie de equis dicimus: quod ideo traxit: quia Phœbus. i. Sol equis utitur: & nũc Sibyllam q̃ſi equũ: Apollinẽ q̃ſi equitẽ ĩducit ĩ ea ꝑmanẽs trãſlatiõe excuſſiſſe ait: ut Excuſſus acõteus. Itẽ Fera corda domãs: qđ proprie equorũ ẽ & frena & ſtimulos pati: ut Ea frena furenti Cõcutit. & ſtimulos ſub pectore uertit: qđ autẽ dicit magnũ deũ non re uera ait: ſed rettulit ad affectũ colẽtis: ut Summe deũ ſancti cuſtos ſoractis Apollo. Vnicuiq; enĩ deus ipſe quẽ colit magnus uidet. Excuſſiſſe deũ: ꝓ excutere: tẽpus ꝓ tp̃e. Eſt ãt attica figura: qua nos uti nõ cõuenit: ut αοριςος ponat᷑ pro ενεςωτος ut γραψαι pro γραφειν hac licenter utunt᷑ poetæ. Fingitq; premendo: cõponit: ut Et corpora fingere lingua. Componit autẽ ad moderationẽ certã dicẽdi: ut enĩ ſupra diximus oĩa quidẽ uident: ſed nõ oĩa indicãt ſacerdotes: ut ſupra Luc. Nec tantũ ꝓdere uati Quãtũ ſcire licet. Oſtia iãq; domus patuere: ꝑcibus. ſ. & q̃ ante oſtia erãt patefacta aditus eẽ cœperũt. Ferũt reſpõſa: q̃a ſupra ait Ora domus. Pelagi defuncte periclis: nõ liberate pelago: ſed marinis ꝑiculis. Nã adhuc nauigaturus ẽ: ſed ſine ullo diſcrimine. Defuncte: ãt liberate. Nã dicimus functos officio q̃ officia debita cõpleuerũt. unde & honoribus functi: & hinc defunctos mortuos dicimus qui compleuerũt uitæ officia: unde eſt Nil iam cæleſtibus ullis Debẽtem. Sed terra: legitur & terra: unũ tamen eſt. In regna lauini: alii latini legũt cuius tunc erãt: ſed q̃a diuina loq̃tur futura p̃occupat: poſtea. n. Lauiniũ dicet᷑: licet poſſit ad Lauinũ Latini fratrẽ referri: q̃ illic ante regnauit. Horrida bella: q̃ cõtra hoſpitẽ cognatũq; ſuſcepta ſunt: ut Latinus dicturus eſt: Arma ipſa ſumpſi: Promiſſam eripui. Spumantẽ ſanguine cerno: quaſi nõ prædicit ſed uidet quæ facturus eſt Turnus: ut Recalent tyberina fluenta Sanguine adhuc. Nõ ſimois tibi nec xanthus: Tyberinus & Numicus in quem cecidit. Nec dorica caſtra: græca: & re uera. Nam Turnus græcus fuit: ut Et turno ſi prima domus repetatur origo: Inachus acriſiuſq; patres: mediæq; mycenæ. Parthus achilles: Turnum ſignificat: & ſic hoc dictum eſt ut in bucolicis: Alter erit tunc tiphys & altera quæ uehat argo Heroas: & hoc eſt quod dicit. Obſcuris uera inuoluens: nam licet uera ſint latent. Vnde Apollo λοξιας dicitur: ideſt obliquus. Natus & ipſe dea: de Venilia ſorore Amatæ: ut Cui diua Venilia mater. Nec debet mirum eſſe Amatam fuiſſe mortalem: cum & Turnus Iuturnæ frater mortalis fuerit: nam hæc fuerant diuina beneficia. Addita Iuno: inimica. eſt autem uerbum Lucilii & antiquorum: ut Plautus Additus Ioni argus. In rebus egenis: per tranſitum oſtendit famem futuram. Coniux iterum hoſpita: Nam & Paris ab Helena fuerat ſuſceptus hoſpitio. Hoſpita autem more ſuo dixit: & bene ne aliquid imputetur Aeneæ: quaſi hoc fatorum eſſe prædixit. Tu ne cede: ne cedas: ſed eſto audentior qua tua te fortuna permittit. & bene aduerſam fortunam edocet uirtute: aut uitari: aut minui: aut patienter ſubſtineri. Via ratio: opportunitas. Graia pandetur ab urbe: propter Euandrum qui eum in Thuſciam miſſurus ad Tarcontem eſt. Ex adyto: locum uaticinatiõis oſtendit. Cumæa ſibylla: cumæa bene addidit ꝑpter diſcretionẽ. Antroq; remugit: q̃a ĩ antro: ut Pulſati colles clamor᷑ reſultãt.

CHRI. Foliis tãtum: nam in tertio admonitus ab Heleno fuerat: ut peteret ſibi oraculum ſermone ſibyllæ dari: non autem mandari: nam Quæcumq; in foliis deſcripſit carmina uirgo Digerit in numerum atq; antro ſecluſa relĩq̃t Illa manẽt ĩmota locis atq; ab ordĩe cedũt Verũ eadẽ uerſo tenuis cũ cardine uẽtus Impulit & teneras turbauit Ianua frõdes Nũq̃ã deĩde cauo uolitantia prendere ſaxo Nec reuocare ſitus: aut iungere carmina curat Inconſulti abeunt: ſedemq; odere ſibyllæ Hic tibi nequa moræ fuerint diſpendia tãti Quin adeas uatẽ ꝑcibuſq; oracula poſcas Ipſa canat uocemq; uoluens atq; ora reſoluat. Foliis: folia frondes ſunt. Sunt qui

putent frondes ſolū arboꝝ eſſe:folia uero arboꝝ & herbaꝝ:Item folia dicimus in quibus ſcribimus: & eſt ge/
nus cuius ſpecies ſint mēbranæ & chartæ.Mēbranæ ex pellibus & chartæ ex papiro.Phœbi nundum patiens:
nō enim ualet mens humana ea q̄ adeo excellūt:ut ſupra noſtras uires ſint ſuſcipere:donec Apollo.i.ſapientia
nos cōponat:adeo ut omnia nobis facilia eſſe uideant.¶ Excuſſiſſe:ſæpe enim in mentē uenit aliq̄d magnum
q̄d noſtrū ingenioſum ſuperet:unde conamur illud a nobis abiicere.¶ Bacchat:q̄d ſol liberq; idem ſit numē
& ipſe oſtēdit in Geor.ut Vos o clariſſima mūdi lumina habentē cœlo Quæ ducitis annū Liber & alma ceres:
& Mac.multis argumētis oſtdit:& Orphe9 hoc uerſu exprimit ἥλιος ὃν Διόνυσον ἐπίκλησιν καλέουσιν.
Sed nō eueniſſe uoles.Iure dixit Ariſto.eos q in ſollitudine ſeorſum ab aliis uiuūt aut beſtias eſſe aut plus q̄ ho
mines.Adeo.n.ſupra hoīem eſt relinquere ciuilem ſocietatē:ut id nō fiat niſi aut ex ſenſuū perturbatione & ex
ipſa atra bili:ut uidemus quoſdam furioſos:quos myſanthropos græci appellāt:aut cū mens noſtra ad origi/
nē ſuam redire cupiens omnia humana quippe quæ caduca corruptibiliaq; ſint contemnit:ſolaq; diuina reſpi
cit.Veꝝ anteq̄ iis uirtutibus corroborata:ſit quæ animi iam purgati appellant ſæpe uacillat in cōſilio:q̄a mul/
to maiora ſeſe undiq; offerūt īpedimēta in hoc uiuēdi genere q̄ in ciuili.Iure ergo dixit grauiora bella nobis ex
citari terra.i.in hac ſolida uita contemplandi q̄ in mari:ideſt in uita ciuili: in qua appetitus perturbationibus
excitatur:ſed poſtquam iis uirtutibus quæ animi iam purgati uocant corroborata eſt mens:hoſtes omnes ce/
dunt:& ueluti in naturā ſuam reuerſus animus etiā in corpore nulla corporis contagione impeditus ſumma
cum uoluptate diuinis perfruit.Ergo in primis iſtis difficultatibus nō eſt cedendū:ſed audacius cōtra eundū.

Obſcuris uera inuoluens.ea frena furenti

¶SER. Obſcuris uera inuoluens:uera & obſcura
cōfundens.Eſt autē hypallage ueris obſcura inſerēs.
¶CHRI. Frena:in ſingulari tātū neutri generis ē:
in plurali maſculini & neutri.¶ Furenti:eo.ſ.furore quo percita uaticinari poſſit.Furor.n.duplex eſt: alter ma/ Furor
lus:alter bonus.Nā qui ex humoꝝ perturbatiōe naſcit:is hominē a ratiōe deiicit & in inſaniam adducit.Qui
quero diuinitus infundit hominē ſupra hominē erit & deo proximū:dū illo afflatur:reddit quapropter apud
Platonē quatuor diuini furoris ſpecies ponuntur:ait.n.animos noſtros anteq̄ reꝝ terrenarum deſiderio graua
rent:æternas ſedes habitaſſe & in deo ſpeculo in quo omnes ideæ eluceſcunt uidiſſe iuſtitiā:ſapiētiam:harmo
niam:& diuinæ naturæ pulchritudinē quas ideas diuinas eſſentias primas naturas q̄ in æternitate dei ſint no/
minat:quaꝝ ꝑfecta cognitiōe animi illic nutriunt ad corpora inde terrenoꝝ cognitione appetitioneq; delati q
prius ambroſia & nectare.i.cognitiōe dei & gaudio fruebantur:Leteum.i.obliuiōem in deſcenſu hauriūt: nec
prius ad ſupera reuolant:q̄ cognitionem illam recuperent:hoc duabus uirtutibus:ideſt morali & contempla/
tiua aſſequuntur:moralemq; iuſticiam:& ſapientiam nuncupant.His ergo tanquam geminis non ad ſuperos
reuolare in phædone demōſtrat:& in phædro ſola philoſophi mens ait recuperat alas.In qua recuperatiōe ab
ſtrahit a corpore.Deoq; plenius ad cœlū trahit aīus q̄ abſtractio furor eſt:q in quatuor partes diuidit:neq; di/
uinoꝝ reminiſcimur niſi quibuſdā umbris ac imaginibus:q̄ corporeis ſenſibus ꝑcipiunt.His Paulus & q Pau
lū ſectat Diony.inuiſibilia dei ꝑ ea q̄ hic facta ſunt aiunt.Diuinæ igit ſapientiæ imago eſt noſtra ſapiētia:Har/
moniæ ea q̄ inſtrumentis muſicis & uocibus humanis orit harmonia:pulchritudinis autē ea q̄ ex partiū mē/
brorumq; corporis q̄ aptiſſima compoſitione conficit:cōuenientia:uenuſtaſq; imago eſt:ſed cū ſapientia nul/
lis:aut paucis percipiat neq; corporeis ſenſibus cōprehendatur:diuinæ ſapientiæ paucæ apud nos extant ima/
gines:& hæc q̄dem ſenſibus incognitæ ſunt.Itaq; in phædro dicit ſimulacrū ſapientiæ oculis cerni nō pōt q̄d
ſi cernat mirabiles amores diuinæ illius cuius eſt ſimulacrū nobis excitaturū ſit.Pulchritudinis āt imago ocu
lis harmōiæ auribus percipit qui reliquoꝝ ſenſuum teſte eodē Platone ſunt acerrimi: quaꝑꝑ iis ſimulachris
qui corporibus inſunt in aīum ꝑ corporis ſenſus penetrātibus reminiſcimur eoꝝ q̄ extra corpus cōſtituti ui/
deamus q̄ recordatiōe aīas recuperamus:& a contagiōe corporis paulatim purgati diuino furore afficimur:
pulchritudinis aūt ſpecie quā oculi porrigūt illius q̄ diuina eſt pulchritudo recordari ardentiſſima cupiditate
illā deſideramus:q furor diuinus eſt & a Platōe amor appellat:atq; diffinit amor corporeæ pulchritudinis de Amor
ſideriū ad cōtēplandā:rurſus diuinā pulchritudinē redeundi:atq; iis q ſic afficit nō mō diuinā pulchritudinē
deſiderat:ſed ea q̄ oculis patet.Delectat:nā amātes non ſolū re amata:ueꝝ etiā illius ſimulachris delectant:ſed
craſſioris ingenii eſt huiuſcemodi ſolū (ut ita loquar) umbras ſectari.Veꝝ aūt illā pulchritudinē negligere.Hu
ius āt ſtulti amoris petulantia:laſciuiaq; comes ē.Iſq; diffinit irrationabilis inſolenſq; eius q̄ ſenſu percipit cir/
ca corporis formā uoluptatis cupiditas:uel eſt ardor aī in ꝓprio corpore mortui in alieno uiuētis:unde epicu/
rei credūt amorē eſſe nixū atomoꝝ ſeſe ei a quo ſimulacra pulchritudinis hauſta ſunt penitus infundēdi hūc
Pla.ab humanis morbis natū ſollicitudine plenū eſſe uult:& in illos ꝓueniret:quoꝝ mens tenebris adeo circū
fuſa ſit:ut nihil altū ſuſpiciēs ſolā fragilis corpuſculi imaginē admiret:q āt huiuſcemodi tenebris liberi ſunt:ii
obiecta corporea forma illa prīo ut diuinæ pulchritudinis ſimulacro delectat:ac ſtatim ex hac in diuinoꝝ me
moriam rediens eis ardētiſſimo deſiderio ad ſupera ferunt:atq; furor q per oculos percipitur.huiuſcemodi eſt
per aures uero muſice numeros aīus percipit:q̄bus imaginibus admouet:ut diuinā harmoniā acrioris quon/
dam animi intimo ſenſu cōſideret.Diuina autē harmōia eodē Plato.auctore duplex eſt.Altera.n.in eterna dei
mente perdurat.Altera in cœloꝝ ordine ac moribus:qua mirabilē cœli cōcentum faciūt.Ergo aīus q ante cor
poris ingreſſum illā audiebat:nunc per aures imagines illius percipiens deſiderio ueræ harmoniæ percipien/ Har/
dæ afficitur:& ad ſuperas ſedes reuolare cōtendit:Interim in carcere corporis clauſus illam nititur imitari:ſed moniæ
alii:ut illā imitent:aut uocibus aut humanis inſtrumentis utunt:quos leues uulgareſq; muſicos dicimus nō
nulli grauiori iudicio intimæ ratiōis ſenſum ꝓfundaſq; notiones uerſibus numeriſq; illuſtrāt:hiq; ſunt q di/
uino furori ꝑciti grauiſſima q̄dam ac pleniſſima carmina ingenti ore effundunt.Hæc aūt poeſis appellatur:q̄

uocũ ac motuũ nũerus grauiſſimos quoſdã & delphicos ſenſus ſummo ardore exprimit.Vnde nõ ſolũ cõcẽtu uocũ auribus blandit:uerũ ẽt ambroſiæ cœleſti ſimilimũ mẽti pabulũ affert.Ideoq; ꝓxime ad diuinitatẽ accedit:Oririq; poeticũ hunc furorẽ a muſis exiſtimat.Qui aũt ſine muſarũ inſtinctu poeticas ad fores accedit ſperans q̃ſi arte quadã in poetã bonũ euaſurũ:inanis quidẽ ipſe ac eius poeſis efficit:q ãt cœleſti ui inſpirant: adeo diuinos ſæpe muſis afflatos ſenſus exprimũt:ut ipſemet deinde a furore derelicti uix illos intelligãt. Muſas aũt

Camœnæ Plato cœleſtes cãtus intelligit:unde a cãtu ẽt camœnas illas latini appellãt.Quapp muſis.i.cœleſtibus numinibus a cãtibus ĩcitatio ad eorũ imitationẽ poeticos modos ac nũeros meditant.itaq; in li.de rep.ubi de ſphærarũ motu ĩcri.Pla.ſingulis orbibus ſingulas ĩſidere ſyrenas refert motũ ſphærarũ ſignificãs:nã ſyren deo canere ẽ. Theologi quoq; ueteres octo muſas octo ſphærarũ cãtus & nonã maximã q̃ ex oĩbus cõficit harmoniã ẽẽ dixe

Poeſis re:ergo poeſis a diuino furore furor a muſis muſæ a Ioue ꝓficiſcunt.Iouẽ.n.mũdi totius aĩum platonici ĩtelligunt:ut in ſequẽtibus apparebit:& in Buco.A Ioue principiũ muſæ Iouis oĩa plena.aĩus ergo iſte qm̃ ubiq; uiget & cœlũ q̃ſi cytherã quadã:ut Alexãder mileſius pythagoricus inqt:exagitans cœleſtẽ ꝑficit harmoniã:atq; Orpheus Iuppiter inqt primogenitus:Iuppiter nouiſſimus:Iuppiter caput:Iuppiter mediũ:Iuppiter fundũ terræ a cœli ſteliferi:Iuppiter ꝓdiit maſculus:Iuppiter ĩcorruptibilis ſpõſa:& plura alia dicit:ex qbus ĩtelligit illũ oĩbus ĩfuſum corporibus cõtinere:atq; alere cũcta unde Luca.Iuppiter eſt qdcũq; uides:qdcũq; moueris.Sũt ꝑterea duæ aliæ furoris ſpẽs:altera circa myſteria:altera circa uaticinia.Primus furor uehemẽtior aĩ cõcitatio in iis q̃ ad eorũ cultũ ac religionẽ ꝑtinent ꝑficiẽdis.Affectus uero mẽtis q talẽ furorẽ falſo imitat ſupſtitio dr̃. Vaticiniũ ãt ẽ diuino afflatu inſpirata ꝑſenſio.Ergo in uaticinio furor ẽ:ſi aĩus acrius exarſerit cũ mẽs a corpore abſtracta diuino inſtinctu cõcitat:nã ſi futura quadã humana ſagacitate ꝓuident:non uaticiniũ:ſed prudentia:& cõiectatio appellat:ergo amori diuino libidinoſus amor poeſi leuior muſca.myſterio ſupſtitio: Vaticinio prudentia opponitur:amori uenus poeſi muſæ myſterio Bacchus:uaticinio apollo præeſt.Habes ex platonica diſciplina quatuor diuinos furores.Quapp recte dixit poeta:Et frena furenti:quia uaticinii furore percita eſſet.

Cõcutit:& ſtimulos ſub pectore uertit Apollo.
Vt primũ ceſſit furor: & rabida ora quierunt:
Incipit Aeneas Heros.non ulla laborum
O Virgo noua mi facies inopina ue ſurgit:

SER. Ceſſit furor:nõ penitꝰ receſſit:ſed paulatĩ cœpit ĩminui.Nã & paulopoſt ẽ de miſeni morte dictura:qd nõ ꝓcedit ſi nũc numẽ receſſit. Nõ ulla laborũ O uirgo:o licet ſit naturaliter breuis ĩ ſermõibus latinis.apud Virgi.tñ ꝓ lõga habet:ut hoc loco: O uirgo.Itẽ alibi:Quis te magne Cato tacitum:exceptis ego:ut Aſt ego q̃ diuũ:& duo:ut Si duo ꝑterea: ſcio:ut Nũc ſcio qd ſit amor:& neſcio:ut Neſcio qs teneros oculus mihi faſcinat agnos.Apud alios o niſi ĩ græcis noĩbus nõ ꝓducit:qd & nũc ſeq debemus:dicũt tñ qdã o tũc ꝓduci in noĩatiuo qñ & ĩ genitiuo fuerit ꝓducta:qd falſum ẽ.Nã & Vir.ꝓduxit uirgo:cũ uirginis faciat.& Luc.Cato corripuit:ut Nos Cato da ueniã: cũ Catonis faciat.Itẽ Iuno:cũ ꝓducat Vir.Statius tñ corripit.Sane ſciẽdũ allocutionẽ hãc ẽẽ ſuaſoriã cũ partibus ſuis. Nã honeſtũ ẽ q dicit ſe patrẽ reqrere:utile:ut ab eo priæ originẽ diſcat:neceſſariũ:qa iuſſerat pr̃:ut Ditis tñ ante Infernas accede domos:poſſibile:qa ait Quãdo hic ĩferni ianua ditis Dicit.Itẽ Potes nãq; oĩa:ſi oĩa:& hoc. Noua mi facies:ſpecies.Et ſciẽdũ ꝓnomen mihi nunq̃ in ſynæreſim uenire:ne incipiat ẽẽ blãdiẽtis aduerbiũ.& licet qdã huius loci nitant exẽplo:nõ ꝓcedit:uel qa unũ eſt exẽplũ:uel qa poteſt eſſe etiã blandientis aduerbiũ:nil uero ꝑ metri neceſſitate cogit.Nã ſi ps ſequens orõnis a uocali ĩcohet nihil dicius:ut Heu nihil ĩuitis fas quẽq̃ fidere diuis.Si ãt a cõſonante incohet:nil ponimus:ut Iuue.Nil tale expectes:emit ſibi multa uidemus. Inopina ue ſurgit:nomẽ eſt nõ participiũ.Nã inopinata diceret:qd non ꝓcedit.Opinatus uero uenit ab eo qd eſt opinor:ſed qa inopinor nõ dicimus:ideo nec inopinatus facit:ſicut & nocens participiũ eſt:qa inuenimus noceo: innocens nomẽ:qa innoceo nõ dicimus.nullũ eſt.n.participiũ qd a uerbo non trahatur:licet a ſui uerbi forma non ueniat:ut placita:licet placeor nõ dicamus:tamẽ placeo inuenĩus:ſicut & prãſus:& cœnatus: & titubatus. Itẽ regnata:triũphata.Vnde galeatus & tunicatus noĩa comprobant.nullũ.n.uerbũ horum originis reperit.

CHRI. Cõcutit:ex eo qd eſt quatio fit excutio qd ſignificat quatiendo eiicere:& incutio quatiẽdo immittere:nã q̃ nõ ſedare:ſed cũ impetu ſubeũt incuti dicunt.Diſcutere quatiẽdo in diuerſas ꝑtes deiicere:& ꝑ ſimilitudinẽ dicimus diſcutere rẽ quã diligẽter rimamur:& eius oẽs partes inquirimus.Hinc diſcuſſum dicius negociũ:cũ ꝑ oẽs ſuas partes diligẽter eſt cognitũ.Nã ut ex diſcuſſa ueſte oĩa q̃ intus latebant prodeunt & apparent:ſic eſt diſcuſſa re de qua ambiguitur quod latebat:uerũ apparet percutio uerbero.Recutire autẽ nõ eſt a

recutio quatio:nec in ꝑterito recuſſi eſt:ſed recutiui recutitũ.Eſt aũt acute:unde recutitos dicius iudæos q circũciſiõe cutẽ q̃ ꝑputiũ eſt deponũt:quis ſunt q uelint hoc participiũ eſſe ſine origine uerbi. Stimulus:eſt oẽ quo pun

Stimulus gimus:& eſt græco.illi.n.στιζω pungo & uerbero dicũt hinc γτυμώ Aeneas heros.q.d.ꝓpterea fuit tãti aĩ:ut hæc petere nõ formidare:quoniã eſſet heros:Heroicæ.n.uirtutes opus ſunt ſi qs hanc ſpeculãdi difficultatẽ tollerare uult.De his loquit Ariſto.in æthicis. Noua mi facies:Oſtẽdit ex grauiſſimorũ philoſophorũ ſententia quæcunq; ex improuiſo accidãt ſolere eſſe grauiora:ꝓpter quod ait ſe prius excogitaſſe q̃ res maxime medet perturbationibus:nã ut ait Cice.nihil eſt quod tã obtundat:eleuetq; ægritudinẽ q̃ perpetua in omni uita cogitatio:nihil eſſe quod non accidere poſſit q̃ meditatio cõditionis humãæ q̃ uitæ lex cõmentatioq; parẽdi: q̃ nõ hoc affert ut ſemp mereamus:ſed ut nunq̃.Neq;.n.qui rerũ naturam:q uite ueritatẽ:qui imbecillitatẽ generis humani cogitat mœret:cũ hoc cogitat:ſed tu maxime ſapientiæ fungit munere.Vtrũq;.n. conſequetur: ut & conſiderandis rebus humanis proprio fungatur philoſophiæ officio & aduerſis caſibus triplici conſolatione ſanetur.Primum quod poſſe accidere diu cogitauerit:quæ cogitatio una maxime moleſtias omnes extenuat: ac diluit:Deinde quod humana ferenda intelligit poſtremo quod uidet malum nullum eſſe niſi culpam.

Omnia præcepi:atq; animo mecũ ante pegi:
Vnum oro (quando hic inferni ianua regis
Dicitur:& tenebroſa palus Acherõte refuſo)
Ire ad conſpectum Cari genitoris & ora
Contingat:doceas iter:& ſacra oſtia pandas.
Illum ego per flãmas:& mille ſequẽtia tela
Eripui his humeris:medioq; ex hoſte recepi.
Ille meum comitatus iter maria omnia mecũ:
Atq; omnes Pelagiq; minas:Cæliq; ferebat
Inualidus uires ultra:ſortemq; ſenectæ:
Quin ut te ſupplex peterẽ:& tua limĩa adirẽ:
Idem orans mandata dabat:Natiq;:Patriſq;
Alma:precor:miſerer̃:potes nãq; omnia:nec te
Nequiq̃ lucis Hecate preſecit Auernis.

SER. Omnia pcepi atq; animo mecum ante peregi:ante cognoui ab Heleno:uel a patre qui ait:Gens dura atq; aſpera cultu Debellanda tibi latio eſt. Dicit autem ſe futura partim audiſſe:partim mente percepiſſe:ſed occurrit:Si nouit omnia:quid conſulit numen? noſſe ſe omnia quantum ad labores pertinet:dicit: & cõcedit totam petitionem:ut ad illud ueniat:quo poſſit patrem uidere. Nam quod dicit Vnum oro:non ſolum id dicit:ſed præcipuum:ut Vnam poſt habita coluiſſe ſamo. Quando:ſiquidem:& eſt coniunctio. Et tenebroſa palus Acheronte refuſo:paludem pro lacu poſuit:nam auernum ſignificat: quẽ uult naſci de Acherõtis æſtuariis. Palus:autem bene iſte produxit lus: quia paludis facit:quod ſupra plenius diximus. Horatius corripuit:ut Sterilisq; diu palus:aptaq; remis. Tenebroſa autem nigra:per quod altam ſignificat:ut Nigra figit ſub nube columbam:ideſt alta. Acheronte refuſo: Acheron fluuius dicitur ĩferorum quaſi ſine gaudio:ſed conſtat locum eſſe haud longe a baiis undiq; montibus ſeptum:adeo ut nec orientem:nec occidentem Solem poſſit aſpicere:ſed tãtum medium diem quod & Homerus ipſe ſcribit.

ἔνθα δὲ κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμός τε πόλις τε
ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι: οὐδέποτ᾽ αὐτοῖς
ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν
οὔθ᾽ ὁπότ᾽ ἂν στείχῃσι πρὸς οὐρανὸν ἀστερόεντα
οὔθ᾽ ὅταν ἂψ ἐπὶ γαῖαν ἀπ᾽ οὐρανόθεν προτράπηται
ἀλλ᾽ ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται δειλοῖσι βροτοῖσι

Quod autem dicitur ignibus plẽus:hæc ratio eſt:q̃a omnia uicina illic loca calidis & ſulphuratis aquis ſcatent:ſine gaudio autem ille dicitur locus:quod necromantia (ut dicunt) non niſi ibi poterat fieri: quæ ſine hominis occiſione non fiebat:nam & Aeneas: illic occiſo Miſeno ſacra iſta compleuit: & Vlyxes occiſo Elpenore:Sicuti ſequentes Homeri uerſus teſtantur licet cecidiſſe illum fingat Homerus & inde mortuum eſſe.

ἐλπήνωρ δέ τις ἔσκε νεώτατος, οὐδέ τι λίην
ἄλκιμος ἐν πολέμῳ οὔτε φρεσὶν ᾗσιν ἀρηρώς
ὅς μοι ἄνευθ᾽ ἑτάρων ἱεροῖς ἐν δώμασι κίρκης
ψύχεος ἱμείρων κατελέξατο οἰνοβαρείων.
κινυμένων δ᾽ ἑτάρων ὅμαδον καὶ δοῦπον ἀκούσας
ἐξαπίνης ἀνόρουσε καὶ ἐκλάθετο φρεσὶν ᾗσιν
ἄψορρον καταβῆναι ἰὼν ἐς κλίμακα μακρήν.

Quanq̃ fingat̃ in extrema parte oceani Vlyxes fuiſſe:quod & ipſe Homerus:falſum eſſe oſtendit ex qualitate locorum quæ commemorat:& tempore nauigationis:dicit enim eum circeium nocte nauigaſſe:& ad locum ueniſſe ubi ſacra perfecit:quod de oceano non procedit:de campania manifeſtũ eſt:ut hiſce uerſibus in. λ. ᾠδῇ teſtatur. Idem Homerus

ἀλλ᾽ ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται δειλοῖσι βροτοῖσι
νῆα μὲν ἔνθ᾽ ἐλθόντες ἐκέλσαμεν, ἐκ δὲ τὰ μῆλα
εἱλόμεθ᾽· αὐτοὶ δ᾽ αὖτε παρὰ ῥόον ὠκεανοῖο
ᾔομεν ὄφρ᾽ ἐς χῶρον ἀφικόμεθ᾽ ὃν φράσε κίρκη.

Præterea a Baio ſocio eius illic mortuo Baias conſtat eſſe nominatas. Dicitur etiam uidiſſe Herculem:ideo q̃a illic ſunt Bauliæ ſocus Herculis dictus: quaſi boaulia:quod illic hũit animalia: quæ Geryoni detracta ex Hiſpania adduxerit. Ire contingat: ut minus eſt. ut ire cõtingat:iter doceas. Sacra oſtia pandas:aut uenerabilia aut execranda:ſicut de Tartaro dicturus eſt:Sacræ panduntur portæ. Illum ego per flammas: meritum approbat patris:ut iuſtum uideatur eſſe deſiderium. Sequentia tela: ut Ardentis clypeos atq; æra. Ex hoſte recepi:liberaui:ut Frugeſq; receptas. Ex hoſte autem plus eſt q̃ ſi ex hoſtibus diceret:ut ſupra diximus. Ex hoſte enim generaliter dicitur: ex hoſtibus partem oſtendit ſicut dicendo terram ſignificamus elementum:terras uero ſingulas partes:ut Italiæ Africæ. Meum comitatus iter:non ſpe ſalutis:ſed mei cauſa: ut Cedo equidem:nec nate tibi comes ire recuſo:unde addidit tibi: ideſt tui cauſa: non mei. Cæliq; ferebat: ut ante morte præuentus ſit:q̃ ferre deſierit:& mire imperfecto uſus eſt tempore:ac ſi diceret adhuc ſi uiueret ferret. Vires ultra ſortemq; ſenectæ:quia ſenectæ ſors eſt quies & ocium:ſicut pueritiæ ludus:amor adoleſcentiæ:ambitus Iuuenilis ætatis. Ergo aliud ferebat pater q̃ ſors exigebat ſenectæ. Orans mandata dabat:ſic dictum eſt: ut Et ſupplex tua numina poſco:in re omni ad imperandum patri ius erat maior ad impetrandum uis eſt eum rogare:cui poſſis iubere. Mandata dabat:ut Huc caſta ſibylla Nigrarum multo pecudum te ſanguine ducet. Lucis hecate præfecit auernis: Hecate trium poteſtatum numen eſt. Ipſa eſt enim Diana Luna Proſerpina: ſed ſolam Proſerpinam dicere non potuit propter lucos qui Dianæ ſunt. Item Dianam quia auernis ait: bene elegit nomen in quo utrunque conſtabat: unde Lucanus de Proſerpina ait:Noſtræq; hecates pars ultima.

CHRI. Recepi:locus eſt ab honeſto. Orans:a neceſſitate:non enim ſpernenda ſunt parentum iuſſa. Eſt etiam a poſſibili:nam cum poſt mortem hæc imperaſſet minime credibile eſt illam impoſſibilia imperaſſe. Potes namq; omnia:arguit a facili. Nec te:probat illam eſſe q; fruſtra præpoſita eſſet illi loco a dea harum rerum potentiſſima:niſi data ſimul facultas fuiſſet.

SER. Si potuit manes: nititur exemplis: quæ inferiora ſunt per cōparationē: ut ipſe uideatur iuſtius uelle deſcēdere: Nā Orpheus conatus eſt reuocare uxorem: hic uult tantū patrē uidere. Orpheus aūt uoluit quibuſdā carminibus reducere animā coniugis: Quod quia iplere non potuit: a poetis fingitur receptam iam coniugē perdidiſſe: dura lege Plutonis. Quod etiā Virgi. oſtendit dicendo Arceſſere: quod euocantis eſt proprium. Fidibuſq; canoris: bene ſonantibus chordis. Fidibus autem eſt a nominatiuo hæc fidis: ut ſit pyrrichius: nā fides iambus eſt. Si fratrem pollux alterna morte redemit: ut ſupra diximus: Helena & Pollux de Ioue nati immortales fuerūt: Nam Caſtor Tyndari filius fuit: cuius mortē ſuo iteritu fraterna pietas redemit. Quod ideo fingit: quia horū ſtellæ ita ſe habent: ut occidente una oriat altera: & iterum exēplū per cōparationē: qd̄ q̄a piū ē: ſe ad frequētiā cōtulit dicēdo: Itq; reditq; uiam toties: ꝓpter ſtellas īter ſe oriētes & occidentes Caſtoris & Pollucis: qd' Ho. uerſus teſtant ī odyſſea.

οἱνε νερθεν γης τιμην προς ξηνο ςεχοντες
αλλοτε μεν ξωουσι ετερη μεροι: αλλοτε δ'αυτε
τεθνασιν: τιμην δε λελοσχασιν ισαθεοισιν

Quid theſea: durū exēplū: unde nec īmoratus ē in eo: Dicit āt inferos debere patere pietati q patuerunt īfanda cupiēti. Nā hic ad capiēdū Proſerpinā ierat cū Pirithoo: & illic retētus luit pœnas: ut Sedet æternūq; ſedebit Infelix Theſeus. Magnū qd memorē alcidē: melius ſic diſtinguit: licet quidam legāt Quid Theſea magnū: ut epitheton ei dent qui per ſe nō eſt magnus nā Herculē ſine epitheto etiā magnum ītelligimus. Sed melius eſt magnū dare Herculi: q̄ ſacrilego. Et mi genus ab Ioue ſummo: occurrit tacitæ quæſtioni tanq̄ Sibylla dixerit. ii enim qui deſcenderūt a diis ducebant originē. Araſq; tenebāt: rogabāt. n. deos ararū anſas tenētes. Sate. ſ. d. unde Aeneas deſiit: īde hæc ſūpſit exordiū. Facilis deſcēſus auerni: legitur & auerno. i. ad auernū: ſed ſi auerni īferoꝝ ſignīcat: & lacū pro īferis ponit.

Si potuit manes arceſſere coniugis Orpheus
Threicia fretus cithara: fidibuſq; canoris:
Si fratrem Pollux alterna morte redemit:
Itq; reditq; uiam toties. quid Theſea: magnū
Quid mēorē alcidē: & mi genꝰ ab Ioue ſūmo.
Talibus orabat dictis: araſq; tenebat:
Tū ſic orſa loq Vates: Sate ſanguine Diuom
Tros Anchiſiade: facilis deſcenſus Auerni:

CHRI. Si potuit ma. probat exēplo illā poſſe. Orphei āt fabulā ſic īterprtat Boetius: Euridicē q̄ īterptatur lata iuſticia. i. oēm uirtutē amat uir excellēs: quā ſi qs amittat cytharā. i. bōis artibus & actionibus recuperat: qd̄ ſi iterū ab eo labat difficile eſt reuocare: ſed de orpheo in Geor. dictū eſt. Si fratrē pollux: Fabula eſt Iouē captū amore Ledæ cū ea ſub forma cygni cōcubuiſſe: atq; inde duo oua nata: & ex altero Pollucē: & Helenā: & ex altero Caſtorē & clytēneſtrā ꝓueniſſe: alii dicūt primū ouū ſolūmodo Iouis fuiſſe ꝓptereaq; pollucē & Helenā immortales extitiſſe: ſecundū ex Pyndaro Caſtorē & Clytēneſtrā ꝓduxiſſe mortales. Addit Higinius hos fratres maxima cōcordia regnaſſe: & mare pyratis īfeſtatū ſua opera pacauiſſe. Verū cū Caſtor ī pugna aduerſus athenīēſes cecidiſſet: Pollux ſuā īmortalitatē cū illo cōmunicauit & īpetrauit a Ioue: ut alternati uiuerēt: Sūt a ioue īgeminos cœleſtes ſignū cōuerſi: qd̄ adeo amplū ē ut cū alter iā oriat: alter adhuc lateat: hic alternatī uiuere dicant: Iccircoq; a periclitātibus nautis in tēpeſtate iuocant: quoniā dū ī terris eēnt: illos a pyratis ſeruarēt: Diodo. āt refert Orpheū in argonautaꝝ grauiſſima tēpeſtate ſacra pegiſſe: q̄ apud ægyptios dedicerat: ac deinde ſamothracas docuerat: ac paulo poſt duos igniculos ſupra capita pollucis & Caſtoris apparuiſſe: ſtatimq; tēpeſtatē ceſſaſſe: q̄ ſacra deinde a nauigātibus obſeruata ſunt: & igniculi illi dioſcuroꝝ numē eē putant. Hæc Diodo. Pli. aūt uerba de hac reponā: inqt ergo Vidi ī nocturnis militū uigiliis īhærere pilis ꝓ uallo fulgurū effigies. Eæ & antennis nauigantiū aliiſq; nauiū ptibus ceu uocali quodā ſono īſiſtūt: ut uolucres ſedē ex ſede mutātes graues cū ſolitariæ uenere mergētesq; nauigia: & ſi in carinæ ima deciderint exurētes. Gemine autē ſalutares & ꝓſperi curſus ꝓnūciæ: quaꝝ aduentu fugari dirā illā ac minacē appellatā Helenā ferunt: & ob id Polluci & Caſtori nomē aſſignant eoſq; in mari deos inuocant. Horū cœleſte ſignū gemini uocant. Is qui proximus cancro ē tres claras ſtellas habet: unā in capite: & in ſingulis humeris ſingulas: Deīde in dextro cubito unā. In utroq; genu ſingulas: in ſingulis pedibus ſingulas: alter in capite unā in ſingulis humeris ſingulas: ī ſingulis manibus ſingulas: in ſingulis gēibus ſingulas: in ſingulis pedibus ſingulas īfra ſiniſtrū pedē unā. Sūt itaq; ſtellæ q̄ hoc ſignū faciūt. xviii. Eſt āt domiciliū Mercurii: diſponit hoīem ad litteraturā & ſcripturā: in corpore dominat humeris brachiis: & manibus. Efficit mediocrē ſtatuā & hominē pulchrū. Facilis deſcēſus. a. īfernū priſci illi mortales q anteq̄ ſtudiū philoſophiæ ad tātū uigoris adoleſceret fuerūt nihil aliud eē uoluerūt q̄ ipſa corpora qbus incluſæ animæ carcerē fœdū ferūt. Et corpori īfernos fluuios & ſupplicia q̄ apud īferos ſunt attribuerūt Platonici aūt de īferni finibus nō idē ſentiūt. Alii. n. in duas ptes mūdū diuidūt: & alterā q̄ faciat: quā aplamē dicunt uſq; ad globū lunæ ptingere uoluerunt q̄ ſit immobilis: Alterā q̄ patiat & mutabilis ſit: a globa lunæ ad terrā uſq; ꝓducūt: & uiuere aīam aſſerūt dū eſt in parte īmutabili. Mori aūt cū ad partē cecidit q̄ īter lunā & terras ē & eū mortis & īferoꝝ locū poſuerunt: ut lunæ globus uitæ mortiſq; cōfiniū ſit: a luna. n. deorſum natura incipit caducorū. Alii mundū in triplicem ordinē elementorū diſtinxerunt: ut primus ſit terra: aqua: aer: ignis. Secundus ſit luna ꝓ terra: Mercurius pro aqua: Venus ꝓ aere: Sol pro igne. Tertius āt ordo uniuerſus ſit: ut mars ſit ignis: Iuppiter aer: Saturnus aqua: Aplanes terra: & in ea ſint cāpi eliſii puris animis deputati: ex his campis cum anime emittuntur per tres elementorum ordines trina morte in corpus deſcendunt. Alii mūdum ut primi in duas partes diuidunt: ſed ſolam aplamē unam ptē ponunt: reliqua omnia ſcilicet ſeptem ſpæræ & quatuor elementa alteram partem faciunt & is locus īferorum dicitur. Chriſtiani āt in cētro terræ. Nā ibi ſūt tenebræ exteriores. i. a luce diſtātes fletus & ſtridor dentium: & ſic ait Propheta: Eripuit dñs animā meā de inferno

inferiori. Nihil eſt cētro īferius: & dominus dixit ꝙ filius hominis eēt futurus ī corde terræ tribus diebus & in tribus noctibus. Cētrū.n. ita nouimus eē ī medio terre: ut cor eſt ī medio corꝑis. Nec obſtat ꝙ terræ ſoliditas cō cauitates nō patiaꝛ: nā ſic ſpiritibus aut cœleſtibus aut malis: ſic animabus nr̄is oīa ꝑuia ſunt: ut eāt quo uolūt: niſi deus uetet: quis ēt ꝓfundæ ſpelūcæ ī mōtibus teſtenꝛ ꝙ poſſint illic eē cōcaua. Iob ait ī ꝓfundiſſimū īfernū deſcēdēt oīa mea. Si āt cōſideremus ea q̄ dn̄r a diuino Grego. infernus erit ab aere hoc calignoſo & repleto illis ſpiritibus: q nec deo: nec lucifero aſſenſerūt uſqꝫ ad cētrū terræ ſed de īferno hactenus: nā noīa qbus uocaꝛ ſuis ī locis explicabunꝛ. Deſcēſus āt ad īferos qnqꝫ ſūt. Primus cū ſecūdū platonicos animus ī corpus deſcēdit & hæc mors aī dr̄: nā cū a corpore īde diſſoluiꝛ dr̄ mors animalis: de quo deſcēſu plurima: ꝓclaraqꝫ apud Macro. philoſophū Platonicū repies. Secūdus deſcēſus eſt cū animi ſuis ſceleribus dānati ad æterna ſupplicia deſcendūt. Tertius eſt cū ſacris qbuſdā & nicromātia aīas inde euocamus: ut latius patet apud Luca. Quartus cū in uitia labimur. Quītus cū ī cōtēplatione uitiorū deſcēdimus: ut illorū ꝑnitie cognita abeis abſtīeamus: q̄ rōne & Vir. nūc æneā deſcēdiſſe fingit duce Sibylla & noſter diuinus poeta Dāthes ſeipſum deſcēdere duce Virgilio cōminiſcitur. Ponit. n. ille ex diuina chriſtianoꝝ ſapīa ſummū homini bonū eē frui deo ergo mēte: cōtēplationeqꝫ ī cœlū aſcēdere oportet: ſed quoniā nemo aſcēdit in mōte domini. i. in iſtius modi cōtēplatiōne: niſi innocēs manibus & mūdo corde. i. niſi mentē actioneſqꝫ a uitiis mundas gerat iccirco oportet: ut prīo ī īfernū. i. in cōtēplatione uitiorū diſcedat: deinde illoꝝ pernitie cognita in purgatoriū aſſurgat: ideſt purgatoriis uirtutibus aīum ab oī labe mundū reddat atqꝫ inde in ipſos cœlos penetret. i. eaꝝ uirtutū quæ animi iā purgati dicunꝛ alis ad diuina res cōtēplādas eleueꝛ: eadē ergo rōne quoad licet hoī chriſtiana ueritate nō imbuto rem tractat. Vir. ſed ita: ut modo deſcēſum ſceleratoꝝ in uitia: modo eoꝝ q ad illa cōtēplāda deſcēdūt. ꝓſequaꝛ ergo facilis deſcēſus: ſi deſcenſū animæ ad corp⁹ ītelligas nihil ē uelocius ſi deſcēſū rōis ī ſenſualitatē quoniā primi motus ī ꝑtāte nr̄a nō ſūt qd ē celeri⁹: q̄ labi ī uitia q̄ñ ad ſtulticia id ꝓuenit facile ē. ſtultoꝝ āt īfinita ē copia. Quapp ē ſnīa philoſophi clauſis ēt oculis poſſe ad inferos deſcēdere: hinc Heſio. την μεντοι κακοτητα ως ιλαδον εστει ελεσθαι. Ante aūt ipſam uirtutē ſudorē & laborē eē dixit. Της αρετης υδρωτα θεοι προπαροιθεν εθηκαν αθανατοι.

Noctes: atqꝫ dies patet atri ianua Ditis:
Sed reuocare gradū: ſupaſqꝫ euadere ad auras
Hoc op⁹: hic labor ē. pauci quos æqu⁹ amauit
Iuppiter: aut ardens euexit ad Aethera Virtus

SER. Noctes atqꝫ dies patet atri ianua ditis: oī tēpore hoīe ī fata cōcidūt: & hoc poetice: nā Lucreti⁹ ex maiore parte & alii integre docent inferorū regna nec eſſe qdem poſſe: nā locū ipſorum quē poſſumus dicere: cū ſub terris dicantur eſſe antipodes: in media uero terra eos eſſe: nec ſoliditas patitur: nec centrum terræ: q̄ terra ſi in medio mundi eſt: tāta eius eſſe profunditas nō poteſt: ut in medio ſui habeat inferos: in qbus eſt tartarus: de quo legitur. Bis patet ī ꝑceps tantum tenditqꝫ ſub umbras. Quantus ad æthereū cæli ſuſpectus olympū. Ergo hāc terrā in qua uiuimus inferos eſſe uoluerūt: qa eſt omnium circulorum infima: planetarum ſcilicet ſeptem Saturni: Iouis: Martis: Solis: Veneris. Mercurii: Lunæ: & duorū magnorū. Hinc ē qđ habemus orizontis & ζωδιακου de quibus ſupius plenius. Et nouies ſtyx interfuſa coercet. Nā nouē circulis cingiꝛ terra. Ergo oīa q̄ de īferis finguntur ſuis locis hic eſſe cōprobabimus. Quod aūt dicit Patet atri ianua ditis. Sed reuocare gradum ſuperaſqꝫ euadere ad auras Hoc opus hic laborē: aut poetice dictū ē: aut ſecūdū philoſophorū altam ſciētiā: qui dephenderunt bene uiuētiū animas ad ſuperiores circulos. i. ad originē ſuā redire: qđ dat Luca. Pōpeio: Vt uidit quāta ſub nocte iaceret Noſtra dies male uiuētiū uero diutius in his ꝑmorari corporibus permutatione diuerſa: & apud inferos ſemper. ⁋ Pauci quos æquus amauit Iuppiter: Tria genera hominū dixit ad ſuperos poſſe remeare quos diligit Iuppiter. i. hos quos in ortu benignus ſiderum aſpectus irradiat. Iuue. Diſtat enim quæ ſidera te Excipiāt modo primos incipientem edere uagitus: quos prudentia ſubleuat. nam hoc eſt Quos ardens euexit ad æthera uirtus. Item religioſos quos a diis genitos dixit. conſequens enim eſt: ut deorum ſoboles religionibus uacet.

CHRI. Noctes atqꝫ dies: peccaꝛ nocte. i. ꝑ ignorātiā: peccaꝛ die. i. ꝑ malitiā. ⁋ Sed reuocare gra. nā cū ex hiatu uitioꝝ ī ipſo īfimo appetitus fūdo iaceat rō difficile ē illi redire ad ſuperos. i. ad uirtutē. ⁋ Euadere: hoc uerbo utimur ī rebus difficillimis & laborioſis. Videꝛ uerbū eē a uado aquaꝝ equo nō īgredimur ſine difficultate unde dicim⁹ euaſit ad cōſulatū. Euaſit ī ſūmū uiꝝ q̄ qdē nō fiūt ſine difficultatib⁹ & laborib⁹ magnis. ⁋ Hoc op⁹: hæc ē difficultas hoc ē neceſſe. ⁋ Pauci. q. æ. a. Iup. ex ꝓfūda Platōis ſciētia hæc ſūt: Refert. n. Plato aīos nr̄os dū in cœlis degūt ambroſia ac nectare paſci. i. deo frui: ac īde ſūmū gaudiū ꝑcipere uerū cū hō ī cōfinio rōnalis creaturæ poſitus poſſit ꝑ uirtutē deo fauēte ſupra ſe emergere: ſic uitiis infra ſe in infernum ruit iſta demerſio: quoniā de cōfinio matre cōditiōis labimur iure deſcēſio ad inferos dicitur: quapp cū in inferno ſimus demerſi: nō poſſumus niſi duabus alis recuperatis ad ſupos redire: Hæ aūt ſunt iuſticia & religio per iuſticiā intelligit. Pla. oēs uirtutes: qbus a uitiis ita purgamus: ut facile ad cognitionē rerū cœleſtiū ualeamus erigi. Nam q uitiis inqnati ſunt diuina contēplari nō poſſunt: quapp & apud Socra. ē ꝙ īpuro puꝝ attingere nefas eſt: & ſacroꝝ carminū poeta: Prophetaqꝫ cū īterrogarit Quis aſcēdet ī mōtē domini: aut qs ſtabit in loco Sancto eius. i. qs peruenire ad diuinarū reꝝ ſpeculationē ualebit: reſpōdet īnocēs manibus & mundo corde. i. q neqꝫ faciat neqꝫ cogitet uitia: & ipſa ueritas in euāgelio dicat: Beati mundo corde: quoniā ipſi deum uidebunt: ergo prima ala iuſticia ē. i. uirtutes naturales: ſecūda uero religio. i. uirtutes ītellectiuæ q̄ ſūt ītelligētia: ſcientia: ſapientia: & prudentia: nā purgari a uitiis: & ꝑpea idonei ad cōtēplādū effecti per has uirtutes: ꝓcipue aūt ꝑ ſapīam in diuinaꝝ rerū cognitionē deuenimus: quapp cū Maro dixit pauci quos ardens uirtus ad æthera uexit: primam alā intellexit. cū uero Diis geniti adiūxit. Secūdam alā notauit: neqꝫ fruſtra poſitū eſt. Quos æquus amauit Iuppiter: Nā q̄uis aīoꝝ noſtroꝝ ſolus deus creator extiterit ꝑpeaqꝫ nullis ſint ſyderibus ſubiecti: tamē ex cōtagione corpoꝝ: qui

Deſcenſus ad inferos

Euadeꝛ

bus includuntur quæ ſyderibus ſubiecta ſunt:trahunt concupiſcibilem & iraſcibilem uim : & irrationalẽ ap/petitum atq; inde uarias & ad uirtutem affectiones & ad uitium inclinationes. Quapropter permulti intereſt quo quiſq; ſydere natus ſit neq; ſolum hæc res circa morales uirtutes cognoſcitur:ſed & ad ueri cognitionem pertinet.Nam quamuis omnium animorum eadem natura ſit:unde niſi a corpore erit:quod alii ingenio me moria mirifice excellant:alii contra hebetiſſimi ſint.Quapropter ſi benigno ſyderum aſpectu quis naſcatur & ad bonum ſimul & ad uerum excitabitur:ſin contra & ad uitia procliuis erit:& ingenio hebeti exiſtet. Quare autem Iouem potius q̃ alium planetam nominauerit facile eſt reſpondere.Nam refert Ptolomæus in li.de har monia certos quoſdam numeros eſſe quos nunc comittam:per quos in omnibus quæ ſibi conuenienter iun/guntur:& aptantur fit iugalis competentia ne quicq̃ eſt quod alteri niſi per hos poſſit conuenire:& cum uitam noſtram præcipue ſol & luna moderetur oſtendit Iouem omnibus illis numeris ſoli pluribus autem lunæ aſ/ſociari.Venerem uero omnibus lunæ pluribus ſoli adiungi : ac propterea concludit Iouem primum deinde Venerem datores eſſe bonorum & animi & corporis.Præterea oſtendunt mathematici optimos mores atq; omnem iuſticiam a Iouis influxu hominibus prouenire.

Diis geniti potuere.tenẽt media omnia ſiluæ:
Cocytuſq; ſinu labens circũfluit atro.
Quod ſi tantus amor mẽti:ſi tãta Cupido eſt
Bis ſtygios innare lacus:bis nigra uidere

¶SER. Diis autem geniti : quia corporibus ſe in/fundebant poteſtates ſupernæ.unde heroes procrea/bantur.¶Tenẽt media omnia ſiluæ : cauſam reddit cur non facilis ſit animarũ regreſſus:quia omnia pol luta & inquinata ſunt.Nam per ſiluas tenebras & lu/ſtra ſignificat:quibus feritas & libido dominat̃.¶Co cytuſq; ſimul labẽs circũfluit atro: fluuius ĩferorum dictus ἀπὸ τοῦ κωκύειν:ideſt lugere. Nã Homerus ſic poſuit.Eſt autem locus uicinus Acherõti:de quo diximus ſupra:qui ideo luctuoſi eſſe finguntur:quia (ut di ximus ſupra) hæc ſacra morte hominis fiebant.¶Bis ſtygios innare lacus:modo & poſt mortem . Quod autẽ dicit Ouidius.Aeneam inter deos relatum:non mirũ eſt:Nam (ut ſupra diximus) neceſſe eſt etiam relatorum inter deos apud inferos eſſe ſimulachra : ut Herculis:Liberi patris: Caſtoris & Pollucis:ut eſt apud Homerũ.

κάστορα θ' ἱππόδαμον: καὶ πύξ ἀγαθὸν πολυδεύκεα τοὺς ἀμφω ζωοὺς κατέχει φυσίζοος αἶα

Multi hoc non uidentes ad Sibyllam referunt:ut dicat Vis me bis cernere modo:Et cum me lucis hecate præ fecit auernis:quod & paulo poſt eſt dictura:quod ſi ẽ:nõ bis hæc:ſed tertio inferos cernet nam quãdoq; etiam ipſa morietur.Item hi ſupradictam rationem non uidẽtes dicunt de ſe Sibyllam dicere:nam de Aenea ſi dicat non eum præuidet deum futurum:quod ſi eſt:caruit numine:& quemadmodum de Miſceno uaticinatur:un de referre nos debemus ad id ut dicamus etiam poſt apotheoſim apud ĩferos remanere ſimulachra.¶Stygios lacus:Styx palus quædam apud inferos dicitur:de qua legimus:Dii cuius iurare timent & fallere numen : qd' ſecundum fabulas ideo eſt quia dicitur uictoria Stygis filia bello gigantum Ioui fauiſſe:pro cuius rei remune ratione Iuppiter tribuit:ut dii iurantes per eius matrem non audeant fallere.Ratio autem hæc eſt.Styx mœro rem ſignificat:unde ἀπὸ τοῦ στυγεροῦ: ideſt a triſtitia ſtyx dicta eſt.Dii autem læti ſunt ſemper : unde & im/mortales:ergo quia mœrorem non ſentiunt:iurant per rem ſuæ naturæ contrariam :ideſt triſtitiam quæ eſt æternitati contraria:unde iuſiurandum eſt per execrationem.

¶CHRI. Syluæ:pro inſcitia & ſtulticia optime ponitur ſylua.Vnde omnia initia ſunt quæ reditum nobis ad ſuperos intercludunt:ſed & ſyluam pro materia ponunt platonici.A materia autem: ideſt a corpore omnia
Syluã uitia hominibus proueniunt.Quapropter Pythago.& Pla.ſyluã malã & peſtiferam nũcupant : & ut deus fons eſt & cauſa bonorum omnium ſic ſyluam cauſam omnium malorum ponũt : prolixum omnino eſſet ſi ſyluæ nomina omnia quæ illi a philoſophis dantur nunc recenſeam.Ex nouem autem qua illi Trimegiſtus dat no/minibus tria ſpectant ad eſſentiam propriam ſcilicet natura:mater:ſylua.Tria ad inchoationem:ideſt uim reci piendi fœcunditas:ſinus:receptaculum.Tria ad defectum:malignitas:inuidia:fraus:Plato uero deum appellat patrem:quoniam omnia gignit:Syluam matrem:quia materiam præbet:animam mũdi ſemen: Formas ge/nitas prolem . Et quia ut faber lignarius ex ſylua quæ habet deformia ligna & ĩcurua & rudia materiam tamẽ illam rudem reducit in quamcunq; uult formam:ſic deus ex materia prima ĩformi elicit omnes formas iccir/
Cocyt9 co ſyluam illam philoſophi nuncupant.¶Cocytus:cum multa alia de ſylua dixiſſet. Plato dedit poſtremo no/mina:quibus illius prauitatem exprimit cõfuſionem:errorem:maliciam:inuidiam:fraudem:lœtheum:ache rontem:cocytum:ſtygem:& profecto ut ſapientiſſime idem philoſophus oſtendit huius lubricæ rei nullam ſpeciem:formam ue propriam inueniemus:& tamen omnes habere uidetur:cum intra gremium eius conuer ſione ad aliud ex alio formæ tranſfigurentur:Sed de cæteris alias:ut autem quid de fluminibus ſentiat intelli/gamus:animaduertere platonicos totam materiam in duas regiones diſtribuere.Primamq; faciũt cœlum ĩp/ſum primum:quas beatorum inſulas appellant:& cæleſtem terram:ſecũda reliqua omnia quæ ſub cœlo con/tinentur:quos dicunt inferos:& hanc rem totam:quoniam uarie fluiret:æſtuetq; & nunq̃ eodem ſtatu perma net:flumẽ uocant:primã quoq; partẽ nectar nominant:potum ſcilicet quo dii alantur. Hãc autem ſecundum: potum animarum.Nam ut muſca potu mellis immergitur ita animus harum rerum pernitioſa dulcedine de linitus in ſyluæ uiſceribus demergitur:atq; ita ebrius efficitur:ut neq; facile reuiuiſcat: neq; expergiſcatur : nec ueri gaudii pabulum quod ex contemplatione eſt ualeat deguſtare. Cum enim animus noſter exactiſſima di/uinitatis contemplatione frueretur in cœlo cõſiſtens: tandem terrenarum rerum cõtagione ac deſiderio infe/ctis ipſa cogitationis mole in corporis craſſitudinem deſcendere cœpit:ac nouam ſyluæ:ebrietatem haurire: & in ea ueluti flumine mergi quod in quatuor diſtributum eſt flumina:lætheum:ideſt obliuionem.Acheronta:

ideſt priuationem gaudii:ſtygem:ideſt triſtitiam:cocytum luctum.Acheron ex lætheo fluit: nam ut animus ex cognitione dei purus inuiolatuſq; exiſtens ineffabile percapiebat gaudium:ita ex obliuione gaudio illo priuatur:ex priuatione gaudii triſtitia naſcitur.Ex triſtitia luctus oritur.Vnica igitur materia apud inferos flumē igitur unum:ſed quia quatuor malorum cauſa eſt:& quatuor habet proprietates:quatuor fluminum nominibus appellatur:ſed hæc in phædro diligētius:Hæc ergo ſentiunt platonici euenire mala animis noſtris: cum cœleſtibus ſedibus delapſi:ac in hunc infimum mundum deuoluti corporeo ſunt carcere incluſi.Addunt etiā alium fluuium phlegetonta dictum ab ardore.Nam demerſa in corpus anima obliuiſcitur maieſtatis prioris uitæ:qui fluuius lætheus eſt.Deinde per phlegetontem ardores irarum per Acherontem quicquid non feciſſe uſq; ad triſtitiam pœnitet:per cocytum lachrymas: per ſtygem quicquid inter nos odium parit.Poſſumus etiam cocytum & phlegetontem alio modo diuidere:cum enim ex obliuione rerum cæleſtium & ex contagione rerum terrenarum in perturbationes incidamus:& illæ aut ab opinione boni qualis de præſenti lætitia geſtiens:aut de futuro libido:Aut ab opinione mali:ut eſt meror de præſenti & timor de futuro proueniunt.Ab opinione boni phlegethon:ideſt ardentes cupiditates ab opinione mali Cocytus: ideſt lux prouenit: Nam ex altero lachrymæ emanant:ex altero ardentiſſime cupiditates accenduntur. Phlegeton

Tartara:& inſano iuuat indulgere labori:
Accipe quæ pagenda prius:latet arbore opaca
Aureus:& foliis & lēto uimine ramus:
Iunoni īfernæ dictus ſacer:hunc tegit omnis
Lucus:& obſcuris claudūt cōuallibus umbræ.
Sed non ante datur telluris operta ſubire
Auricomos q̄ quis decerpſerit arbore fœtus:
Hoc ſibi pulchra ſuū ferri Proſerpina munus
Inſtituit:primo auulſo non deficit alter
Aureus:& ſimili frondeſcit uirga metallo.
Ergo alte ueſtiga oculis:& rite repertum
Carpe manu:nāq; ipſe uolēs.faciliſq; ſequetur

SER. Tartara:locus īferorū ꝓfūdus:de quo Luca.ad īferos dicit:Cuius uos eſtis ſuperi. Inſano:magno. Accipe quæ pagēda prius:ſi uis inquit reuerti:audi obſeruatiōis pcepta:& ſub imagine fabularū docet rectiſſimā uitā:per q̄ aīabus ad ſuperos dat regreſſum. Latet arbore opaca Aureus:licet de hoc ramo qui de ſacris Proſerpinæ ſcripſiſſe dicunt̄ quidā eſſe myſticum affirmēt:publica tamē opinio hoc habet. Oreſtes poſt occiſum regē Thoantē in regione Taurica cū ſorore Iphigenia (ut ſupra dixīus) fugit:& Dianæ ſimulachrū inde ſublatū haud lōge ab Aricia collocauit.In hui⁹ tēplo poſt mutatū ritū ſacrificioꝝ fuit arbor q̄dam de qua īfringi ramū nō licebat.Dabat̄ aūt fugitiuis poteſtas:ut ſi quis exinde ramū potuiſſet auferre:monomachia cū fugitiuo tēpli ſacerdote dimicaret.Nam fugitiuus illic erat ſacerdos ad priſtinæ imaginē fugæ. Dimicādi aūt dabat̄ facultas quaſi ad priſtini ſacrificii reparationē.Nūc ergo iſtū inde ſumpſit colorem. Ramus enī neceſſe erat:ut & unius cauſa eēt interitus. Vnde & ſtatim ſub iungit mortem Miſeni:& ad ſacra Proſerpinæ accedere:niſi ſublato ramo nō poterat.Inferos aūt ſubire hoc dicit ſacra celebrare Proſerpinæ.De reditu aūt animæ hoc dicit.Nouimus Pythagoram Samiū uitā humanā diuiſiſſe in modū y litteræ.ſ.q; prima ætas incerta ſit:quippe quæ adhuc ſe nec uitiis nec uirtutibus dedit.Biuiū aūt y litteræ a iuuentute incipere quo tempore hoīes aut uitia.i.partem ſiniſtram:aut uirtutem : ideſt dextrā partem ſequunt̄. Vnde ait Perſius:Traducit trepidas ramoſa in cōpita mentes.Ergo per ramū uirtutes dicit eſſe ſectandas:qui ē y litteræ imitatio:Quē ideo in ſi uis dicit latere:qa re uera in huius uitæ confuſione ex maiori parte uitiorum uirtutis integritas latet.Alii dicūt ideo ramo aureo inferos peti:q̄ diuitiis facile mortales ītereunt.Tiberianus Aurū quo præcio reſerant̄ limina ditis. Lento uimine:flexibili:ut Lenta quibus torno facili ſuperaddita uitis:alias grauis. Iunoni īfernæ:Proſerpinæ:ut Sacra Ioui ſtygio. Dictus:dicatus. Et obſcuris claudunt cōuallibus umbræ:Re uera enim nemus Aricinum denſum eſt. Sed non ante dat̄:ſiue iuſtis:ſiue iniuſtis: & ſic intelligentes:remouemus quæſtionem.Hinc enim dicit Longū poſt tempore uiſum.Ex eo.n.q̄d dicit deſcendiſſe aliquos:ramū quoq; depoſitū eē ſignificat. Telluris opta:ſecundū eos q dicūt īferos in medio eſſe terrarū:quos Iuue.dicit putari eſſe ſub terris:ut Eſſe aliquos manes & ſubterranea regna. Pulchra : quæ rapi meruit a Plutone. Suū:ſibi earum:aut ſibi:deſtinatū. Non deficit alter: ne diceret ab iis qui primo deſcēderunt eē ſublatū. Frōdeſcit:in naturam redit:& honeſte locutus eſt dicēs habēs frondes ſui metalli. Alte ueſtigia oculis:require omni intentione. Rite repertum Carpe:rite carpe:non rite repertum.

CHRI. Tartara:propria loca ſunt infima inferorum dicta απο του ταρτερι ȝειν quod eſt a frigore tremere:eſt enim locus adeo remotus a cœlo:ut ibi ſint tenebræ & ſtridor dentium. Ramus aureus: Sapientia eſt quæ rerum omnium humanarum diuinarumque ſcientia.Sine hac non eſt contemplatio:quæ eſt fugiendarum eligendarumq; rerum iudex.Vnde ſapiens: Aurum & multitudo gemmarum & uas præcioſum labia ſcientiæ:aurum enim interpretatur ipſe nitor ſapientiæ.Multitudo uero gemmarum uarietas uirtutum: & Gregor.in Iob per aurum ſapientiam intelligit. Latet:Nam ut teſte Cicerone dicit Democri.ueritatem natura in profundo abſtruxit:per ramum autem eſſentiam : per frondes accidentia intelligamus. Lucus & umbræ: per lucum:quæ ſilua eſt:intellige contagionem corporis: qua oppreſſi nihil recte ſentimus. Per umbras uero inanes:appetitus cupiditates:Nam & ipſe ueritate dignoſcenda arcet: Sed non datur nobis:ſubire operta: ideſt deprehēdere ipſam ueritatem quæ a noſtra mole corporea oppreſſa latet niſi hunc ramum : ideſt hāc ſapientiam aſſecuti fuerimus:primo auulſo nō deficit alter.Quia ueritatem ueritas aperit:nec uetamur idem illum intelligere quod alter intellexerat prius. Veſtiga:Diligenter inquire.Tranſlatio a uenatoribus qui ſequentes ueſtigia animalia quærunt. Tartar⁹

¶SER. Si te fata uocant: hūc.n.quē fata uocāt facile ſequit. ¶ Poteris: poteris qs. Tertiæ.n.ꝑſonæ ſignificatio
nē ad ſecundā tranſtulit: & generaliter loquit. Nam ut de Aenea dicat: nō procedit. Si enim dubitat caret deo:
nec poteſt de Miſeno uaticinari. ¶ Duro ferro: & genus eē poteſt & ſpēs. ¶ Præterea: ac ſi diceret. Eſt & alia op/
portunitas deſcēdēdi ad īferos.i.Proſerpinæ ſacra pagēdi. Duo.n.horum genera ſacrorꝫ fuiſſe dicunt: Vnū ne/
cyomātiæ: qd' Luca.exeqtur: & aliud ſciomātiæ.i.diuinatiōis per umbras σκια.n.umbra eſt: & μαντια uatici
niū: qd' in Homerus quē Virgi.ſequit lectum'eſt. Sed ſecūdū Luc.necyomātiæ ad eleuādū cadauer ſanguis eſt
neceſſarius: ut Pectora tūc primum feruēti ſanguine
ſupplet. In ſciomantia uero quia umbræ tantum eſt
euocatio: ſufficit ſolus interitus: Vnde Miſenus in flu
ctibus occiſus eſſe inducitur. ¶ Tibi: ideo addidit tibi
ne amici poſſet etiam ad Sibyllam referri. ¶ Inceſtat:
polluit: & inceſtū eſt q̄cūq; pollutio. ¶ Pendes: ſollici/
tus es: ut Ipſe manu multo ſuſpenſum numine ducit
& proprie pēdere ē deſiderarē aliqd audire: ut Pēdetq;
iterū narrātis ab ore: & Oui.narrantis cōiux pēdet ab
ore uiri. ¶ Sedibus hūc refer ante ſuis: apud maiores
(ut ſupra diximus) oēs hoīes in ſuis domibus ſepelie
bant: unde ortū eſt ut lares colerent in domibus. Vn
de etiā umbras laruas uocamus. Nam dii penates alii
ſunt: unde eſt quod etiā Dido cenotaphiū fecit mari/
to. Ergo aut ſecundū iſtorū locutus eſt morem: quis
troiani adhuc domos nō haberēt: Aut dicit refer hūc
naturalibus ſedibus terræ: nā ī aqua perierat: uerum
tamē illud eſt ut intelligamus eā dicere ſepeli eū: nā ſe
pulchrū ſedes uocat: Hora. Nulla certior tamen rapa
cis orci fine deſtinata diuitē manet herū. Itē Virgi. Et
nūc ſeruat honos ſedē tuus oſſaq; nomen. Perſuadet
autem ſepulturam ut poſſit recētis cadaueris uti ani/
ma: ut ait Lucanus Nō in tartareo latitātē poſcimus
antro: Aſſuetāq; diu tenebris modo luce fugata De/
ſcēdentē animā primo pallentis hiatu Hæret adhuc
orci. ¶ Prima piacula ſunto: ad expiationem pollutio

Si te fata uocant: aliter nō uiribus ullis
Vincere: nec duro poteris conuellere ferro.
Præterea iacet exanimum tibi corpus amici
Heu neſcis: totamq; inceſtat funere claſſem.
Dum cōſulta petis: noſtroq; in lumine pēdes.
Sedibus hunc refer ante ſuis: & cōde ſepulchro
Duc nigras pecudes: ea prima piacula ſunto:
Sic demū lucos ſtygios & regna inuia uiuis
Aſpicies. dixit: preſſoq; obmutuit ore.
Aeneas mœſto defixus lumina uultu
Ingreditur linquens antrum: cæcoſq; uolutat
Euentus animo ſecum: cui fidus Achates
It comes: & paribus curis ueſtigia figit.
Multa inter ſeſe uario ſermone ſerebant:
Quē ſociū exaīmē uates: qd corpus humādū
Diceret: atq; illi Miſenum in littore ſicco
Vt uenere: uidēt indigna morte peremptum:
Miſenum Aeoliden: quo nō præſtantior alter

nis: quæ fuerat nata morte Miſeni. ¶ Sic demum: ad poſtremū: hoc eſt nouiſſime. Hæc particula tam apud Vir
gilium q̄ apud idoneos auctores hoc ſignificat: licet in aliis diuerſa ſignificet. ¶ Lucos ſtygios: & regna in uia ui
uis Aſpicies: Seneca ſcripſit de ritu & ſacris ægyptiorum: hic dicit circa ciuitatem Sienem extremam partem
Aegypti eſſe locum: quem philas hoc eſt amycas uocant: ideo ꝙ illic eſt placata ab Aegyptiis Iſis: quibus iraſce
batur ꝙ membra mariti Oſiridis non inueniebat: quem frater Typhon occiderat: quæ inuenta poſtea cum ſe/
pelire uellet elegit uicinæ paludis tutiſſimū locū: quem ad tranſitum conſtat eſſe difficilem. Limoſa enim eſt
palus & papyris referta. Vltra hāc eſt breuis inſula inacceſſa hominibus: unde αβατος appellata eſt. Luc. Hinc
abatos: quam noſtra uocat ueneranda uetuſtas. Hæc palus ſtyx uocatur ꝙ triſtitiam tranſeuntibus gignit. Sa/
ne ad illam inſulam ab his qui ſacris imbuti ſunt certis tranſitur diebus. Lectum eſt etiam ꝙ uicini populi ca/
dauera ſuorū ad alteram regionem transferunt: ſed ſi quis forte in fluuio pereat: nec eius inueniatur cadauer:
poſt centum ei annos perſoluunt officia: hinc eſt tractum Centum errāt annos uolitantq; hæc littora circum.
¶ Regna inuia uiuis: quæ contra naturam ſunt: non afferūt præiudiciū generalitati: unde ait Inuia: licet Hercu
les & alii tranſierint: & ſit tranſiturus Aeneas: ſic dictum eſt & illud: Euaditq; celer ripam irremeabilis undæ.
¶ Mœſto uultu: propter mortem amici: & rami inquiſitionem. ¶ Defixus lumina: defixa lumina habens: per
qd' triſtitia mentis oſtendit. ¶ Ingreditur: pro gradit: uacat ꝓpoſitio: ut Ingrediturq; ſolo: & caput inter nubila
cōdit. ¶ Et paribus curis ueſtigia figit: aut ſimili ſollicitudine detentus incedit: aut figit ueſtigia: ideſt ſtat ex im
prouiſo: qd' cogitantes facere conſueuerunt. ¶ Multa inter ſeſe uario ſermone ſerebant: Hinc proprie dictus eſt
ſermo: qui inter duos ſeritur: & inter utrunq; agitur. ¶ Indigna morte: miſerabili: non congrua eius meritis:
uel propter animæ extinctionem elementi contrarietate.

¶CHRI. Si te fata uocāt: Si datū ē a ſupis: Aliter: nā diua prouidētia cōtraria diſponēte nihil ꝑficere poſſu/
mus: nec īgenii uis nec corpis robur q̄cq̄ ualet. Mortuū āt Miſcenū extinctā inanē gloriā ītellige. Nā q ſcientiā q̄
rit: nūq̄ ꝑficit ſi inani gloria ītumeſcit. Sūt.n.q adiſcūt: ut ex ſua doctrina gloriā aucupent: Sūt itidē q ut inſtru
ant. Sed quorū gloria finis eſt ii nūq̄ meliores ex ſua doctrina reddunt: ſed potius uāitate deteriores. Quapp q
ſūmū bonū ex diuinarꝫ rerꝫ cognitiōe: aſſecuturi ſunt: addiſcāt: ut ſciā: & ut ſe ad eorꝫ q dicerit normā dirigāt:
& cū inde ſuā originē diuinā eē cognouerit: ſe oī corporea cōtagiōe purgātes ueluti dii ī terris degāt. Neq; iccir
co diſcāt: ut deīde ſuā ſapiam iactēt: & nihil recte agētes tumidi inflatiq; reddant: aq̄ qdē re nos uehemēter Pau
lus deterret. Eſt & tertiū quoq; genus eorꝫ q diſcūt: ut inde q̄ſtū faciant: & hi īprobant tanq̄ auari Iure igit æne
as cū hāc uitā ſibi ꝓpoſuiſſe dū pēdet in limine ſibyllæ.i.dū ſibi qd agēdū ſit cōſultat: īterierit miſceus.i.euāeſcit
ab eo oīs īanis gloria: nā q recta īgredit uia: nihil agat pp uāitatē & inanē gloriā: ſed cūcta eo referat ut ſe ipſum
optime inſtituat. Dicit.n.miſcenus odioſa laus. Quid.n.apud mortales odioſius eſt uanis īflatiſq; hominibus

dat̃ ãt comes Hectori:quoniã ille ab Home.nõ uera uirtute pugnaſſe:ſed ne gloriã exiſtimatiõe ue amitteret apud ſuos.Quapp ẽt ab Ariſto.exẽplo ponit̃ in q̃dã ſpecie nõ uere fœtitudinis.Quoniã ergo res tota uẽtoſa eſt æoli regis uẽtoꝝ fili⁹ dr̃.Eſt tubicen:quo artifice nihil iflatius repit̃:nihilq; p̃ter uẽtũ pſtat.Hic ergo polluit totã claſſẽ.Nã oẽm uirtutẽ deturpat huiuſcemodi uãitas.Ergo nõ ſolũ extiguat̃ ĩ nobis:ſed pẽitus ſepeliat̃.¶Regna inuia.i.nã q uitiis nõ ſunt extincti:ſed ſuis uirtutibus uiuũt:nõ deſcendũt ad ĩferos ſic & Dauid dixit.Nõ mortui laudabũt te domine neq; hoĩes q deſcẽdũt ad ĩfernũ: ſed nos qui uiuimus:recte autem ignorat æneas quem ſocium humãdum pdicat ſibylla:nã ante ſapientia quã adhuc nõ acqſiuerat uitia nõ recte cognoſcit.Laudes ãt Miſceni nõ ad allegoriã ſed ad hiſtoriam referas:uel dicat in bellis nihil præſtantius eſſe inani gloria ubi cupiditas gloriæ pluſq̃ uirtus ualet nam ut ait Iuuenalis.Quis enim uirtutẽ amplectit̃ ipſam prœmia ſi tollas?

Aere ciere uiros:Martemq; accendere cantu.
Hectoris hic magni fuerat cões:Hectora circũ
Et lituo pugnas inſignis obibat:& haſta.
Poſtq̃ illum uita uictor ſpoliauit Achilles:
Dardanio Aeneæ ſeſe fortiſſimus Heros
Addiderat ſocium:nõ inferiora ſecutus.
Sed tũ forte caua dũ perſonat æquora concha
Demẽs:& cãtu uocat in certamina Diuos:
Aemulus exceptũ Triton(ſi credere dignũ ẽ)
Inter ſaxa uirum ſpumoſa ĩmerſerat unda.
Ergo oẽs magno circum clamore fremebant:
Præcipue Pius Aeneas:tũ iuſſa Sibyllæ
Haud mora feſtinant flẽtes:aramq; ſepulchri

¶SER. Martemq; accendere cantu:hemiſtichiũ: ideſt dimidium uerſum hoc dicitur addidiſſe dum Auguſto hũc ſextum librum recitaret.Nam ante hemiſtichium fecerat dicendo Aere ciere uiros: poſtea in præſentia Auguſti ex abundantia intellectus addidit ſubito Martemq; accendere cantu.¶Vita ſpoliauit:ad bellum rettulit:in quo uictis tollũtur exuuiæ.¶Non inferiora ſecutus: ubiq; Aeneam Hectori cõparat:ut Ambo animis: ambo inſignes præſtãtibus armis.¶Caua dum perſonat æquora: aut perſonare facit:aut hyſterologia eſt: dũ per caua æquora ſonat.¶Demens:improuidus:qui non conſiderauit etiam deos in æmulationem poſſe deſcendere.¶Aemulus: modo eiuſdem rei ſtudioſus: alias inimicus inuenit̃.¶Exceptum:oppreſſum inſidiis:quo ſermone oſtendit eum tantæ fuiſſe uirtutis: ut ne a numine quidẽ niſi inſidiis opprimeretur.¶Triton:penultima accẽtum habet.Nam Tritonis facit.ſi enim ultima habet Tritontis facit:quod non procedit: ut Demophoon Dephoõtis.¶Ergo:aut qa talis perierat:aut qa ſic fuerat interemptus.¶Præcipue pius æneas:ubiq; Aeneam ſupra cæteros inducit mortẽ cuiuſlibet dolere: ut Nũc amyci caſum gemit.Item Caſuq; animum concuſſus amici:hoc præcipit Horatius in arte poetica ſeruetur ad imum qualis ab incepto proceſſerit:& ſibi conſtet ut ſemper pius deſcribatur æneas: hinc ei dat circa ſepulturam etiam ſordida officia:quæ in aliis denegat locis.Qui enim de pietatis generibus ſcripſerunt:primum locũ in ſepeltura eſſe uoluerunt.Vnde cum pontificibus nefas eſſet cadauer uidere:magis tamen nefas fuerat ſi uiſũ inſepultum relinquerẽt.Genus autem ſepulturæ fuerat iniectio pulueris.Vnde eſt Aut tu mihi terram Inijce.Horatius:Non eſt mora longa licebit iniecto ter puluere curras.¶Aramq; ſepulcri: pyram dicit: quæ in modum aræ lignis conſtrui ſolebat.Nam ſequitur Congerere arboribus cælo: & aram quæ ante ſepulcrum fieri conſueuit intelligere non poſſumus:ut Stant manibus aræ: cum nondum facta ſit funeratio: quæ præcedit ſepulcrum.Probus tamen & Donatus de hoc loco requirendum adhuc eſſe dixerunt.

¶DONA. Enumerat:quæ in tali uiro eſſent dolendum:primo quia æolides.i.nobili genere.Quo nõ præſtantior aere ciere: ſecundo quod ſummus artifex in ſono tubæ.¶Viros:homines fortes: quia imbelles nullis exortatiõibus citari poſſunt.¶Et lituo pugnas & haſta:non ſolũ tuba alios accẽdere poterat:ſed & ipſe pugnabat.¶Hectoris hic comes:Maxima laus q̃ nũq̃ niſi præcipuis comes eſſet.¶Si credere dignum eſt:quaſi icredibile ſit quod homo deũ prouocauerit.¶Exceptum:Vt uenabulo feram quæ dum ſua feritate plurimũ poſſe credat incauta ruens in ferrum temeritatis pœnas dat.Indigna morte:quæ non conuenit uiro forti: ergo non tãtus dolor fuiſſet ſi in bello cecidiſſet.¶Aramq; ſepulchri:Meritũ defunti p̃ter lachrymas poſtulabat exeqas.

¶CHRI. Aere ciere.i.apud.n.mortales nullus ẽ ſtimulus quo uehemẽtius hoĩes agãtur quã ipſa nimia cupiditas gloriæ:Ipſa.n.tuba ænea eſt qua Mars accenditur.i.ad oĩa grauia ac difficilia excitamur.Recte ergo Cice.honos alit artes omneſq; accendimur ad ſtudia gloria.¶Martem:pro bello poſuit: auctorem rei pro ipſa re & eſt Denominatio color rhetoricus.Spoliauit:Vitam enim ueluti exuuias hoſtis ab hoſte petit: & Homerus ait.ἐναρίζε.¶Hectora circum: Anaſtrophe eſt:ubi præpoſitio poſtponit̃:ut Trãſtra per & ramos.Oẽs aũt in q̃bus animus excelſus eſt:neq; adhuc uere uirtutis habitum obduxerũt:magis gloria q̃ uirtutis amore mouentur.Quod & æneæ contigit ante q̃ in italia:ideſt in uirtutis habitu conſiſteret.Quæ quidem res magnis olim rebus pub.calamitatẽ extremumq; exitiũ attulerunt.Dũ enim ingentes honores ſummaq; imperia aſſequi uolunt huiuſcemodi uiri reip.ſuæ libertatem ademerũt:ut de Sylla:Mario:Cæſare ac Pompeio legimus:Hinc Iuue.tantum obruit olim Gloria paucorum laudumq; immenſa cupido.Aemulus inuidus teſte.Nonio.Itur in antiquam ſyluam: quoties uolumus demonſtrare rem populariter ab omnibus fieri imperſonali utimur.Sic & Ter.& quoniam nemini obtrudi poteſt ad me itur.Extrema autem mortuorum quoſq; mouens.Sic & Teren.Venimus ad ſepulchrum in ignem poſita eſt:fletur interea.Antiquã ideo dixit quoniã inde ingẽtes arbores eẽnt aducturi.Syluã ãt poſuit q̃ ramũ aureum occuparet:ut oſtẽderet ab hylæ nobis oĩa prouenire uitia: quæ obſunt ne ſapiam aſſeq poſſumus.Vnde ẽ:ĩ animã maliuolã nõ ĩtrohibit ſpũs ſapĩtiæ.Propterea addidit.

¶SER. Cæloq; educere certant: ut hoc faciant mente pertractant. Nam adhuc ituri ad ſiluas ſunt. ¶ Itur: eo e breuis eſt: itur i longa inuenitur. Ergo quia hoc uerbum breue eſt in origine: & in declinatione fit longum: ideo eius certa natura: nec in temporibus: nec in participiis inuenitur. Nam cum itur longa ſit: iturus breuis inuenitur: ut Superumq; in lumen ituras. Multi tamen tentant dicentes itur propter eo: quæ prima uerbi origo eſt per diphthongum ſcribi debere: quod non procedit: quia diphthongus ſemper longa eſt. I autem & produci poteſt & corripi: hinc eſt ꝙ fortuito & producit i & corripit. Iuuenalis: Non quaſi fortuito: nec uentorum rabie: ſed iratus cadat in terras & uindicet ignis. Cōtra Horatius: Nec fortuitum ſpernere ceſpitem: leges ſinebant. Hic enim niſi i longa ſit non ſtat uerſus. Et hoc protulimus exemplum unius ſermonis: ne quis dicat iturus & itur ideo uariam habere naturam propter temporum uarietatem. Vnde melius eſt (ut diximus) originis conſiderare rationem. Sane fortuitus ab eundo eſt & a fortuna compoſitum. ¶ Piceæ procumbunt: picea ſecundum Plinium in naturali hiſtoria: quinta ſpecies cedri eſt. Nam cedria dicta eſt quaſi καιομενης Δρυος υργον: ideſt arboris humor ardentis. ¶ Nec non Aeneas: bona œconomia uenitur ad ramum. ¶ Accingitur armis: inſtruitur officiis. ¶ Forte precatur: uacat forte: & eſt uerſus de his qui tibicines uocantur: quibus additur aliquid ad ſolam metri ſuſtentationem: ut Nunc dextra: nunc ille ſiniſtra: nec enim poſſumus intelligere eum fortuito rogaſſe. ¶ Si: aduerbium rogantis & optantis eſt per ſe plenum ſicut & o: licet neoterici hæc iungant: & pro una ponant: Perſi. O ſi ebullant patrui præclarum funus & o ſi. ¶ Quando: ſiquidem & nimium uere cū ingenti dixit affectu: quaſi mors prædicta falſa eſſe debuerit. ¶ Cum forte columbæ: auguria aut oblatiua ſunt: quæ non poſcuntur: aut impetratiua: quæ optata ueniunt. Hoc ergo quia oblatiuū eſt ideo dixit forte. Bene autem a columbis Aeneæ datur augurium & Veneris filio: & regi. Nam ad reges pertinet columbarum augurium: quia nunq̄ ſolæ ſunt: ſicut nec reges quidem. ¶ Ipſa ſub ora: ne ſi longius uolarent: non ad eum pertinere uiderentur. Nam moris erat: ut captantes auguria certa ſibi ſpatia deſignarent quibus uolebant uidenda ad ſe pertinere: quod ſpatium templum totum appellatur: & extremæ partes antica & poſtica uocabantur. ¶ Maternas: Veneri conſecratas propter fœtum frequentem & coitum.

Congerere arboribus: Cæloq; educere certant.
Itur in antiquam ſiluam: ſtabula alta Ferarū.
Procumbunt Piceæ: ſonat icta ſecuribus Ilex:
Fraxineæq; trabes: cuneis & fiſſile Robur
Scinditur: ac uolunt ingentes montibꝰ Ornos:
Nec non Aeneas opera inter talia primus
Hortatur ſocios: paribuſq; accingitur armis:
Atq; hæc ipſe ſuo triſti cum corde uolutat
Aſpectās Siluā immēſam: & ſic forte precat̃.
Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus
Oſtēdat nemore in tanto: quando omnia uere
Heu nimium de te Vates Miſene locuta eſt.
Vix ea fatus erat: geminæ cū forte Columbæ
Ipſa ſub ora uiri: Cælo uenere uolantes:
Et uiridi ſedere ſolo: tum maximus Heros
Maternas agnoſcit aues: lætuſq; precatur.

¶DONA. Antiquam: in qua eſſent arbores multis ſæculis auctæ. ¶ Stabula ferarum: ergo maiores feræ ſtaræ conſueuerant: q̃rum metus arcebat homines ne irent cæſum ligna laus troianorum qui non ſunt deter[illegible] ſtabulis ferarum ubi multarum eſſet congeries & magnarum nam de minoribus cubilia diceret. ¶ Triſti: q̃uis de morte amici triſtis eſſet non omittebat curam iam inueſtigandi. ¶ Precatur: nam auxilio diuino ſciebat opus eſſe: ut in tanta ſylua ramus inueniretur. ¶ Oppoſuit: cum loqueretur cum columbis.

¶CHRI. Stabula alta ferarum: Vitia enim nos ex homine feras reddunt. ¶ Piceæ: ſex ſunt genera cognatarū arborum: Pinus: Pinaſter: Pix: Abies: Larix: & Tæda: Pix montes & frigora amat feralis arbor & funebri indicio ad fores poſita. Gemmam candidam gerit & thuri ita ſimilem: ut illi admixta non dignoſcatur. ¶ Ilex: ſpe-

Ilex cies eſt quercus: hinc pontem ſupplicium dicimus: ideſt ligneum: quoniam ex ilice fit. ¶ At multa ſæcula durat: Nam ſua tempeſtate refert Plinius ilicem in uaticano fuiſſe ante urbem conditam in qua titulus cæteris litteris etruſcis religione iam tum dignam arborem fuiſſe ſignificat Plinius autem fuit anno ab urbe condita:

Fraxinꝰ Fraxinus celebratiſſima ab Homero in aſta Achillis. Quæ in ida troadis naſcitur adeo credo ſimilis eſt: ut dempto cortice emptores fallat. Folia eius iumentis mortifera: ruminantibus autem innoxia græci: ſcripſerunt In Italia nec iumentis qui fidem nocet: Succus ad potum expreſſus cōtra ſerpentes ualet. Arborem ipſam ita fugiunt: ut ne umbram quidem unquam attingant. Expertum ſe dicit Plinius ſi neceſſitas ſit in ignem potius q̄ in fraxinum effugere ſerpentem Robur: inter ſpecies quercus reponitur. Eſt arbor duriſſima: unde nomen ſumpſit. ¶ Aſpectans ſyluam immenſam: propterea triſtis ꝙ immenſa ſyluis præbebat difficultatem inueniendi. Vel etiam triſtis propter amiſſum amicum. ¶ Cœlo: uenerunt ex alto: & ſederunt in uirenti ſolo: quia erat augurium ipſam ſapiētiam quæ cæleſtis eſt daturam ſibi cognitionem uiciorum quæ terrena ſunt. Eſtq; optimus progreſſus: ut primum uiciis exuamur: deinde cæleſtibus uirtutibus oppleamur: nam uirtus eſt uicium fugere: & ſapientia prima ſtultitia caruiſſe: ut ait Horatius. ¶ Heros: nam niſi heroicis uirtutibus: ut oſtendit Ariſtoteles ſummi boni participes eſſe non poſſumus: dixit autem geminas columbas: quia ſecūdū Eurypedem quæ ſunt ueneres: cæleſtem & humanam: ideſt amor rerum cæleſtium in quibus eſt contemplatiua & humanarum: in quibus eſt actiua: unde recte ſapientiam dicunt rerum diuinarum & humanarum ſciētiam: non autem temere Orpheus unam tantum argonautis tribuit: nam ipſi ſolam humanam ſapientiam ſecuti ſunt. ¶ Eſte duces: nam fruſtra ducimur: niſi ardentiſſimus amor nos ducat.

¶SER. Siqua uia eſt:ſi ē ratio:& ex hoc loco eſſe icipit ipetratiuū qđ oblatiuū fuerat.¶ Curſumq;:p auras: ſurſum uocauit ipetū:& eundi officiū.Nā & nauiū curſum dicimus.¶ Ne defice rebus:ne deſere i rebus icertis: & bene in ſiluis inuocat matrē:quā iam ſcit ſibi uiſam eſſe habitu uenatricis:ut in primo legimus.¶ Sic effatus: proprie effata ſunt augurum preces.Vnde ager poſt pomeria uocabatur effatus:ubi captabant' auguria.¶ Veſtigia preſſit:quia ad captanda auguria poſt preces immobiles uel ſedere uel ſtare conſueuerant.¶ Quo tendere pergant Paſcentes:hinc optimū ſignificatur auguriū:quod paſcebant.Nam romani moris fuit:ut in comitiis agendis & in bellis gerendis pullaria captaret auguria.Vnde eſt in Liui.q; cum quidam cupidus belli gerēdi a tribuno plebis prohiberetur ne iret: pullos iuſſit afferri:qui cum miſſas non ederent fruges: irridens conſul auguriū ait uel bibant: & eos necauit in Tyberim:inde nauibus uictor ex africa reuertens: in mari cum omnibus quos ducebat extinctus eſt:& multi Paſcentes diſtingunt: & abſolutus eſt ſenſus. Alii dicunt Paſcentes uolando:& referunt ad naturā columbaꝝ:quæ exilientes paſcere conſueuerūt: Alii uolando ambulando dicunt. Vola.n. dicitur media pars pedis uel manus.¶ Prodire: prodibāt. infinitus pro indicatiuo.¶ Graue olentis auerni:male olentis: alibi bene olentis:ut Et grauiter ſpirātis copia thymbræ Floreat.¶ Liquidumq; per aera:nō eſt aeris perpetuū epitheton :ſed purum ait auerni cōparatione. Dicit autē eas alte uolaſſe ad uitandū auerni odorē. ¶ Super arbore ſidunt:ſecundū antiquā licentiā ſuper iungit ablatiuo.¶ Auri aura:ſplendor auri. Hora.Tua ne retardet aura maritos.i.ſplendor. Hinc & aurum dicit' a ſplendore q eſt in eo metallo. hinc & aurarii dicti:quoꝝ fauor ſplendidos reddit.¶ Brumali frigore uiſcū:bene brumali addidit. tunc enim maturū eſt:& auri imitat' colorem:nam noua fronde uiret:quod ut ait Pli.in natu.hiſt.de fimo turdelarum in certis arboribus naſcitur:unde Plau.Ipſa ſibi auis mortem creat.¶ Teretes truncos:teres eſt rotundū aliquid cum proceritate:ut Incumbens tereti damon ſic cœpit oliuæ.Hora.Brachia & uultum tereteſq; ſuras.¶ Extemplo:bene uerbo uſus eſt augurum:ut diximus ſupra.

Eſte duces:o ſiqua uia eſt:curſumq; per auras
Dirigite in lucos:ubi pinguem diues opacat
Ramus humum:tuq; o dubiis ne defice rebus
Alma Parens.ſic effatus ueſtigia preſſit
Obſeruās quæ ſigna ferāt:quo tēdere pergant
Paſcentes.illæ tantum prodire uolando
Quantum acie poſſent oculi ſeruare ſequētū.
Inde ubi uenere ad fauces graue olētis Auerni:
Tollunt ſe celeres:liquidumq; per Aera lapſæ
Sedibus optatis gemina ſuper arbore ſidunt
Diſcolor unde Auri per ramos Aura refulſit.
Quale ſolet ſiluis brumali frigore Viſcum
Frōde uirere noua:qđ nō ſua ſeminat arbos
Et croceo fœtu teretes circundare truncos:
Talis erat ſpecies Auri frondentis opaca
Ilice:ſic leni crepitabat bractea uento.
Corripit Aeneas extemplo:auiduſq; refringit

¶DONA. O cū pces torſiſſet ad matrē:illic.n.ponit':ubi ſimplex hortatio eſt & blanda Veſtigia preſſit:Obſeruabat diligentius:quia ſciebat poſſe illas preter aduentū ſuū aliquid propriis motibus nunciare.¶ Prodire uolando:prodire pedū eſt:Volare alarū:ſed quomodo ambulabāt & uolabāt ſed intellige uolā eſſe mediā partē plantæ & māus.Ergo uolabant ambulabāt per uolā:unde inuolare dicimus cū aliquid furtim uolæ manus ſubtrahimus:itē inuolare cū uiolenter manus in aliquē dirigunt'.Ter.in faciem inuolē uenefico:ergo hic ambulare intelligit. Nā cū alaꝝ motū exprimere uoluit:dixit Cælo uenere uolantes:cū aūt demōſtraſſet ambulationē in eo qđ' eſt prodire uolando:& deinde uolatū exprimere uellet:dixit Tollūt ſe celeres liquidūq; per.a.la.Ergo uſq; ad auernū ambulauerāt.¶ Diſcolor:Nā per arborē uiridem fulſit color aureus.¶ Corripit: ne prolixior eſſet narratio nō dixit quomodo ad ipſam arborem æneas uenerit:ſed per aliā uiam intellige peruenit.

¶CHRI. Siqua uia:recte addubitat in rebus difficilimis.¶ Pinguē:qm̄ ſummū bonū pducit.¶ Dubiis: Facile.n.in ambiguis pp difficultatē torpeſceremus:niſi adeſſet ardor amoris.¶ Preſſit:nā nō niſi pedetentim ꝓcedēdū eſt:neq; prius ad ſubſequētiā ꝓcedēdū q antecedētia recte nouerimus ſi ueritatē cōſeq cupimus:neqcq̄ eſt inexploratū omittēdū.Hoc & ciuis noſter Dāthes expreſſit:cū in mōtis aſcēſu diceret.Si chel pie fermo ſempre era el piu baſſo.Apprime.n.ardua eſt uia & ſudoris plena:q dicit ad uirtutē.¶ Paſcētes:pabulū.n.aīoꝝ ē ipſa ueri inueſtigatio.¶ Prodire uolādo.nō.n.debet amor inueſtigādi lōgius ꝓcedere:q ingenii acies conſeq poſſit. ¶ Auerni:de quo uidebis apud Ser.uitāt aūt odorē auerni.i.fugiūt reꝝ terrenaꝝ corruptelas:& ab iis eleuatæ: p liquidū.i.puꝝ aerē.i.p ſupernaꝝ reꝝ affectū deueniūt ad ipſam ſapiētiā.Nā quotienſcūq; nos incitāt res terrenæ:debemus illis opponere diuinaꝝ reꝝ excellentiā.¶ Viſcū:neutri generis eſt & ſecūdæ declinatiōis. Nā uiſcus uiſceris carnē dicimus.Quicqd.n.intra cutē pellē ue aīalis eſt uiſcus appellat' Viſcū āt in qrcu robore' Ilice pruno ſylueſtri terebyntho naſcit' nullo ſemine niſi i aluo auiū maturo palūbi maxīe & turdi.Humi nunq naſcit'.¶ Druidæ:q magni galloꝝ ſunt nihil ſacratius habēt uiſco & arbore:q gignit' mō robur ſit.Nā roboꝝ eligūt lucos:nec ulla ſacra ſine roboris frōde faciūt:Vnde græca iterptatiōe απο της Δρυος druidæ appellari pnt: certe qcqd illi ad naſcit' e cœlo miſſum putāt:& id electe arboris ſignū putāt.Hoc reptū maxima religiōe petit' & ante oīa ſexta luna q menſiū annorūq; principiū iis facit ſacrificio epuliſq; rite ſub arbore paratis duos admoueat cādidos tauros ſacerdos candida ueſte cultus arborē ſcādit:Falce aurea demittit.Candido id excipit' ſago: Tū demū uictimas immolant precātes ut ſuū donū deus proſperū faciat iis qbus dederint.Fœcunditatē eo dari cuicunq; ſterili animali arbitrantur:contraq; uenena omnia eſſe remedio:ait Plini.¶ Bractea:ſubtilis anima.

Viſcū
Viſcus
Druidæ

Cunctantē:& Vatis portat ſub tecta Sibyllæ.
Nec minus interea Miſenum in littore Teucri
Flebant:& cineri ingrato ſuprema ferebant.
Principio pinguem tædis:& robore ſecto
Ingentē ſtruxere Pyram:cui frondibus atris
Intexunt latera:& ferales ante Cupreſſos
Conſtituūt:Decorantq; ſup fulgētibus armis:
Pars calidos latices:& ahena undantia flāmis
Expediunt:corpuſq; lauant frigētis & ungūt.
Fit gemitus:tū mēbra toro defleta reponunt:
Purpureaſq; ſuper Veſtes uelamina nota
Coniiciunt:pars ingenti ſubiere Pheretro
Triſte miniſterium:& ſubiectā more parentū
Auerſi tenuere facem:congeſta cremantur
Turea dona:dapes fuſo crateres Oliuo.
Poſtq̄ collapſi cineres:& flamma quieuit

¶SER. Cunctantē:aliud pendet ex alio qa auidus:ut oſtendat tantam fuiſſe auellendi cupiditatem:ut nulla ei poſſet ſatiſfacere celeritas.Nā tardantē dicere non poſſumus eū qui fataliter ſequebatur:Alii cunctantem ad auri naturam referunt.i.mollem:q paulatim frangitur.i.lenteſcit:Alii Cunctantē grauē dicunt: ut Glebas cunctantes:craſſaq; terga expecta.¶Nec minus:nihilominus ille deflebaꝰ.¶Interea:dū itur ad ſiluas.¶Ingrato:triſti:ut gratū aliquid lætum dicimus:Alii ingrato dicunt gratiam non ſentienti.¶Pinguem:aut de græco tranſtulit λιπαραν:aut hypallage eſt:hoc eſt de pinguibus tædis.¶Frondibus atris:aptis ad funera.¶Cupreſſos:adhibetur ad funera:uel q cæſa non repullulat: uel q per eam funeſtata oſtendiꝰ domus: ſicut lætā frondes indicant feſtæ.Varro tamen dicit pyras ideo cupreſſo circundari propter grauē uſtrinæ odorē:ne eo offendatur populi circunſtantis corona : quæ tādiu ſtabat reſpondens fletibus præficæ.i. planctuum principi:q̄diu conſumpto cadauere:& collectis cineribus dicebat nouiſſimū uerbū ilicet : quod ire licet ſignificat.Vnde eſt:Dixitq; nouiſſima uerba.¶Pars calidos latices:Pli.in nat.hi.dicit hāc eſſe cauſam: ut mortui & calida aqua abluanꝰ:& per interualla conclamentur:qđ ſolet plerunq; uitalis ſpiritus excluſus putari:& hoīes fallere.Deniq; refert quēdam ſuppoſitum pyræ adhibitis ignibus erectū eſſe:nec potuiſſe liberari:unde & ſeruabanꝰ cadauera ſeptē diebus: & calida abluebanꝰ aqua:& poſt ultimā cōclamationem cōburebanꝰ:unde traxit Teren.Deſine:iā cōclamatū eſt.¶Ahena undantia flāmis:hoc eſt p flāmas: alibi Nec ſe iā capit unda:uolat uapor ater ad auras. ¶Lauāt frigentis & ungūt:uerſus Ennii q ait Tarqni corpus bona fœmina lauit & unxit.¶Defleta : participiū ab eo qđ eſt fleor:ſi tamē inueniatur: alias ſine uerbi origine eſſe dicemus.¶Purpureas:ad imitationē ſanguinis:in quo ē anima (ut ſupra diximus) Purpuream uomit ille aīam.¶Velamina nota:uel ipſi cara:uel animæ.Ex notitia.n.gignitur charitas:ut Hic inter flumina nota.¶Pheretro:græce dixit:Nā capulus dicitur a capiendo.Vnde ait Plau. Capularis ſenex.i. capulo uicinus.¶Subiere pheretro:ut Subeunt muro.¶More parentū:ꝓpinquioribus.n.uirilis ſexus hoc dabaꝰ officiū.¶Facē:de fune:ut Varro dicit:unde & funus dictū eſt.Per noctē autē urebaꝰ:unde permāſit ut & mortuos faces antecedant.¶Fuſo crateres oliuo:diis ſuperis tantū libabant:inferis uero ſacrificantes etiā uaſa in ignem mittebant:unde ait crateres:Quod etiam Sta.in archemori ſepultura commemorat Oliuū autem ab oliua dixit.Nam oleū ab olea dicitur:ut απο της ελαιας:και ελαας dicitur Flamma quieuit:quaſi pyræ ingentis: qa ut in quarto diximus pro qualitate perſonæ pyræ fiebant:ſepulcra etiam uel maiora uel minora fiebant.

¶DONA. Cineri:nondū cinis erat:ſed mox combuſto cadauere erat futurus.¶Principio pinguē:Ea adhibuerunt quæ non ſolū pyram inſtruerent:ſed eam facile incederent.¶Armis:nam uiroꝶ fortiū arma & cætera quæ cariſſima haberent cum ipſis conſumebant.¶Purpureas:ex ꝑcio ueſtium meritum mortui uult oſtendere:has ueſtas illū amaſſe ex eo demonſtrat qa frequenter illis uſus eſt:& ꝓpterea multis erant notæ.¶Thurea dona cōgeſta:Meritū uiri oſtendit ex multitudine ſpecierum:& cū non dicat:quāta etiā plura intelliguntꝰ. ¶Congeſta:copioſe tradita.¶Fuſo cratere:non paulatim ſed ſemel cecidit.¶Lecta:ex cineribus lignorum.

¶CHRI. Ingrato:nō qa eſſet ingratus:ſed q non ſentiret officia funeris:qđ ingratitudinis eſſe uideꝰ.¶Robore:nulla arbor durior ē robore:Robur uere cœſum teredinē ſentit Bruma āt neq; uiciaꝰ:neq; fundiꝰ. Alias obnoxiū ut ēt torqueat ſe findatq;.Lignū decorticatū cādidū eſt & iocundi aſpectus.¶Corripit:nā uir alto ingenio animaduerſa ſapientia illa ſtatim capit.¶Cunctantē:uide Seruiū:ſed & ad mores referꝰ.Nā uirtus circa difficilia cōſiſtit.Neq; de repente ſapientiā in mentē noſtrā aſciſere ualeamus.¶Expediunt:in prōtu ponūt ut ſint parata uti uolentibus.Quod aūt refert Seruius de iis q mortui uidentur nec ſunt: patet & Pliniū inducit: ueꝶ uideꝰ:nā Pli.ait Auiolā quēdā conſularem in rogo reuixiſſe ſed quoniā ꝓualente flāma ſubueniri non potuit:uiuus crematus eſt idē dicit eueniſſe.L.Lamiæ ꝓtorio uiro.Gel.autē Tubero & ipſe ꝓtorius a rogo relatus eſt:ut Meſſala Ruffus & alii teſtanꝰ.Nos autē florentiæ uidimus mulierculā infectoris uxorē ꝓ mortua elatā cū ad remigii templū iā portata eſſet in feretro aſſurrexiſſe & ad multos annos uixiſſe:hoc malo laborāt fœminæ:cū uuluæ ꝑuerſione ſpiritus ꝑcluditur:q̄ ſi corrigiꝰ reddiꝰ ſpiritus.Hoc modo ait Heraclitus epheſius fœminā:q̄ ſeptē diebus exanimis iacuerat:ad uitā reuocaſſe.Sed multa in hiſtoria audent græci.Dicunt āt hermotini clazomenii animā relicto corpore errare ſolitā:& e lōginquo multa nuntiare.Corpore interim ſemianimi iacente:donec cremato eo inimici eius q cātaride dicebaꝰ:remeāti aīæ ueluti magnā ademerint.¶Auerſi:nā de more erat:cū rogum eſſent incenſuri.¶Faciē auertere:ne id nolētes ſed officio aſtricti facere uiderenꝰ. ¶Congeſta:oſtēdit cū magna reꝶ copia omnia geſta fuiſſe.¶Collapſi:nā omnibus concrematis cineres collabunꝰ & reſident.¶Quieuit:conſumpto.n.omni humore diſcedit flamma cum pabulū quo allebaꝰ amiſerit.

¶SER. Oſſaq́ lecta:aut collecta:ut lecta iō:q̄a ut ſupra dixius nobiles nunq̄ ſoli cōburebant᷑: unde Home. τοι δαλλοι ανευθεν εχατινη καιουτ επιμωξιπποι τε καὶ ανδρες ſed cū dilectis equis:uel canibus uel famulo.¶Ter ſocios:aut ſæpius:aut re uera ter:licet.n.a funere contraxerint pollutionē:tamen omnis purgatio ad ſuperos ptinet:unde & ait imparē numeꝝ:aut q̄a hoc rō exigit luſtratiōis.¶Circūtulit:purgauit:antiquū uerbum.Plau.Pro laruatore circumferā.i.purgabo.Nā luſtratio a circūlatione dicta eſt:uel tædæ: uel uictimæ in q̄buſdam uel ſulphuris.Iuue.Cuperent luſtrari ſi qua darent᷑ Sulphura cum tædis:aut ſi foret humida laurus.

Relliquias Vino:& bibulam lauere fauillam:
Oſſaq́ lecta cado texit Chorineus aheno:
Idem ter ſocios pura circuntulit unda
Spargens rore leui:& ramo felicis oliuæ.
Luſtrauitq́ uiros.dixitq́ nouiſſima uerba:
At pius Aeneas ingenti mole ſepulcrum
Impoſuit:ſuaq́ arma uiro Remumq́:Tubāq́
Monte ſub aerio:qui nunc Miſenus ab illo
Dicitur:æternumq́ tenet per ſæcula nomen.
His actis propere exequit᷑ præcepta Sibyllæ:
Spelunca alta fuit:uaſtoq́ immanis hiatu
Scrupea tuta lacu nigro:nemorumq́ tenebris
Quā ſuper haud ullæ poterāt īpune uolantes
Tendere iter pennis:talis ſeſe halitus atris
Faucibus effundēs ſupera ad conuexa ferebat.
Vnde locum Grai dixerunt nomine Auernū:
Quatuor hic primū nigrantes terga iuuēcos
Conſtituit:frontiq́ inuergit uina ſacerdos:

Spargens:q̄a res agunt᷑ infernæ.In ſecundo uero Aeneas deos portaturus ait: Donec me flumine uiuo Abluero.Hic.n.erat mos:ut diximus ſupra.¶Felicis oliuæ:arboris feſtæ:ſed moris fuerat ut de lauro fieret:q̄d ꝓpter Auguſtū mutauit:ut dicit Dona.Nam nata erat laurus eo die quo natus eſt Auguſtus in palatio.Vnde triūphantes coronari cōſueuerāt: ꝓpter quā rem noluit lauꝝ dicere ad officiū lugubre pertinere.¶Nouiſſima uerba.i.ilicet.Nam uale dicebatur poſt tumuli peracta ſolēnia.¶Suaq́ arma uiro: ipſi cara ſculpſit in ſaxo.Nā ſupra ea iam legimus cōcremata.¶Remumq́:tubāq́:q̄a & bellator & remex fuerat:licet poſſimus etiam ſolam tubā accipere.Remus enim dicitur loꝝ:quod continet tubam:hoc ex Homero imitatus eſt Virgi. in Elpenoris ſepultura.
αυταρ ἐπει νεκρος τ' ἐκαη: καὶ τευχεα νεκρου
τυμβον χευαντες: καὶ ἐπι στηλην ερυσαντες
πηξαμεν ακροτατω τυμβω ευηρες ερετμον.
¶Monte ſub aerio:in aerio.Nā ſupra eſt poſitus.Aerium aūt altum dicunt:alii nomen antiquū montis uolunt.unde eſt:Qui nunc miſenus ab illo dicitur.¶Præcepta ſibyllæ:ut Duc nigras pecudes:ea prima piacula ſunto.¶Spelunca alta fuit:qua ad inferos deſcendebat᷑:non ubi fuerat Sibylla uaticinata.¶Scrupea:lapilloſa:Nā ſcrupus eſt proprie lapillus breuis:q̄ preſſus ſollicitudinē creat:unde ēt ſcrupulus dictꝰ eſt.Vnde Teren.Inieci ſcrupulū.¶Lacu nigro:aut alto:aut uere nigro inferoꝝ uicinitate.¶Tuta aūt: quia hinc lacu:hinc cingit᷑ ſiluis.Dicit aūt locū quem nunc doliola uocant apud Cumas.¶Volantes:uolucres:participiū pro nomine poſuit: ut Plurimus alburnū uolitās:cui nomē aſylo eſt.Sane ſciendū Lucre.& aliquos alios phyſicos dicere aerem corporeū eſſe:unde aues ſuſtinet:ſed hūc cedere uapori ſulphureo:unde aues in illis locis deſertæ aere:quo portari ſolent:concidūt non odore:ſed pondere:q̄d poteſt eſſe uerisimile:q̄a altius in eodē loco poſſunt uolare:ut Tollūt ſe celeres liq̄dūq́ p aera lapſæ.¶Ad cōuexa: cæli curuitatē.¶Inuergit uina ſacerdos: in quarto ait:Media inter cornua fundit:& fundere eſt ſupina manu libare:quod fit in ſacris ſupernis. Vergere autem eſt conuerſa in ſiniſtram partem manu ita fundere:ut patera conuertatur: quod in infernis fit. Hæc autem pertinent ad uictimarum explorationem:ut ſi non ſtupuerint:apte probentur.

¶DONA. Reliq̄s:oſſa q̄ reſtabāt ex cadauere cōbuſto.¶Luſtrauit uiros:q̄a totius claſſis pollutionē poſuerat:iccirco oēs hic luſtrat.¶At pius æneas:ſupiora cæteri cōpleuerāt:ſepulchrū uero iccirco curauit æneas: ut magna mole fieret:q̄a cōtēplabat᷑ eius maximū meritū Arma ēt poſuit:ut q̄bus ī uita floruit illis ī morte ornaret᷑.¶Aerio:hoc nomē mōti illi apud priſcos fuerat.Ergo mira breuitate & uetus & nouū pōit nomē.¶Aeternū p ſæ.& pp meritū defuncti & pp auctoritatē æneæ q̄ hoc uoluit:neq́ placet q̄ aereū nō ſit nomē ꝓpriū ſed ſignificet altū:nā q̄d uetuſtū illud nomē fuerit.Oſtēdit Maro cū de miſeno dicat q̄ nūc q̄ſi īferat dr̄ nūc miſenꝰ q̄ olim dictus ē aereus.¶Tuta lacu:Hoc facit natura loci & nō humanū artificiū q̄d tuta ſit.¶Talis halitus: refert cauſam cur nō poſſet uolare.ſ.pp uim uaporis īde ſurgētis:quo ſtatim necabant᷑.¶Quatuor:ꝓcurabat ſibylla remediū ad tranſitū:nā ſi aues p altitudinē cæli cytæ trāſire nō poterāt:q̄d homo efficeret p teterrimū locū & tenebras trāſiturū tardo greſſū.Numerus āt & color & reliqua q̄ adhibent᷑ ptinet ad rationē ſacrificii.

¶CHRI. Bibulā:Quicq̄d hūorē fugit id bibulū dicius.Hoc & cineribꝰ euēit.Fauillā dicius rē extinctā: accēſam āt ſcītillā.¶Aeno:aes.n.ꝑter cætera metalla ad ſacra adhibebāt.¶Circūtulit:luſtrabit.Sic Plau. Oportet hāc circūferri ꝓceritā.¶Rore leui:aq̄.Minuta ut ros eē ſolet.¶Rore & ramo.i.rore ꝓ ueniēte a ramo madefacto.¶Ingēti mole:nā ut cū geſtis lapidibus:& terra:aut magno ædificio magnā molē ſup īponebāt ſepulturæ. Vñ & moles dicebant᷑ ſepulchra.Hīc moles Adriani.i.ſepulchrū dicta ē q̄ nr̄is tpibus ſancti angeli arx noiat᷑:q̄ duplici puioq́ muro palatio pōtificali q̄d ī uaticāo ē iūxit Nicolaꝰ q̄ntꝰ pōtifex maxius.¶His actis: nā nō ſolū extīcta:ſed magna ēt mole obrupta inani gloriæ q̄a uirtutē pp ſe nō pp gloriā amamus.Sibyllæ.i.diuio cōſilio obtēperauit.¶Spelūca:nā īgreſſus ad īferos obſcurꝰ ē:ex rōnis.n.cecitate ī uitia labimur.¶Quatuor:Q̄m diis inferis numeꝝ parē damus:unde apud antiquos februario mēſe.xxviii.dies dederūt. Cui cū inferis ſacer eſſet: diminutiuꝰ & par nūerus cōueniebat.¶Inuergit:Vergere uerti & expōi dicius.Hīc aliquā regionē ad meridiē uel ad occaſum uergere dicius.i.uerti:& expōi & īclinari:hīc īuergere ē ita fundere:ut uas in quo res ē ꝯuertat᷑.

SER. Voce uocās hecatē:nō uerbo:ſed qbuſdā myſticis ſonis.Nā uarie numīa īuocabant̃:qđ apte Luc.expſſit:ut Latrat⁹ hēt ille canū gēituſq lupoꝝ:Qđ ſtridūt ululātq feræ:qđ ſibilat anguis Exprimit:& plāct⁹ fractæq tonitrua nubis Tot reꝝ uox una fuit.¶ Cæloq ereboq potētē:hoc ē qđ ait Hecatē:ut plenū numē oſtēderet.¶ Supponūt cultros.i.uictimas cædūt.Eſt āt ſacroꝝ:ī qbus mali ominis uerba uitant̃:hīc ē q & mactare dr̃:qđ magis auger̃ ſignificat.Sta.Macte aīo Iuueni.Dicim⁹ āt hic culter.tri.Nā cultellus diminutiuū ē:hoc cultellū penit⁹ latinū nō ē.¶ Succipiūt:ātiquū ē:mō ſuſcipiūt dicim⁹:ut ſupra:Succepitq ignē foliis.¶ Mr̄i eumenidū.i.nocti:ut Hūc mihi da ꝓpriū uirgo ſata nocte laborē:& Eumenides dr̃ per antiphraſim cū ſint īmites ἀπὸ τοῦ εὐμενοῦς.¶ Magnæq ſorori.i.terræ.Nā ut ſupra dixim⁹ nihil aliud ē nox niſi umbra terraꝝ.¶ Enſe ferit:ut eū cōtra umbras hēret cōſecratū hīc ē qđ ei dicit Sibylla Tuq ī uade uiā:uaginaq eripe ferrū:Itē Strictamq aciē uenientib⁹ offert:hoc ēt Hom.dicit αὐτὰρ ἐγὼ ξίφος ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ ἧμην.¶ Sterileq tibi ꝓſerpina uaccā:deæ cōgruā nūq̄ enitēti.¶ Nocturnas aras:q̄ tota nocte arderēt.¶ Inchoat āt pficit:& ē uerbū ſacroꝝ.¶ Solida īpōit tauroꝝ uiſcera flāmis:nō exta dicit:ſed carnes.Nā uiſcera ſūt qcqd īter oſſa & cutē ē:unde ēt uiſceratio dr̃ cōuiuiū de carnib⁹ factū:ut dixius ſupra.Ergo ſolida uiſcera holocauſtū ſignificat:qđ detractis extis aræ ſuper īponebat̃:q̄ nōnunq̄ abluta:elixa ēt ipſa reddebant̃:unde īfert:Fūdēs ardētib⁹ extis:q̄q̄ alii ꝓ pte totū uelīt:ut p exta totū aīal ītelligatur.¶ Primi ſub lumīa ſolis & ortus:atq hæc ſacra p noctē fiebāt:ſed locut⁹ ē ſecūdū rōanū ritū:quo dies credit̃ a medio noctis īcipe.Illo āt loco quo dicit Nox ruit ænea:nō uenit ſed finit̃ ſignificat:q̄q̄ alii dicūt ſacra hæc a medio die īcipere:& ꝓduci uſq ad mediā noctē:qđ ſi ē nox ruit:pōt uenit ſignificare.¶ Viſæq canes ululare:ita numinis oſtēdebat̃ aduentus.Canes āt furias dicit:Luc.Stygiaſq canes ī luce ſupna Deſtituā:ſicut ut diximus ſupra ululare & canū & furiaꝝ eſt.¶ Aduentante dea:ipſa.ſ.Proſerpina.¶ Profani:qui non eſtis initiati.¶ Totoq abſiſtite luco:hoc eſt non tantum a luco:ſed ab omni luci uicinitate diſcedite:& ad Aeneæ comites inclamant.¶ Inuade uiā:ingredere.¶ Furens:deo plena:aut certe ſimilis furenti.

Et ſummas carpens media īter cornua ſetas
Ignibus imponit ſacris libamina prima:
Voce uocās Hecatē Cæloq:Ereboq potentē:
Supponunt alii cultros:tepidumq cruorem
Succipiunt pateris:ipſe atri uelleris agnam
Aeneas matri Eumenidum:magnæq ſorori
Enſe ferit:ſterilemq tibi Proſerpina uaccam:
Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras:
Et ſolida imponit Tauroꝝ uiſcera flammis:
Pīgue ſuperq Oleum fundēs ardētibus extis.
Ecce autem primi ſub lumina ſolis & ortus:
Sub pedib⁹ mugire ſolū:& iuga cœpta moueri
Siluarum:uiſæq canes ululare per umbram
Aduentāte Dea:procul o procul eſte Profani
Conclamat Vates:totoq abſiſtite luco:
Tuq inuade uiam:uaginaq eripe ferrum:
Nūc animis opus Aenea:nunc pectore firmo:
Tantum effata:furens Antro ſe immiſit apto:

DONA. Succipiūt:ne iā ſacratus ī terrā cadat.¶ Ipſe atri:oīa nigra īferis mactat:& ſterilē uaccā qa nihil ab īferi naſcit̃:Demōſtrat quatuor colorē genus animalis:cū prīo uellet̃ ītactū:ergo nō attōſū & ueneris immune.¶ Nocturnas:nā & tēpus tenebroſū īferis cōuenit.¶ Oleū:ut ualidius urerent̃ oleū īfundit.Oſtēdit igit̃ quo more uel qbus & q̄libus & quātis animalibus cæſis īferoꝝ numinū fauor acquirit̃.Ecce ubicūq ponit̃ ecce neceſſario ſeqt̃ aliqd qđ metū afferat uel admirationē.¶ Ortus:ne īcertū eēt qd ſit ſibi ſub lumīa ſolis addidit ortus.¶ Per umbrā:ad oīa ptinet:q̄ deſcripſi.¶ Toto luco:ut penitus locū relinquatis.¶ Apto.i.quod ſp patebat.

Seta Pili CHRI. Sūmas:Quæ ī ſūmo capite ſūt Setas:Meliores lunā dicimus ut eſt in ouibus:duriores ſetas ut eſt in ſue mediocres pilos ut ſunt in homīe.¶ Media īter cor.ideſt in eo medio quod eſt inter cornua.¶ Libamina: de uino recte.De ſetis improprie.Nā libare de rebus liquidis eſt.¶ Erebo:inferno dicit̃ enim erebus ἀπὸ τῆς

Erebus ἔρας:ideſt terra:& βοάω:ideſt clamo.Quia querelis damnatorum ibi terra reboet:ſecūdū autē Heſio.Erebus & nox ex chao ſunt.¶ Matri eumenidū.i.nocti.Furiæ enim eumenides dicunt̃:& ſunt filiæ noctis & Acherontis.¶ Proſerpina:a græco eſt mutatione litterarum:illi enim περσεφόνην dicunt:ponunt autē Proſerpinā

Proſerpina pro ea ui quæ eſt in ſemine in terram proiecto:hanc rape Plutonem dixerunt:ideſt ſolem qui hyemali tempore remotiorem quādam mundi partem perluſtrat:Hāc igit̃ raptā ab eo Proſerpinā dicunt:quā ſub terra latentē.¶ Cæres q̄ritat:Ceres āt ſymbolū eſt feracis & cāpeſtris terræ.Hæc Proſerpinā ſub terra latētē q̄rit.Eſt āt fertilis & nō ſterilis hæc uis:ſed in hoc loco alluſit ad naturā inferni:ubi nihil gignitur.¶ Vaccā:de uacca & boue Vitula iuueco & tauro diximus in buco.¶ Extis:& de his alibi.¶ Primi ſolis & ortus.i.ſub ortu:quē primū ſolē dicimus.¶ Iuga:magna uis ut non ſolū campeſtria uerū etiā montes tremāt.¶ Prophani:duplicē habet ſigni

Profanum ficationem:nā ſimpliciter prophanū habetur:quod nō eſt ſacris additū aut iniciatum:& quod deniq nō eſt inter ſacra.Vnde eſt illa hiſtoricorū diuiſio publica & priuata:ſacra & prophana.Eſt itidem prophanum:quod ex religione in uſum humanum peruenit:unde eſt Faune præcor miſerere inquit tuq optima ferrum:Terra tene colui ueſtros ſi ſemper honores Quos contra æneadæ bello fecere prophanos.Item impiū & ſceleratū:nā iſti procul ſunt a fano.i.ab omni religione:Stati.Fraternas acies alternaq bella prophanis Decertata odiis.¶ Inuade:cum audacia & fortitudine tanq̄ rem difficilem ingredere.Nam hoſtes inuadere dicimus:quod non fit ſine labore & periculo:& euadere cum labore & difficultate peruenire ſignificat.Res enim difficilis eſt deſcendere in īfernum ea ratione ut a cognitis uitiis abſtineas:nam ſi in ea præcipitatis facilis deſcenſus auerni.Vnde opus eſt:ut enſem ſtrictum teneat.i.adhibeat animi pſtātiam:q̄ perturbationibus reſiſtat:nā ui ea re opus eſt.

¶SER. Dii q̄bus īperiū ē aīaꝝ:plēus locus alta ſapiētia:de q̄ uarie diſſerūt philoſophi. Nā dicūt ꝑ alios aīas ad inferos duci:ut Hac aīas ille euocat orco Pallētes:alias ſub tartara triſtia mittit. Itē ꝑ alios trāſferri:ut Nauita ſed triſtis ꝑ alios purgari:ut Aliæ pādunt̄ inanes Suſpēſæ ad uētos:ꝑ alios uero ad ſūma reuocari:ut Lethæū ad fluuiū deus euocat agmine magno. Sciēs.n.de deoꝝ īperio uarias eſſe opiniōes:prudētiſſime tenuit generalitatē.ex maiore āt parte Syronē epicureū magiſtrū ſuū ſequit̄. Huius āt ſectæ hoīes nouimus ſuꝑficiē reꝝ tractare:nunq̄ altiora diſquirere. ¶ Vmbræq̃ ſilētes:ſecreta inferoꝝ ſemꝑ ſilētia. Nā hoīum umbræ loquunt̄. hic

Ille ducē haud timidis uadētē paſſibus æquat.
Dii q̄bus imperiū eſt aīaꝝ:umbræq̃ ſilentes:
Et Chaos:& Phlegethon:loca nocte ſilētia late
Sit mihi fas audita loqui:ſit numine ueſtro
Pandere res:alta terra & caligine merſas.
Ibant obſcuri ſola ſub nocte per umbras.
Perq̃ domos Ditis uacuas:& inania regna:
Quale ꝑ incertā Lunam ſub luce maligna
Eſt iter in ſiluis:ubi Cælum condidit umbra
Iuppiter:& rebus nox abſtulit atra colorem.
Veſtibulū ante ipſum:primiſq̃ ī faucibꝯ Orci

eſt Quē ſacra ſilētia norunt. ¶ Inuocat āt ſummū bonū:qđ in ſilētio cōſtare manifeſtiſſimū ē. ¶ Et chaos:elementoꝝ cōfuſio. Inuocat aūt reꝝ primordia:q̄ in elemētoꝝ fuerāt cōfuſione. Per flegethonta fluuiū inferoꝝ ignē ſignificat. Nā φλοξ græce latine ignis eſt. Vnde ſecundū Heracletū cuncta ꝓcreant̄:& re uera ſine calore nil naſcit̄:adeo ut de ſeptētriōe dicat. Sterili nō quicq̄ frigore gigni. ¶ Loca nocte ſilētia late:aut hocē qđ ſupra ait:Vmbræq̃ ſilētes:Aut uult oſtēdere eſſe partē mundi:in q̄ ꝑpetuæ ſunt tenebræ. Cū.n. ꝓbatū ſit qđ legimus:Et minima cōtētos nocte britānos:Sphæræ exigit rō:ut e cōtrario ſit regio noctibus uacās. ¶ Sit mihi fas audita loq:de alta dicturus prudētia miſcet poeticā licētiā. ¶ Sit numine ueſtro:cōcedat̄ a:ueſtro numīe. ¶ Alta terra:& caligine merſas:bene iūxit: ex terris.n.caligo ꝓcreat̄.i.umbra obſcurior. ¶ Obſcuri ſub ſola nocte:aut hypallage ē:ſub obſcura nocte ſoli ibant:aut ſub ſola nocte.i.ubi nihil aliud eſt ꝑter noctē. ¶ Domos uacuas:nr̄i mundi cōparatione. Simulachra.n.illic q̄ ſunt inania eē nō dubiū eſt. ¶ Inania regna:Inaniū ꝑ qđ oſtēdit̄ uacuū. ¶ Inceptā:alii incertā legūt:illuc tamē recurrit. Nā īcertū incipiētē.i.minorē ſignificat. ¶ Luce maligna:obſcura.nā ꝓprie malignū ē anguſtū:ut Adituſq̃ maligni.i.minores & obſcuri. Sane ſciēdū Lūæ licet mīoris cōmemoratiōe oſtēdere eū uoluiſſe fuiſſe illic aliqd lucis:nā aliter oīa q̄ dicturus ē uidere nō poterat. ¶ Vbi:q̄do.nā nō ē loci:ſed tp̄is. ¶ Nox abſtulit atra colorē:hoc & uidemus:& tractat̄ ab epicureis:rebus tollere noctē coloꝝ uarietatē:unde & apud inferos oīa nigra eē dicunt̄:cōtra hos academici una repugnāt. Nā ſquāmæ piſciū ꝑ noctē lucēt. ¶ Veſtibulū:ut Var.dicit etymologiæ nō hēt ꝓprietatē:ſed fit ꝓ captu īgenii. Nā ueſtibulū ut ſupra diximus dictū ab eo ꝙ ianuā ueſtiat. Alii dicūt a Veſta dictū ꝑ imitationē. Nā Veſtæ limē cōſecratū ē. Alii dicūt ab eo ꝙ nullus illic ſtet. In limine.n.ſolus eſt trāſitus:ſed quo mō ueſanus dr̄ nō ſanus ſic ueſtibulū nō ſtabulū. ¶ Faucibus orci:deū poſuit ꝓ loco:ut Iouē dicimus:&ætherē ſignificamus. Hora. Manet ſub Ioue frigido uenator. Orcū autē Plutonē dicit:nec.n.ꝑ Charōta poſſumus ītelligere īferos deos:qa mīor ptās ꝓ īperio nūq̄ pōit̄:ſed illa q̄ tenet īperiū. Ergo alter ē charō.nā Orcꝯ.i.Pluto:ut ī uerrinis īdicat Ci.dicēs:ut alter orcꝯ uēiſſe ætnā:& n̄ Proſerpinā:ſđ ipſā Cererē rapuiſſe uideat̄:alibi ait:Qđ ditē patrē emerſiſſe ab īferis putāt. Dicius āt & hic Dis:& hic Ditis.

¶DONA. Vadētē paſſibus æquat:magnā fiduciā æneæ oſtēdit. ¶ Dii q̄bus imperiū:Dicturus q̄les eē ſedes inferni aſſerant̄:& q̄ illic gerant̄:q̄ ſunt īcognita uiuētibus ne temerarius uideat̄:ueniā a diis petit aſſerēs nō ſe auctore:ſed aliis ꝓferētibus illa dicere:ne ſibi īcognita & ī uulgus nō ꝓferēda uideat̄ retegere. ¶ Sola:nox ē cui lux nulla ſuccedit. ¶ Incertā:ī ipſis initiis poſitā. ¶ In ſyl.q̄ ēt illud exiguū lucis ſua dēſitate poſſit eripe. ¶ Vacua:in q̄bus nihil uideri pōt neq̃ illi occurri. ¶ Veſtibulū.a.i.ī hoc erāt oīa q̄ cruciāt uiuos:aut defunctos affligunt.

¶CHRI. Aequat ducē paſſibus non timidis:qa diuinum conſiliū ita ſequi debemus:ut ꝑſtanti animo oīa exequamur. ¶ Chaos:παρα το χέω:ideſt miſceo omnium elementoꝝ immixta & confuſa materia dicit̄. Hāc una cū æternitate ſociā Demogorgonis primi dei fuiſſe arcades uolunt:& ex ea natū eſſe litigium dicūt:nam inde ſunt quatuor elementa:inter quæ aſſidua diſcordia cum humida ſiccis & calida frigidis pugnēt. Ex chao igitur quæ eſt materia prima:quā hylen:ideſt ſyluā appellant:oīa elementa orta ſunt. ¶ Sit mihi fas audita loqui:dicturus de deſcenſu animoꝝ ad infernū.i.ad uitia:qa res hæc q̄ſtionē habet uariā:& multiplicē:& ꝓpterea iure dici pōt eſſe merſam terra & caligine.i.ſumma obſcuritate:iccirco excuſat difficultatē:& petit ueniā ſi referat audita. ¶ Ibāt obſcuri:q in uitia labunt̄:eunt in obſcurū:qm̄ oīa uitia ex cecitate mētis & ex ſola ſtultitia ſunt. ¶ Vacuas:domos:nō ſolū alludit ad aīas q̄ in corpore nullū locū occupāt:ueꝝ oſtēdit ipſa uitia nihil eſſe:quoniā priuatiōes ſunt. Quapp optime Perſius o curas hominū:o quātum in rebus inane. Nec mihi placet ꝙ multi putāt uoluiſſe poetā ſectā epicuream tangere:quod iccirco ſit inania regna:quoniam cum animæ mortales ſint:nihil ſit apud inferos:nā minime q̄drat tā humilis ſentētia tā profundæ doctrinæ quā huic libro inſerit. ¶ Quale ꝑ incertā:exprimit ingreſſum ad uitia. Nam in principio:& ſi mentis cecitate in uitiū deſcendimus:tamē adhuc rōnis lumē q̄uis exiguū retinemus:nōdū facto habitu. ¶ Maligna:q̄ ſe diminute & illeberaliter ꝑbeat:ut cōtra liberalē & copioſum benignū dicimus:ut accipit in teucros animū mentēq̃ benignam. ¶ In ſyluis:nā accedēte opacitate ſyluaꝝ ad lucis diminutionem:uix luminis relinquitur ueſtigiū:nec temere meminit ſyluaꝝ qa ut iā diximus oīa uitia nobis a ſylua.i.a materia & corꝑe ſunt. ¶ Nox abſtulit.c.ēt ſi nō ſecūdū epicureos loquat̄ ſatis auferunt̄ colores tenebris:cū nulli in illis appareāt. ¶ Veſtibulū:Cecilius Gallus in li.de uerboꝝ ſignificatione:Veſtibulū dicit eſſe nō in ædibus neq̃ in ædiū ꝑte:ſed locū ante ianuā domus ꝑ quē de uia aditus:acceſſuſq̃ ad fores ædiū ſit:ianua.n.procul a uia fiebat aratro interſita:quæ uocaret. Putant dictum Veſtibulum

a ue & ſtādo.Ve aūt aliquādo intendit:ut uetus quaſi magnæ ætatis:& uehemēs.i.magnæ mētis & impetus. Aliquādo minuit:ut uecors & ueſanus.Ergo ſiue auget in hoc uocabulo:dr̄ a magna ſtatiōe:quā illic habebāt q ueniebant:& dominū ædiū expectabāt:ut illū deducerent:& reducerēt.Si āt priuat:dr̄ a domeſticis q frequenter ingredientes egredienteſq; domū ibi nunq̄ conſiſtunt.Ergo ueſtibulū conſtat aram dici:q̄ a uia domū diuidit.Fauces autem inter anguſtum eſt:per quod ad ueſtibulum de uia flectitur.Ergo æneas cum uidit fauces atq; ueſtibulū domus impiorꝝ non eſt intra domum:ſed de uia uidet loca inter uiam & ædes locata:hæc Macro.Sunt tamen qui dicant ueſtibulū eſſe a ueſta:cui primæ domus partes ſacratæ ſunt.Alii q̄a domū ueſtiāt.

Luctus:& ultrices poſuere cubilia curæ:
Pallenteſq; habitāt Morbi: triſtiſq; Senectus:
Et Metꝰ:& maleſuada fames:ac turpis egeſtas:
Terribiles uiſu formæ:Letumq;:laborq;:
Tū cōſanguineus Leti Sopor:& mala mentis
Gaudia:mortiferumq; aduerſo ī limine Bellū:
Ferreiq; Eumēidū thalami:& diſcordia demēs
Vipereum crinem uittis innexa cruentis.
In medio ramos:annoſaq; brachia pandit
Vlmus opaca:ingens:quā ſedē ſomnia uulgo
Vana tenere ferunt:foliiſq; ſub oībus hærent.
Multaq; præterea uariarū monſtra ferarum:

¶SER. Luctus & ultrices poſuere cubilia curæ: ea dicit eſſe in aditu inferorū:quæ uicinia ſunt morti:aut quæ poſt mortem creantur:dicit & q̄ in morte ſunt:ut pallorem:luctus enim poſt mortē eſt.¶Vltrices curæ:conſcientiæ:q̄ puniunt ſemper nocentes: ut dicit Iuuenalis:quos diri conſcia facti Mens habet attonitos:& ſurdo uerbere cedit: occultū quatiente animū tortore flagellum.¶Triſtis:ſeuera q̄ gignit ſeueritatem.Cicero.Iudex triſtis & integer.¶Tum conſanguineus leti ſopor:ſecundum Home.Qui ait ευθυπνω συμβλητο κασιγνητω θανατοιο. ¶Egeſtas turpis:q̄ turpes facit:& quaſi harū rerum imagines facit:q̄s dicit eſſe apud inferos:ideo quia in quem iſta concurrunt:fit mortalis neceſſe eſt. Vnde deos immortales dicunt:quia iſta non ſentiunt:quibus mors creatur.¶Mala mētis gaudia : generaliter omnium ſcelerum dicit : ac ſi diceret malæ mentis gaudia.¶Eumenidum thalami:furiæ nunq̄ nupſerunt.Vnde thalamos accipimus:in quibus natæ ſunt.Alii thalamos dicunt qui facti ſunt auctoribus furiis:ſed non procedit:quia ait:Terribiles uiſu formæ:& ut non uideatur eſſe contrarium:quia paulopoſt furias alibi dicit eē.Nā poſſunt:hic natæ eē:& alibi mācre:& alibi officiū exercere pœnarū.In medio: aut ueſtibulo:aut abſolutū eſt: & intelligimus hanc eſſe eburneam portam:per quam exiturus eſt:quæ res hæc omnia indicat eſſe ſimulata:ſi & ingreſſus & exitus falſus eſt.¶Vlmus opaca:ingens:diſtinguenda ſunt iſta propter duo epitheta.¶Vulgo tenere:paſſim:cateruatim.¶Foliiſq; ſub omnibus:Qui de ſomniis ſcripſerunt:dicunt quo tempore folia de arboribus cadunt:uana eſſe ſomnia:quod per tranſitum tetigit.Vana autem ideo quia inferis.Nam uana ſuperi non mittunt.Homerus:και γαρ τοναρ ἐκ Διος εςιν.

¶DONA. Luctus:quorum ſordibus & miſerabilis cultus eſt.¶Curæ:quæ quæcunq; poſſident torquent. ¶Triſtiſq; ſenectus:& quia noſtros contrahit uultus & morti uicinos facit.¶Fames: non ſolum quæ egeſtatem affert uictus:ſed quæ cupiditatem rapiendi affert.¶Turpis egeſtas:nam & macie deturpat faciem & neceſſitate ſordidum relinquit uictum:& ueſtitum.¶Mala gaudia mentis:hæc ſunt quæ in ſcelera ducunt: Adulter enim & latro cum lectu de ſceleribus uoluptatem capiunt.¶Mala:ergo quia apud īferos puniuntur.¶Diſcordia demens:in quam ex dementia incidimus.Neq; iniuria dat ſanguinem:& ſerpentes.¶In medio ramos:poſt ueſtibulum ponit interiorem partem:quæ non eſſet ſub tecto.Poſuit ulmum annoſam:& quia non omnes annoſæ ſunt ingentes opacæ frondibus iccirco hæc addit.¶Vana:ſcilicet uult hæc eſſe errores: qui pro neceſſariis inaniter occurrunt.

¶CHRI. Luctus:ſequitur enim uitia luctus ex pœnitentia ſcelerum.¶Vltrices:nam poſt comiſſum ſcelus exagittamur a conſcientia:quæ nos aſſiduo torquet. Hinc Iuuena. Exemplo quodcunq; malo committitur ipſi diſplicet auctori. Prima hæc eſt ultio : quod ſe iudice nemo nocens abſoluitur:&alibi Nocte dieq; ſuum geſtare in pectore teſte Spartano cuidam reſpondit pithia uates.¶Pallentes:ab effectu.¶Morbi:uel quia ex deſcenſu animorum in corpora naſcuntur morbi & egeſtas. Nam a corpore hæc ſunt non ab animo & uehementer illa exorrere mortales:uel morbos more ſtoicorum pro uitiis & egeſtatem pro auaritia: a qua omnia pene inſint mala ponit. Soli.autem ſapientes: ut oſtendunt ſtoici diuites ſunt : ſenectus ad ſenium uergit ipſe animus uergit ad uitia. Puto tamen ex platonicorum ſententia poetam immerſionem animi in corpus appellare infernum:atq; ex ipſo corpore omnia ſibi hæc mala prouenire oſtendere.Nam & per quatuor flumina etiam quatuor corporis humeros Platonem expreſſiſſe nonnulli uolunt.Sunt mala mentis gaudia: quando lætatur:ſtultus q̄ male fecerit. Bellum autem & diſcordia & furiarum Thalami in hac mundi parte facile deprehenduntur.¶In limine aduerſo:quia ſemper aduerſatur & contrarium eſt.Diſcordia demens eſt: quia a ſtultitia hominum prouenit:cum natura nos ad ſocietatem concordiamq; creauit.¶Vlmus:cum ſomnia uana exprimat:& nullum fructum producentia optime ulmum poſuit:quæ arbor ſterilis eſt.¶
Cētauri
Centauri : ixion cum Iunone concumbere credens cum eius ſimulachro ex nube facto concubuit:unde nati ſunt centauri:quorum ſupernæ partes humanæ ínfernæ equinæ erant.In quo exprimitur euentus nimiæ ambitionis:nam qui tyrannidi & nimiæ imperandi cupiditati incumbunt putant ſe Iunone:ideſt maximis regnis potiri poſſe & hoīes deorū nuptias petunt:ideſt euentus ſibi ſupra humanam facultatem proponunt:unde & pro rebus ſolidis nubem:ideſt inanes aſſequuntur:unde non humana quædam:ſed monſtruoſa & efferata enaſcuntur:quibus ex alto ad ima præcipitantur:ſed de centauris alibi atq; de ſcyllis.

¶SER. Centauri in foribus ſtabulant:bene in foribus:quia ea quæ contra naturam poſſunt creari: ſtatim pereunt. Stabulant autē habitāt:& uſurpatiue dixit:ut populat:luctat. Nā ſtabulor dicimus:& bene alluſit: qa ex parte equi ſunt. Centauri autē Ixionis & Nubis filii ſunt. Ixion.n.amatā Iunonē de ſtupro interpellauit: illa confeſſa Ioui eſt ex eius uoluntate nubē in ſuam formam conuerſam ei obtulit:unde ferunť nati eſſe centauri. ⁋ Scyllæq; biformes:bene plurali uſus eſt nūero. Nā ſcylla filia. Niſi ſcđm alios in auē cōuerſa eſt: ſcđm alios in piſcem. Ergo etiam ipſa biformis fuit:ſicut hæc in Siciliæ freto. Dictum eſt autem per poetæ ſcientiam. ⁋ Cē/

Cētauri ī foribus ſtabulāt: Scyllæq; biformes
Et centū geminus Briareus ac belua Lernæ
Horrendū ſtridēs:flāmiſq; armata Chimæra:
Gorgōes:Harpyæq;:& forma tricorpis ūbræ:
Corripit hic ſubita trepidus formidine ferrū
Aeneas:ſtrictamq; aciem uenientibus offert:
Et ni docta comes tenueis ſine corpore uitas
Admoneat uolitare caua ſub imagine formæ:
Irruat:& fruſtra ferro diuerberet umbras.
Hinc uia tartarei q̄ fert Acherontis ad undas:
Turbidus hic cœno:uaſtaq; uoragine gurges
Aeſtuat:atq; omnē Cocyto eructat Arenam.

tū geminus briareus:cēties duplex:ſcđm fabulas īpe eſt Aegæon. ⁋ Ac bælua lernæ:Hydrā dicit:q̄ fuit in Lerna Argiuoꝝ palude:ſed latīæ excetra dr̄: qđ uno cæſo tria capita excreſcebāt:ſđ ꝯſtat hydrā locū fuiſ/ ſe euomētē aq̄s uaſtātes uicinas ciuitates: ī quo uno meatu clauſo multi erūpebāt:qđ Her.uidēs loca ip̄a exuſſit:& ſic aq̄ clauſit meatus. Nā hydra ab aq̄ dicta eſt.i.ἀπὸ τοῦ ὕδατος. Potuiſſe aūt hoc fieri ille in/ dicat locus:Excoquiť uitiū atq; exudat inutilis hu/ mor. ⁋ Flāmiſq; armata chimæra:ore leo:poſtremis partibus draco:media capra ſecundum fabulas fuit: & maxime Homero dicente.
πρόσθε λέων ὄπιθεν δὲ δράκων: μέσση δὲ χίμαιρα.
Re uera aūt ē mons Lyciæ:cuius hodieq; ardet cacu mē:iuxta qđ ſunt leones:media aūt paſcua ſunt: ima uero mōtis ſerpētibus plena. hūc Bellerophon habi/ tabilē fecit:unde chimærā dr̄ occidiſſe. ⁋ Gorgones: tres fuerūt in extrema Africa circa Atlantē montē:q̄ oēs unū oculū habebāt:quo īuicē utebanť:Sthenio:Euryale:Meduſa. Serenus tn̄ dicit puellas fuiſſe unius pul/ chritudinis:q̄s cū uidiſſent adoleſcētes ſtupore torpebāt:unde fingiť ꝙ ſi qs eas uidiſſet: uertebať in lapidem. ⁋ Harpyiæq;:aut iā occiſas ītellige:aut ſcđm Platonē & alios ſ̃ ſimulachra licet uiuaꝝ illic fuiſſe. Nā dīit omniū reꝝ idæas q̄ſdā.i.imagines:ad quaꝝ ſimilitudinē ꝓcreanť uniuerſa:hinc ē ꝙ in Sta. Thyodamas Plutōi dicit: Oībus finitor eē uideris:mihi uero & ſator. Haꝝ aūt ſimulachra bene apud inferos ſunt:q̄ eē dicunť & furiæ. ⁋ Tricorporis umbræ:Erili & Geryōis. ⁋ Offert:nō ad feriēdū:ſed ad repellēdas umbras. unde & offert dixit: ſacerdos aūt ferire ꝓhibet. ⁋ Tartarei q̄ fert acherontis ad undas:ſequiť illud pythagoricū dicens: eos tenuiſſe uiā poſt errorē ſiluaꝝ:q̄ uel ad uitia uel ad uirtutes ducit. ⁋ Tartarei acherōtis: Acherōta uult quaſi de imo na/ ſci Tartaro:huius æſtuaria ſtygē creare:de ſtyge autē naſci cocyton:& hæc eſt etymologia: Nam phyſiologia hoc habet:Qui caret gaudio ſine dubio triſtis eſt:triſtitia autem ſine dubio uicina luctui eſt: qui procreatur ex morte. Vnde hæc eſſe apud inferos dicit. ⁋ Cocyto eructat arenam:in cocytum:ſcilicet per ſtygem.

¶DONA. Turbidus hic cœno:pro qualitate inferni fuit natura aquæ turbida cœnoſa odoris peſſimi: ut pote quæ ructaretur a Cœno.

¶CHRI. Briareus:Cottus briareus & Gyges fratres fuerunt ſcđm Heſio. cæli & terræ filii:& titanes dicti. Briare⁹
decēnale bellū cū filiis ſaturni geſſerūt:& illi qdē ab othry & ab olympo mōte īpetū faciebāt. Tādē a diis uicti ī tartara deiecti ſunt. Habebāt āt ſinguli qnquaginta capita & cētum manus & oīum fortiſſimi ac pulcherrimi fuerūt. Briareū āt dicit Home. ægeona ab hoībus appellatū eē ὃν βριάρεων καλέουσι θεοί, ἄνδρες δέ τε πάν/ τες αἰγαίωνα. Additq; ꝙ cū quādoq; Iuno Neptunus & Pallas Iouē in uincula cōieciſſet:neq; eēt q auxiliū fer ret:ꝙ Thetis Achillis mr̄ cœlū aſcēdit:& ſecū adduxit cētimanū briareū:eiuſq; auxilio Iouē ſoluit: Heſio. ſcri. Neptunū hūc ſibi generū aſciuiſſe tradita ſibi Opi filia unde & Oui. Balnearūq; p̄mētē Aegeona ſuis immania terga lacertis. Belua.i. Hydrā dicit Hāc auctore Heſio. peperit Echidna ex Thiphone. Iuno āt illā in lernæ palu/ Hydra
de nutriēdā curauit cōtra Herculē:ſed illa Hercules cū iolao flāmis īteremit cōſiliis Mineruæ adiutus. Dr̄ ex/ cetra latīne:qa uno cæſo tria oriunť capita. Hydra Plato refert fuiſſe callidiſſimū ſophiſtā:quē Her. doctus phi loſophus flāmis.i.feruore īgenii ſuperauit. Eſt aūt ſophiſtica rō cauilloſa:ut uno ſublato capite plura naſcanť. Eſt.n.logices duplex diſputādi ratio & ꝑ ueras & ꝑ ſophiſticas rōes. Horrēdū.ſ.ſi ad fabulā referas expreſſit na/ turā ſerpentis:ſi ad ſophiſticā rationē notauit huiuſcemodi diſputationis rabiē. ⁋ Chimærā:hanc ēt ignē expi Chi/
rantē hiſdē parētibus:qbus hydrā ortā ait Heſio. habuit ſecundū hūc poetā tria capita. Primū leonis: Vltimū mæra
draconis:Mediū capræ. Ait.n. πρόσθε λέων ὄπιθεν δὲ δράκων μέσση δὲ χίμαιρα. Hāc pegaſus & Bellerophōtes deuicit:q̄ tamē ex orto cane Gerionis prius peperit Spingē leonē nemæū & draconē:qui mala aurea cuſtodi/ uit. Itē peperit Ceto ex phorco. De hac ēt Oui. Quæq; chimæra iugo mediis in partibus ignē Pectus & ora leæ caudā ſerpētis hēbat. Re uera mōs in Lycia ē cariæ cōterminus:de quo uide Serui. ⁋ Gorgōes: phorci & Cæto Gorgo
filiæ ſunt Stheno Euryale & Meduſa haꝝ primæ duæ īmmortales fuerunt. Meduſa mortalis:q̄ qa in templo nes
Palladis cū Neptuno cōcubuit:irata dea crines ſuos quoꝝ ſplēdore captus fuerat Neptunus ī ſerpētes cōuertit. Medu/
Quo pacto aūt a Perſeo interfecta ſit:deſcribit Oui. Ex eius morīētis utero emicuere duo fœtus Chryſaor ſic ſa
dictus:qa cū aureo enſe natus eſt:& hic ad deos aſcendit Ioui lumē: & tonitrum ferens:& equus alatus q pega ſus eſt appellatus ἀπὸ τῆς πηγῆς.i.a fontibus oceani:iuxta quos ſit natus. De harpyis dictū eſt in tertio. Oīa hæc mōſtruoſa ſunt. Aīs āt mōſtruoſitas uitioſa:qm̄ aut excedūt aut deficiunt. Ergo in ueſtibulo inferni deſe/ ctus:& exceſſus ſunt. Quapp inde uia eſt ad tartara.i.ad habitus uitiorū unde eſt charō: ideſt priuatio gaudii.

Portitor has horrēdus aquas:& flumia ſeruat
Terribili ſquallore Charō:cui plurima mento
Canicies inculta iacet:ſtant lumina flamma:
Sordibus ex humeris nodo depēdet amictus:
Ipſe ratem conto ſubigit:uelisq; miniſtrat:
Et ferruginea ſubuectat corpora Cymba
Iam ſenior:ſed cruda Deo: Viridisq; ſenectus.
Huc omnis turba ad ripas effuſa ruebat:
Matres:atq; Viri:defunctaq; corpora uita
Magnanimū Heroū:Pueri: inuptæq; puellæ:
Impoſitiq; rogis iuuenes ante ora parentum:
Quā multæ in ſiluis Autumni frigore primo
Lapſa cadūt folia:aut ad terrā gurgite ab alto
Quā multæ glomerant̃ aues:ubi frigidꝰ ānꝰ
Trans pōtum fugat:& terris immittit apricis:
Stabant orantes primi tranſmittere curſum:
Tendebantq; manus ripæ ulterioris amore:
Nauita ſed triſtis nunc hos:nunc accipit illos.
Aſt alios longe ſummotos arcet arena:
Aeneas(miratus enim:motuſq; tumultu)

¶SER. Has hor.a.ꝓp tria fluīa.¶ Portitor:ꝓprie q portat.abuſiue ēt q portat̃ portitor dr̄:ſicut uector q ſignificat uehētē & q uehit̃.Luc.Venia ē hæc ſola timoris uectorē nō noſſe tuū ſic & alūnus & hoſpes ſignificāt. ¶ Terribili ſqual.terribilis ſqualloris.¶ Charō:p antiphraſim:χαιρων q̃ſi acharō.¶ Mēto Cani.icul.ia.ueteres .n.nō ſolū comas ornabāt:ſed ēt barbā:ut nōnullas uidimus ſtatuas.¶ Stāt:horrēt:& eſt polyſemus ſermo: ut diximus ſupra:ſicut & ſubigit ꝓ impellit:ſurſum agit:regit Nā & acuit ſignificat:ut Subigūtq; in cote ſecures. ¶ Veliſq; mini.aut p uela:& eſt ſeptimus:aut uelis obſequit̃:& ē datiuus.¶ Ferruginea:nigra:triſti.Nā lugubrē eē hūc colorē oſtēdit dicēs:Cū caput obſcura nitidū ferugine texit.¶ Corpa.c.oē qđ pōt uideri corpus dr̄. Nā paulo poſt diſcretionē fecit dicēs:Corpa uiua nefas ſtygia uectare carina:ad mortuoꝝ diſcretionem. ¶ Iā ſe.aut cōparatiuū ꝓ poſitiuo poſuit:aut(ut diximus(ſenior ē uirēs ſenex:ut iunior ītra iuuenē ē:quā rē a Var.tractā cōfirmat ēt Pli.¶ Cruda.d.ui.ſe.το αιτιον:qa in deo.¶ Autūni fri.pri.extremitatē uult oñdere:qđ ait Iuue.Iā letifero cedēt pruinis autūno. Nā eius pría ps feruet:ut Totoq; autūni incanduit æſtu. Sane ſciēdū ſcđm Pli.folia autūnali tpe iō cadere: qa oīs tūc in arboribus humor æſtatis calore īuenit̃ exhauſtus.¶ Ergo cadūt:nō qa tūc ſiccari īcipiāt:ſed qa tūc eis iā deeſt humor.¶ Glomerant̃.a.bene rebꝰ uolitātibus cōparauit aīas qa & ipſæ uolāt.¶ Immittit apricis.i.ſine frigor̃:ανάφρικους:ut dixius ſupra:uñ nōnulli & Africā dictā uolūt.¶ Primi tranſmittere: figura græca eſt:ut primi tranſirent.¶ Triſtis : aſper & miſerabilis.¶ Aeneas:ordo ē Aeneas ait Dic o Virgo:cætera per parentheſim dicta ſunt.

¶DONA. Portitor:is ꝓprie eſt q portū obſeruat: ut nullus eius iniuſſu in alienas regiōes trāſeat. His igit̃ aquis tā male olentibus tā horridis aſpectu erat par cuſtos:nec diſſimilis loco & regiōi.¶ Stare lumina flāma:inflexibiles oculi q̃ſi flammā emittebant. ¶ Sordibꝰ.a.ſordidū erat uelamē:neq; tm̃ ut totū tegeret corpꝰ & nō fibula:ſed nodo nectabat̃.¶ Ipſe ratē:nō agēdi poteſtatē:ſed pœnā habebat qa multa ſimul officia īplebat:nā dabat uela uectabat corpa ſubigebat.i.nō ſine labore agebat.¶ Viridis:nō pp colorē:ſed q̃ adhuc nō paꝝ de priſtinis tēporibꝰ retinēt.¶ Cruda & uiridis:qa nōdū tēdebat ad maturitatē.¶ Iuuenes:qa adhuc ſuis cōmodis inſeruire patriæ potuiſſe.¶ Pueri & uirgines quos in ſpē poſteritatis ſeruandæ conuenerat in longū ſeniū perduci.Diſtinguit ſexus & ætates: ut oſtendat mortē omnibus eſſe communē:nec moriendi eſſe ordinem.¶ Quam multæ:ex hac comparatiōe quanta fuerit turba oſtendit̃.¶ Triſtis:durus & nunquam affabilis.¶ Nunc hos:nā omnes ſimul non poterat.

¶CHRI. Portitor charon:ſi nauis uoluntatis typū habet pro libertatis arbitrio capitur charon. Ergo charon agit nauē:ideſt uoluntatem conto.i.electione qua arbitriū dirigit.¶ Dicitur.n.contus quaſi contus. Nam ex tereti in acutū tendit q figura cōus appellat̃.Miniſtramus igit̃ nauē:ideſt uoluntatem uelis.i. pparamus uolūtati cæleſti:quoniā qđ influit cœlū libēter uult:niſi ſeſe rō opponat cuius eſt ſyderibus dñari. Senex fingitur qa nihil antiquius aīa in qua liberū arbitriū ſemp fuit:ſed uiridis ſenectus:qa nunq̃ deficit.Per amictum ſordidū intellige corpus : qđ putre : corruptibileq; eſt.¶ Duo lumina flāma:qa liberū arbitrium ad utrūq; tēdere pōt:ad lumē rōnis:& ad ardorē cupiditatis:qđ aūt hic de charōte dicimus:idē & Sene.in deſcenſu herculis intelligere uidet̃.It.n.ad eū Hercules cedēte turba:quoniā erat in tertio genere uirtutū animi iā purgati : ubi nō diuina ſolū in electione preferimus:ſed tanq̃ nihil aliud ſit intuemur hocq; pacto liberū arbitriū abſolutū eſt: & cedit ei turba perturbationū exclamat charon:quo pergis audax quia liberū arbitriū uellet diſcutere quid eſſet agendū:aut uirtus ipſa heroica.Quoniā iam electionē facit:pellit moras:& nautā conto domitat:ideſt cogit libeꝝ arbitrium in ſuum habitum ſua electione.Conſumata.n.uirtus non amplius deliberat.Charō ob receptum Hercule anno in cōpedibus fuit:quia arbitrium in habitu uirtutis heroicæ nō amplius liberum eſt in uitia fluere actu.ſ.nā potentia pōt:ſed redeamus ad Maronē.¶ Ferruginea:a ferro eſt ferrugo color eſt purpureus ad nigrum tendēs:ut lugubris ſit.Sta.Et ferrugineū.nemon aſtupet ipſaq; tellus Miratur potuiſſe retro. ¶ Stabāt:aſtabant illi:uel ſtabāt quaſi nō diſcedebant ſed pſeuerabant in orando:& ita unuſquiſq; primus eſſe contenderet.¶ Tranſmittere curſum:emittere curſum trans fluuiū:ideſt ueloci nauigatione tranſire.¶ Tendebant:protenſis palmis orabant.¶ Triſtis:ſeuerus q non ex cupiditate illoꝝ:ſed ex iuſto ordine eos admittebat: hoc aūt ſignificat ꝙ ex ardore perturbationū omnes in uitiū ruere cupiūt.Id enim eſt ad inferos deſcēdere uerū non tranſuehunt̃ niſi quoꝝ corpora ſepulta ſunt.i.q ex habitu uitiis penitus ſunt obruti. Inſepulti autē.i.iī qui non iacent in habitu demerſi:erant circum littora:ideſt peccant frequentibus actibus.¶ Et poſt centum annos.i.poſt diuturnū tempus admittunt̃:quia ex illis efficitur habitus.¶ Nauita pro nauta per epentheſim.

❡SER. Quo diſcrimie:qua dña.⁋ Ripas hæ linquūt:repulſæ.ſ.nō trāſeuntes.⁋ Vada li.nigra:& liuidū inui dū nō niſi apud neotericos iuenimus.Luca.Liuor edax tibi cūcta negat: licet Ouidi.dixerit Liuor iners uitium mores nō exit in altos.⁋ Lōgæua ſa.Sibylla.Apollo pio amore dilexit:& ei obtulit poſcendi qđ uellet arbitriū. Illa hauſit arenā manibus:& longā uitā popoſcit:cui Apollo reſpondit id poſſe fieri ſi Erythreā inſulā in q̄ hītabat relinqret:& eā nūq̄ uideret.Profecta igitur Cumas tenuit:& illic defecta corpis uiribus uitā in ſola uoce retinuit:qđ cū ciues eius agnouiſcent:ſiue iuidia:ſiue miſeratiōe cōmoti:ei epiſtolā miſerūt creta antiquo more ſignatā:q̄ uiſa terra.(Nā erat de eius iſula) in mortem reſoluta eſt.Vnde nonnulli dicūt:hanc eſſe q̄ romana fata ſcripſit:ꝙ incenſo Apollinis tēplo inde Romā allati ſunt libri: un̄ hæc fuerat.⁋ Certiſſima pro.ex eo ꝙ ſubire iferos potuit:ideo autem certiſſima:qa multi ad gloriam generis ſimulāt ſe numinum filios: ut Romulus ex Marte: Alexāder ex Ioue Hāmone.Hoc ergo excludit:ſic alibi de Hercule:Salue uera Iouis ꝓles.⁋ Et fal.nu.ut ſupra diximus:ſiue ꝑꝑ Victoriæ fauorē ſtygis filiæ:Nā ſtatuit.Iuppiter:ut ſiqs fefelliſſet eius:numē uno anno & nouē diebus ab ambroſia:& nectare ꝓhiberet.Ratio autē eſt quā diximus. Iō per ſtygem dii iurant:quia triſtitia cōtraria eſt æternitati.⁋ Inops ihu.duo dicit.i.nec legitimā ſepulturā hēt: neq; imaginariā.Inopem.n. dicit ſine pulueris iactu. nam ops terra eſt.Inops: ſine terra: ſine humatione. Vult autem oſtendere tantū ualere inanē quantū plenā ſepulturā.Nā & Deiphobi umbra tranſuecta ē cui Aeneas cenotaphiū fecit:ut Nūc egomet tumulū rhetæo in littore inanē Cōſtitui.Bene autem ſepultos.i. fletos.Nā ſine fletu ſepultura nō eſt.Vnde legimus Inhumata inflectaq; turba:facit ſupradicta flumina trāſire:qbus luctus nomē ipoſuit.⁋ Cētū autē annos: iō dicit:qa illi ſunt legitimi uitæ humane:quibus cōpletis poteſt aīa trāſire ripas.i.ad locū purgatiōis uenire ut redeat rurſus in corpa. Sane ſciendū qa cū terram dicimus hæc ops facit:ſi nymphā dicimus:hæc opis: ſi diuitias hæ opes numero tantum plurali.⁋ Rauca flu.aut rheumata.i.æſtuaria dicit:aut bene pluraliter quia de tribus loquit̄.⁋ Sedibus oſſa qe.ideſt prius q̄ corpus in naturā ſuam redeat:ideſt in terrā.⁋ Stagna exoptata reuiſunt: lethæi:ſcilicet fluminis.⁋ Veſtigia preſſit.ſ.cogitatione tardatus.⁋ Putans: reputans: cum aio pertractans.⁋ Sortemq; aio miſeratus iniquā:Iniqua.n.ſors eſt puniri propter alterius negligētiā: nec.n. qs culpa ſua caret ſepulcro.Bene āt aio:quaſi re præſago:ut alibi:Præſaga mali mens.Ipſe enim Aeneas inſepultus iacebit:ut Mediaq; inhumatus arena.Periit enim in flumine numico:unde & Iuuena.Et ipſe mihi contingens ſanguine cælum: Alter equis:alter flammis ad ſydera miſſus.⁋ Mortis honore: ſepultura:ut Quiſquis honor tumuli.⁋ Ductorem claſſis:apertum exemplum claſſem:dici etiam unam nauem. Nam legimus: Vnam quæ lycios:fidumq; uehebat orontem.⁋ Auſter:hic diſtinguendum.⁋ Seſe agebat:ſeſe agere eſt ſine negocio icedere.⁋ Qui libyco nuper curſu:bene libyco.Nauigatio enim non a diuerticulo ſed ab intentione accipit nomen. ⁋ Effuſus in undis:archiaſmos eſt:q̄q̄ Dona.eſſe ordinem uelit:dum ſeruat ſidera in undis mediis.

Dic ait o Virgo quid uult cōcurſus ad amnē?
Quid ue petūt aīæ? uel quo diſcrimine ripas
Hæ linquunt:illæ remis uada liuida uerrunt?
Olli ſic breuiter fata eſt longæua Sacerdos.
Anchiſa generate Deum certiſſima proles
Cocyti ſtagna alta uides:ſtygiamq; paludem:
Dii cuius iurare timent & fallere numen.
Hæc oīs quā cernis inops inhumataq; turba ē:
Portitor ille Charō:hi quos uehit unda ſepulti.
Nec ripas dat̄ horrendas:nec rauca fluenta
Traſportare:priuſq̄ ſedibus oſſa quierunt:
Centū errāt annos: uolitātq; hæc littora circū:
Tum demū admiſſi ſtagna exoptata reuiſunt.
Conſtitit Anchiſa ſatus:& ueſtigia preſſit
Multa putans:ſortemq; aio miſeratus iniquā.
Cernit ibi mœſtos:& mortis honore carentes:
Leucaſpim: & Lyciæ ductorē claſſis Orōtem:
Quos ſimul a Troia uētoſa ꝑ æquora uectos
Obruit Auſter aq̄ iuoluēs:nauemq;:uiroſq;:
Ecce Gubernator ſeſe Palinurus agebat
Qui Libyco nuper curſu dum ſidera ſeruat:
Exciderat puppi mediis effuſus in undis.

❡DONA. Breuiter:ne qua fieret rebus neceſſariis mora.⁋ Certiſſima proles:natus ex homine non immerito paues:Sed nihil debes metuere:quia a diis principium ducis.⁋ Cocyti ſtagna:nō auget moram quia reſpōdet ad id quod nō interrogat:ſed minuit.Nam curat ne poſtea interroget.Stagnum igit̄ inquit cocyi habet nomē.Palus uero quæ ex ſuperfuſione aquæ efficit̄ ſtyx appellatur.Nec idiget probatione ꝙ inſepulti nō trāſportentur:quoniam cernit ibi quos ſepelire nō potuit.⁋ Quos ſimul a troia:reuocat in memoriam legēti qui iſti eſſent:& ubi & quādo:& qua ui periſſent:& ſimul ne quis daret uitio æneæ ne ſuos ſepelliſſet:quoniam ſepelire non potuit.⁋ In undis:non effuſus in undis:ne ſit uitium in caſu:ſed effuſus cum in undis eſſet.

❡CHRI. Concurſus:nam ab omnibus pari ſtudio curritur.⁋ Liuida:nam ut omnia cœleſtia candida ſunt: ſic inferna nigra poſſumus:& ad deſcenſum illum quo ſpeculationem uitiorum exprimimus: ita rem referre concurrunt ad nautam:ꝙ omnes natura ſcire cupimus:ſed liberum mentis arbitrium non omnes admittit ad ſpeculationem. Quod autem non admittantur in humati notat per corpora perturbationes animorum: quæ a contagione corporis ſunt: quæ niſi penitus humentur: nos ad ſpeculationem proficiſci non ſinunt. Nam quod de centum annis refert: id ex egyptiorum conſuetudine poetice admiſcet: & de qua Serui. & Sene. referunt: ſed Herodotus ex hac ægyptiorum conſuetudine: ait orpheum inferorum fabulam ſcripſiſſe.⁋ Leucaſpim:id enim nomen erat magiſtro nauis orontis:quod ille in primo libello omiſerat.Dixit enī excutitur pronuſq; magiſter.

Hūc ubi uix multa mœſtū cognouit ī umbra:
Sic prior alloquitur: quis te Palinure Deorum
Eripuit nobis? medioqꝫ ſub æquore merſit?
Dic age. nāqꝫ mihi fallax haud ante repertus.
Hoc uno reſpōſo animum deluſit Apollo:
Qui fore te ponto incolumē: fineſqꝫ canebat
Venturū auſonios: en hæc promiſſa Fides eſt?
Ille autem: neqꝫ te Phœbi Cortina fefellit
Dux Anchiſiade: nec me Deus æquore merſit:
Nanqꝫ gubernaclum multa ui forte reuolſum:
Cui datus hærebam cuſtos: curſuſqꝫ regebam:
Præcipitans traxit mecū: maria aſpera iuro:
Non ullum pro me tantum cepiſſe timorem:
Quā tua ne ſpoliata armis: excuſſa Magiſtro
Deficeret tantis nauis ſurgentibus undis.
Treis Notus hibernas imēſa ꝑ æquora noctes
Vexit me uiolētus aqua: uix lumine quarto
Proſpexi Italiam: ſumma ſublimis ab unda:
Paulatim adnabam terræ: iam tuta tenebam:
Ni gens crudelis madida cum ueſte grauatū:
Prēſantemqꝫ uncis manibus capita aſpa mōtis
Ferro inuaſiſſet: prædamqꝫ ignara putaſſet.

¶SER. Multa mœſtum cognouit in umbra: prudentiores dicunt animas recedentes a corporibus ſordidiores eſſe donec purgentur: quæ purgatæ incipiunt eſſe clariores: Vnde paulo poſt: Donec lōga. dies perfecto tēporis orbe Cōcretā exemit labē: purumqꝫ reliquit Aethereum ſenſum: atqꝫ aurai ſimplicis ignē. i. non urentis: ut eſt Solis. Inde eſt ꝙ aliæ animæ lunarem circulum: aliæ ſolſtitialem retinere dicuntur pro modo purgationis. Bene ergo Palinurum obſcura umbra circundatum dicit: & uix agnitum: qui nec ad loca quidem peruenerat purgationis: ſicut etiam alibi de Didone dicturus eſt: Agnouitqꝫ per umbram Obſcuram. ¶ Quis te palinure deorum quis deus debuit dicere: ſed græce dixit τις θεῶν. ¶ Eripuit nobis bene nobis: gubernator enim cōmuni perit periculo. ¶ Sub equore merſit: tmeſis eſt medio æquore ſummerſit. ¶ Dic age: hortātis aduerbiū eſt: ut en & age facite. ¶ Venturꝫ auſonios: κατα το σιωπωμενον itelligiſus. ¶ Cortina: dicta eſt aut ꝙ cor teneat: aut ꝙ tripos ſeptus erat corio ſerpētis: ut ſupra diximus: aut certe ſecundum græcā etymologiam ὅτι τὴν κόρην τείνει. i. ꝙ extēdat puellā ut Maiorqꝫ uideri. ¶ Nec me: hic diſtiguēdū ne ſit cōtrariū. Nā eū ſomnus deiecit: qq̄ alii fruſtra dicant: qd̄ credebat Phorbātē: cū extictis diuinādi ſit cōceſſa licētia: ut iā nūc ſciat ſōnū fuiſſe. ¶ Nāqꝫ gubernaclū: ut ſit uериſimile ꝙ uenerit ad Italiā. ¶ Præcipitans: dū ꝑcipitaret. ¶ Maria aſpa iuro: aut execratio eſt: ut Iliaci cineres: aut certe iurat q̄ſi nauita ꝑ maria. ¶ Spoliata armis: ꝑdito gubernaculo. ¶ Excuſſa magiſtro: noue dixit: de q̄ fuerat magiſter excuſſus. ¶ Surgētibus undis: nō qa tēpeſtas fuerit fauente Neptuno: ſed pelagus tumēs fuiſſe ſignificat: nec de Aeneæ pitia deſpauit: ſed pp ꝑditū gubernaculū. ¶ Hibernas: aſpas: & rettulit ad affectū nauigātis. ¶ Adnabā: & hic diſtiguiꝑt & adnabā terræ. ¶ Gēs crudelis: lucanorū: & dicit eū a Velienſibus iterēptū: ut Portuſqꝫ reqre uelinos. Sane ſciēdū Veliā tēpore quo Aeneas ad Italiā uēit nōdū fuiſſe: ex quo anticipatio eſt: q̄ (ut ſupra diximus) ſi ex ꝑſona poetæ fiat tolerabilis: ſi āt ꝑ aliū uitioſa ē: ut nūc de Palinuro ait: qq̄ alii ad diuinātī ſciētiā referāt: q̄ſi ab umbra dictū: cui ꝑcognitū erat id nomē ꝑ poſteros illi iponēdū ergo portus uelinos. i. uocādos aliquādo uelinos. Velia āt dicta ēa paludibus: qbus cīgit q̄s græci ἕλη dicūt. Fuit ergo Helia: ſed accepit digāmon: ut. ſ. cōſonās: ut enetus: uenetus. ¶ Mōtis: ſaxi: ut alibi e cōtrario Saxi de uertice paſtor. Itē Fertur in abruptū magno mōs iprobus actu: ꝓ ſaxo. Nā iſta reciproca ſt.

¶DONA. Multa um. hoc excuſat ꝙ amicum nō ſtatim agnouerit. ¶ Qui forte te pōto: nihil dixera de palinuro Apollo: ſed tacēdo de ſuis aduerſis boni aliquid promiſiſſe uidet. ¶ Deus: cognouit uim illā eē diuinam ſe quis deus fuerit ignorat: quia non uidit niſi phorbantem. ¶ Vi reuulſum: oſtendit pro uiribus pugnaſſe: ut excuſet factum. ¶ Capita aſpera: aſpera ſaxorum quæ ex montis radicibus ueluti capita in mare extant.

¶CHRI. Prior: hoc pertinet ad clementiā ducis. ¶ Quis deorū: admiratur aliquem deū uiſū eē tāta crudelitate. ¶ Eripuit: ut oſtendit & uim illatā & dānum: nec putabat hoc eueniſſe niſi a deo cum Apollo illum incolumen in italiam uenturū ꝑdixiſſet. At ille reſpondet ueniſſe quidem in italiā ſed ibi cæſum fuiſſe. Compōe āt nec cortina phœbi fefellit te nec me. ¶ Gubernaclum: temonē: Et facit narrationē uериſimilem. Nam ſine temone non erat credendū illū tam diu natare potuiſſe. ¶ Aſpera ex affectu natātis: uel epithetū eſt æternum maris: nam tēpeſtas nulla fuit fauente Neptunno. ¶ Non ullū: exprimit quæ ſit uera amicitia: & quales in amicos eſſe debeamus. Simul etiam Palinurus beniuolētiā captat: ut facilius poſſit quod petit impetrare. ¶ Tantis. ſ. At qui tranquilla fuerat nauigatio: ſed loquitur ex ea quæ ſibi erat ſolicitudine: & ex eo qd̄ ſæpe id ſibi acciderat: aut quia ſic natāti uideri potuit. Nā & mediocres undæ uideri ingētes natāti poſſunt. ¶ Vix lumine quarto: pathos a diuturnitate temporis: ut Septē illū perhibēt totos ex ordine mēſes: & ſeptima poſt troiæ excidiū iā uertitur æſtas. ¶ A ſumma unda: docent mathematici: ut liquorē elemētorū ita aquæ corpus ſphæricum eſſe: ac propterea mare nō planum eſſe ſed turgeſcere: Vnde eſt quod propter interpoſitū hunc tumorē maris aliquis poſitus in naui nō uidebit mentē e regione poſitum: quem tamē uidebit qui eſt in ſumitate mali eiuſdē nauis. ¶ Paulatim adnabam: oſtēdit difficultatē & feſſitudinē. ¶ Et rerræ iam tuta: pathos ab eo quod eſt præter ſpē. Nam ubi tutus eſſe credidit: ibi crudeliſſime occiſus eſt. ¶ Crudelis: & quia in naufragū nulla iniuria ꝓuocati ſæuiſſent: & qa ſpoliati ſepultura neglexiſſent. ¶ Madida cū ueſte grauatū: & q̄ ſequunt̄ huiuſcemodi ſunt: ut etiā in immaniſſimis commiſerationem commouere potuerint. Ergo crudelis gens. ¶ Preſantē: ponit rē ante oculos: nā ſæpe ꝑhendebat: qa ſæpe a fluctibus illinc remouebat̄. ¶ Ferro inua. pathos a modo a materia. ¶ Prædamqꝫ. i. rem uериſimilē facit. Qui. n. iuaſiſſent niſi inde queſtū ſperarēt: Sed non ꝓpter hoc minuit̄ crudelitas.

¶SER. Me fluctus habet:qa ſecúdũ philoſophos corpus ſolũ noſtrũ eſt:qđ nobiſcũ orit:nobiſcũ moritur: Anima enim generalitatis ẽ:& adeo non eſt noſtra:ut etiã ĩ alia corpora plerũq; trãſeat.Ergo me.i.corpus meũ: qđ eſt hominis propriũ.Eſt autẽ Homeri αὐτοὺς δελώρια τεῦχε κύνεσσιν.¶ Cæli iocundũ lumẽ:bene iocũdũ addidit.Eſt enim etiã apud inferos:ſed nõ iocundum.¶ His ĩuicte malis:qui inferos ſubire potuiſti.His ãt: ac ſi diceret quæ cernis.¶ Terram iniice:bene autem maius petiit:ut uel hoc impetraret.Terræ autẽ iniectio ſecundum põtificalem ritum poterat fieri:& circa cadauer:& circa abſentium corpora qbuſdã ſolẽnibus ſacris.

Nũc me fluctus habet:uerſantq; ĩ littore Vẽti.
Quod te per cæli iocũdum lumen:& Auras:
Per Genitorem oro:per ſpes ſurgentis Iuli:
Eripe me his inuicte malis:aut tu mihi terram
Iniice(namq; potes) portuſq; reqre Velinos.
Aut tu:ſiqua uia eſt:ſi quã tibi Diua Creatrix
Oſtẽdit(neq; enim credo ſine numine Diuom
Flumina tãta paras:Stygiamq; ĩnare Paludẽ)
Da dextrã miſero:& tecũ me tolle per undas:
Sedibus ut ſaltẽ placidis in morte quieſcam.
Talia fatus erat:cœpit cum talia Vates:
Vnde hæc o Palinure tibi tam dira cupido?
Tu ſtygias ĩhumatus aquas? amnemq; ſeuerũ
Eumenidũ aſpicies? ripamue iniuſſus abibis?

Talẽ ſermonẽ habet apud inferos cũ Elpenore. στῆ μ᾽ ἀτέμοι χεῦαι πολιῆς ἐπὶ θινὶ θαλάσσης. ¶ Nãq; potes:quia ubiq; eũ rerũ diuinarũ ĩducit piũ.¶ Siqua uia eſt:ſi eſt ulla ratio.¶ Diua creatrix:rerum oĩum generaliter.¶ Innare:nauigare more ſuo. ¶ Da dextrã:pſta auxiliũ.Vmbra.n.nũq̃ tenet:ut Ter fruſtra cõpréſa manus:ter fugit imago.¶ Sedibus ut ſalté:ut ſalté in morte reqeſcã ſedib9 placidis:& bene quia nautæ ſemper uagant.¶ Tã dira cupido: cupiditas ex deorũ ira uẽiẽs:Aut certe magna:ut Sua cuiq; deus fit dira cupido.¶ Seuerũ:triſtẽ:& hæc reciproca ſunt:ut cõtra iudex triſtis & ĩteger.i.ſeuer9.¶ Eumẽidũ: circa quẽ habitãt eumenides:εὐμενίδες dicte nã εὐμενεῖς beniuolus ẽ q minime ſint bẽiuolæ ſed maliuolæ:ſed ẽ κατ᾽ ἀντίφρασιν figurã quoties rẽ malã bono appellãus exẽplo:ut hic.¶ Ripãue ĩiuſſ9 abibis: ut abeo ĩ Tuſcos:ſicut ſup̃ dixĩus: q̃q̃ alii adibis legãt. ¶DONA. Verſant in littore:ne in profundo eſſe uideretur.¶ Per iocundum:quia apud inferos nõ eſt iocũdum:quaſi dicat per id ad quod cupis remeare. ¶ Per genitorem:cuius cauſa tot ſubis labores.¶ Malis his:captat hĩc commiſerationẽ.¶ Iniice terram:oſtendit facilitatem.¶ Portus require uelinos:remouet laborem quærendi.¶ Aut tu ſi q̃ uia eſt:oſtendit illum poſſe & quia tãto uir eſt corporis robore & animi ĩgenio:qa natus ex diis:Quia Venerem matrem habet:quia ſibi maiora dii conceſſerunt: quando uiuenti hunc deſcenſum permiſerunt.¶ Cæpit cum talia uates:Reſpondet ſibylla cui leges inferorum notiores eſſent.

¶CHRI. Iocundum:ex affectu inferorum.Vita.n.noſtra huiuſcemodi eſt ut ſi illã inferis cõpares iocundiſſima eſſe uideatur:ſinautem ſupis calamitoſa ſit.Inuicte ergo potes.¶ Creatrix:ſic Lucre.Aeneadũ genitrix hominũ diuumq; uoluptas.Quæ mare nauigerũ quæ terras frugiferẽteis cõcelebras parte quoniã genus omne animãtũ cõcipitur:uiſitq; exortum lumi.ſo.Vel potius creatrix tua ex quo facilius etiam poſſe illum oſtendit. ¶ Terrã iniice:fac cœnotaphiũ:ſic alibi.Tunc egomet rœtheo in littore inanẽ Cõſtitui.¶ Nãq; potes:ſic Horati.Quamq̃ feſtinas non eſt mora longa licebit iniecto ter puluere curras.¶ Miſero:ſi miſeri ſunt qui in inferno merguntur:quid miſerius eo qui ne hoc quidem aſſequi põt?¶ Saltem:pathos q nunq̃ in uita qeuerit & nũc etiam in morte nulla quietis ſpes datur.¶ Talia fatus erat cœpit:Oratio indignatione plena quæ nõ ſolum uerbis oſtenditur:uerum etiam feſtinatione reſpõſionis:cum uix expectauerit:ut ille finiret.¶ Vnde:addubitatio auget indignationem:cum uideatur q ne ſuſpicari quidem poſſit:unde hæc cupido illi ueniat.¶ Tu ſtygias ĩhumatus:Grauiſſima interrogatio:cum ita urgemus aduerſarium:ut non poſſit niſi id quod nobis placet reſpondere.Habẽt autem hæc ſingula uerba magnum pondus.¶ Tu:quaſi dicat cui nullum tale meritum eſt:ut ſupra fata quicq̃ ſit tribuendum.¶ Stygias:quas in tanta dii ueneratione habent.¶ Inhumatus:cum magno põdere.q.d.quod nunq̃ factitatum eſt.¶ Seuerum.q.d.uis quicq̃ in eo flumine aduerſus ius facere:in quo ſumma ſemper obſeruata ſit ſeueritas.¶ Eumenidum:quæ omnium ſcelorum ultrices ſunt.¶ Aſpicies:ſi tantum admiratur ſi aſpiciat:quid erit ſi tranſeat.Repete ergo Tu qui nihil extra ſortem a diis mereris:nulloq;:illis ſanguine cõiunctus es inhumatus.Quod ſemper nefas fuit talem fluuium:& qui tales habent ultrices non dicam tranſibis:ſed aſpicies.¶ Aut abibis ripam:ut oſtendat maximũ nefas eſſe ipſum:tranſire etiam poſt tranſitum a ripa non diſcedens ulterius non progrediatur.¶ Deſine fata deũ fle.ſpe.oſtendit q tranſire fluuium aliquem inhumatum ſit uelle flectere fata:quæ ſecundũ ſtoicos ne a Ioue quidã frangi poſſunt.¶ Fatum:de fato ſcribit Auguſti.in quinto eius uoluminis:qui inſcribit de ciui.dei.Qui non aſtrorum conſtitutionem ſicuti eſt cum quodq; concipit uel naſcitur uel inchoat:ſed omnem cõnexionem ſeriemq; cauſarũ:qua fit omne quod fit:fati nomine appellant nõ multum cum iis de ui uerbi eſt laborandũ:quoniã hãc ſeriem dei uolũtati:& poteſtati ſubiiciunt:qui cuncta ſcit anteq̃ fiant:& nihil inordinatũ relinquit:a quo ſunt omnium poteſtates:q̃uis ab illo ſunt omnium uoluntates:hæc Auguſti.Sene.autem his uerſibus oſtendit dei uoluntatem:cuius poteſtas per cuncta porrigitur fatum illos dicere.Duc me ſumme pater altiq; dominator poli.Quodcumq; placuit nulla parẽdi mora eſt.Aſſum impiger.Fac nolle comitabor gemens:Maluſq; patiar facere quod licuit bono.Dicunt uolentem fata trahũt nolentẽ.Poſtremo addit Auguſtinus ordinem cauſarũ:ubi dei uoluntas plurimum ualet:nec negamus:nec fati uocabulo nũcupamus:niſi forte a fando fatũ dicamus:nã ſcriptum eſt ĩ libris ſanctis. Semel locutus eſt deus:quoniam poteſtas dei eſt:& tibi domine miſericordia ſemel.i.ĩcõmutabiliter omnia quæ facturus eſt.Hac ergo ratione fatum appellare poſſumus a fando:ſed quoniam in alia re ĩtelligi ſolet cor/

da hominũ uolumus inclinare. Plato ſcribit fatũ eẽ diuiná legẽ per quã ineuitabiles cogitationis dei:ac incepta
complent̃. Hanc auté legẽ in mũdi aĩo inſitam ingenitãq; ab ipſa dei prouidentia putat:ut idẽ ſit hic fatũ quod
in mente dei eſt prouidentia. Animus.n.mũdi miniſter eſt dei q ea quæ prouidẽtia ſancit:& nouit diligẽter exe
quit̃:ac cõplet ac etiã exequẽda miniſtris ſuis:ideſt ſyderibus ac dæmonibus mandat:quo fit ut lex adminiſtrã
di mundi ſit:& in principe deo:& in mundi ſpiritu:ac ſyderibus. Hoc oẽ exprimit Pla. Ineuitabiles primo dixit
cogitationes dei:ſecundum legẽ per quam illæ complent̃:& alibi dixit fatũ eſſe ſyderum legem:ut oſtenderet
prouidẽtiam in deo eſſe. Fatum uero in mundi ſpiritu ac ſyderibus:Sæpe ẽt uniuerſi mentem fatum nũcupat.
Sæpe & ipſius legis executionẽ:ergo apud Platonicos quatuor ſignificat fatum:Mentem ipſam cœli:Legẽ quæ
illi ingenita eſt. Legẽ quæ cæteris diis attribuitur:ac deniq; executionẽ quam ſanxit deus primus:quas admini
ſtrãdas ſuſceperint ſecũdi:hæc de Plato. Triſmegiſtus aũt primo dedit diffinitionem:q̃ ad ipſius legis tpalẽ exe/
cutionem pertinet dicẽs fatum eſſe neceſſitatẽ omniũ quæ gerũtur ſemp ſibi catenatis nexibus iunctã. Secun/
do appellauit mundi animũ fati noĩe:& ſimul aliam diffinitionẽ poſuit qua fatũ:& in mundi mente:& in cæte
ris diis poſuit. Dicit.n.fatũ eſt aut ſecũdus deus.i.uniuerſitatis aĩus:aut omniũ cœleſtium terrenorũq; firmata
diuinis legibus diſciplina.i.rõ:& ordo rerũ adminiſtrãdarum in diis in ſummi dei prouidentia:ac idẽ Triſme
giſtus tria putat in rebus adminiſtrãdis principatũ tenere his uerbis. Hæc tria fatũ:neceſſitas ordo nutu dei effa
ta ſunt. Prima igit̃ eſt prouidentia diuina gubernans mundũ. A qua gubernanda mundi ratio ſimilis mundi
menti tradita eſt:quã hic fatum noĩat. Ab hoc neceſſitatem uult oriri.i.rõnis huius ineuitabilẽ executionem.
A neceſſitate cenſet ordinem emanare:hæc autẽ ſunt eius uerba:Fatũ & neceſſitas ambo ſibi inuicẽ indiuiduo
nexæ ſunt glutino:fatum rerum initia parit:Neceſſitas cogit effectũ:quæ ex illius primordiis pendet. Has or/
do cõſequitur.i.textus:& diſpoſitio temporis rerũ perficiendarum. Nihil enim eſt ſine ordinis diſpoſitione &
cõpoſitione. Eſt igitur eodẽ Triſmegiſto teſte prouidẽtia lex rerum agẽdarũ in ſummo principe cõſtituta. Ab
hac fluit flatũ:lex.ſ.prouidẽtiæ ſimilis:ſed ĩmundo ſpiritu inſita. Hinc neceſſitas deinde ordo. Cæteri philoſo/
phi nõ integram hanc Triſmegiſti ſentẽtiã acceperũt præter Pla. Pythagoras enim prouidentia mundũ admi
niſtrari dixit. Fatũ ãt diffiniẽs id qđ ad legẽ:& ad legis executionẽ ordinẽ explicuit ſcribẽs fatũ eẽ eorũ q ſunt per
partes adminiſtrandorũ cãm. Ad idẽ quoq; reſpiciẽs Ariſto. fatũ ĩquit ẽ decretũ cauſarũ attractu ſe ĩuicẽ con/
tinentiũ:Stoici idẽ pene exprimũt:cũ dicãt:fatũ eẽ cõnexã rerũ ſeriẽ ſiue rõnẽ p q̃ mũdus adminiſtratur. Demo
critus ãt Heracletus:Empedocles:Xenophanes & Meliſſus ſolã neceſſitatẽ ĩ fati diffinitiõe poſuerũt. Dicũt.n.fa
tũ eſſe euentũ ineuitabilem ac neceſſariũ. Boetius autẽ ſolã executiõis cõnexionẽ poſuit. Fatũ enĩ ait eſt ĩhærẽs
rebus mobilibus diſpoſitio p quã diuĩa puidẽtia ſuis q̃q; nectit ordinibus:hæc fortaſſe dũ breuitati ſtudeo ob
ſcuri⁹ q̃ par erat retuli:ſed ĩueẽies apud Marſiliũ nr̃m uicinũ & hæc & pluria alia enodati⁹ explicatiuſq; ſcripta.

Deſine fata Deum flecti ſperare precando:
Sed cape dicta memor duri ſolatia caſus:
Nam tua finitimi longe:lateq; per Vrbes
Prodigiis acti cæleſtibus:oſſa piabunt:
Et ſtatuent tumulũ:& tumulo ſolẽnia mittent.
Aeternumq; locus Palinuri nomen habebit.
His dictis curæ emotæ:pulſuſq; parumper
Corde dolor triſti:gaudet cognomine terra.
Ergo iter ĩceptũ pagũt:fluuioq; propinquant:
Nauita quos iã ĩde ut Stygia pſpexit ab unda
Per tacitũ nemus ire:pedemq; aduertere ripæ:
Sic prior aggredit̃ dictis:atq; increpat ultro.
Quiſqs es armatus q noſtra ad flumia tẽdis:

¶SER. Deſine fata deũ flecti ſperare precãdo:fata
quæ ſemel decreuerũt:& locutus ẽ ſecũdũ epicureos
q dicũt:Nec bene pro meritis capit̃ nec tangitur ira.
⁋Duri caſus:ĩpoſſibilis ad mutationẽ. ⁋Lõge lateq;
p urbes:de hiſtoria hoc traxit. Lucanis.n. peſtilentia
laborãtibus reſpondit oraculũ manes Palinuri eẽ pla
cãdos:ob quã rẽ nõ longe ab Helia & lucũ ei dederãt
& cenotaphion. ⁋Prodigiis cæleſtibus:cõpẽdioſe &
peſtilẽtiã ortã:& petitũ oraculũ ſignificat. ⁋Piabunt:
placabũt:expiabũt. ⁋Aeternũ:in æternũ:& eſt aduer
bium. ⁋Palinuri:plus eſt q̃ ſi tuũ diceret. ⁋Parum/
per:paulatim lætari cœpit. Spẽ.n.ſolã nondũ præſens
acceperat beneficiũ. Vnde bene dictum eſt:q̃ſi ab eo
magna moderatione dolor receſſit:alii parũper ual/
de parum uolunt. ⁋Gaudet cognomine terra:noĩs
ſui ſimilitudĩe. Facit autẽ hic & hæc cognominis. &
& hoc cognomĩe. Nã in Plau. lectũ ẽ cũ unam de bac
chidibus diceret:Illa mea cognominis fuit ꝙ autẽ a
cõi genere ĩ e miſit ablatiuum:metri neceſſitas fecit.
⁋Nauita:epẽtheſis:ut Mauors p Mars. ⁋Inde ut ſtygia pſpexit ab unda:ut Siculo pſpexit abuſq; pachynno:
& hĩc oſtẽdit̃ qđ diximus iũcta eẽ hæc tria acherõta:ſtygẽ:cocytõ. De his ãt naſcunt̃ alia:unde eſt:Nouies ſtyx
interfuſa coercet. ⁋Per tacitum nemus:aut ſolum:aut ipſi taciti. ⁋Aggreditur dictis:hoc ſermone oſtendit ira
tum. ⁋Quiſquis es armatus:bene a præſcriptione:ac ſi diceret nihil pium molitur armatus.
¶DONA. Fata:fatum dixit iudicatum cuius firmitas moueri non poſſit.
¶CHRI. Memor.q.d.q̃ te nõ fallẽt:nã q narrat:nõ iubet mẽoriæ mãdari q̃ nõ credat futura:ne aliqñ menda
tii argui poſſit. ⁋Cœleſtibus.q.d.q̃ nõ ſũt cõtẽnẽda. Ergo nõ eſt dubitãdũ quĩ exequat̃. Palinurus diximus de
elia ſiue uelia Paliurus ãt pmõtoriũ ẽ nõ pcul ab hac urbe. ⁋Parũper:ſtatĩ ſecũdũ Marcellũ:ſed magis Seruio
aſſentior. ⁋His dictis:nõ potuit uenire ĩ Italiã.i.ad cõtẽplationẽ æneas:niſi Palinurus quẽ appetitũ ratiõi repu/
gantẽ interpretati ſumus:quin nimis uehemens nimis cõcitatus eſt a ſomno ideſt a ſumma animi: & placida
quiete de temone ideſt de uitæ adminiſtratione deiiceretur. Nunc aũt cum in inferno:ideſt uitiorum ſpecula/
tione iterum ſeſe offerat. iterum repellitur quia non poſſumus uitia contemplari:ut ab eis liberemur:niſi pri/
us relicto hoc appetitu. ⁋Nauita:de charõte abunde dictum eſt & ꝙ uim nolit pati:etiam demonſtratum eſt.

¶SER. Quid uenias: cur. Nā aduerbiū ē. ¶ Iā iſtinc: a loco in quo es: nā rē proximā ſignificat audiēti. ¶ Corpora uiua: qa (ut ſupra diximus) ſunt corpora etiā mortuorū: q̄ tātū uidenť. i. umbræ. ¶ Meſum lætatus eunté: lectū eſt in Orpheo: ꝙ quādo Hercules ad īferos deſcēdit: Charon territus eū ſtatī ſuſcepit: ob quā rē anno integro in cōpedibus fuit: iō ergo nō lætatus. ſ. ꝓpter ſuppliciū ſuū. Sane Alcidē uolūt qdā dictū απο της αλκης. i. a uirtute: qď nō procedit: quia a prima ætate hoc nomen habuit ab Alceo patre Amphitruonis: & ſcimus cognomina ab accidētibus dari. ¶ Quāq̄: ac ſi diceret: hoc in te nōdum ꝓbaui. ſ. per ſimulationē: nā nouerat. ¶ In uincla petiuit: Hercules a prudētioribus mēte magis q̄ corpore fortis īducit: adeo ut duodecim eius labores referri poſſint ad aliqd. Nā cū plura fecerit: duodecim ei tantum aſſignanť ꝓp agnita duodecim ſigna. Quod aūt dr̄ traxiſſe ab īferis Cerberū: hæc rō eſt: qa oēs cupiditates & cūcta uitia terrena cōtempſit: & domuit. Nā cerberus eſt terra: q̄ eſt cōſumptrix corporū uñ & cerberus dictus q̄ſi αρεοβορος. i. carnē uorans. Vnde & lectū eſt: Oſſa ſuper recubans. nā non oſſa citius terra cōſumit. ¶ Ipſius a ſolio regis: atq cerberus ſtatim poſt flumina eſt: ut Cerberus hæc ingēs latratu regna trifauci Perſonat: nā illic q̄ſi eſt aditus inferorum. Soliū āt Plutonis interius eſt. Ergo aut ad naturā canū referēdū eſt: q territi ad dominos confugiūt: aut ſoliū pro īperio accipiēdū eſt: ut alibi arces pro īperio poſuit: ut Imbellē auertis romanis arcibus īdū cū Indi uſqꝫ ad primos uenerint fines. i. uſqꝫ ad arces. ¶ Hi dominā ditis: aut de græco ē: q uxorē Δεσποιναν dicūt: aut Ditis thalamo: ut dominā Charō ad ſe rettulerit. ¶ Amphriſia uates: appollinea: & eſt longe petitū epitheton. Nā Amphriſus fluuius Theſſaliæ ē circa quē Apollo ſpoliatus diuinitate a Ioue irato Admeti regis pauit armēta: iō qa occiderat cyclopas fabricatores fulminū: qbus Aeſculapius extīct⁹ ē apollinis filius: qa Hyppolytū ab īferis herbarū potentia reuocauerat. ¶ Nec uim tela ferūt: ac ſi diceret tātū repellunt. ¶ Licet: fas eſt: & eſt cōcedētis aduerbiū: ſicut eſto. ¶ Aeternum: auerbium eſt: ut ſupra: & ſubaudiť bis æternū: latrans æternū terreat. ¶ Patrui: qa Iouis eſt filia ex Cerere. ¶ Seruet: cuſtodiat: ut Tantas ſeruabat filia ſedes. ¶ Troius æneas: ideſt a diis originem ducens. ¶ Pietate inſignis & armis: propter illud Pauci quos æquus amauit Iuppiter: aut ardens euexit ad æthera uirtus. ¶ Erebi: erebus proprie eſt pars inferorum: in qua hi qui bene uixerunt morantur. Nam ad elyſium non niſi purgati perueniunt: unde eſt: Et pauci læta arua tenemus: hinc fit ut quæratur an animæ de elyſio in corpora poſſint redire: & deprehenſum eſt non redire: quia per purgationem carent cupiditate. ¶ Si te nulla mouet: neceſſitate uult perſuadere: quia ſcit manes nulla reflecti: ut Scirent ſi ignoſcere manes. ¶ Pietatis imago: pietas per periphraſim dicta eſt: ut uis herculea. ¶ Aperit: nudat: ut Aperire procul montes: ac uoluere fumum. ¶ Nec plura his: nec eſt aliquid ulterius dictum poſt ramum uiſum.

Fare age qd uēias: iā iſtinc & cōprime greſſus:
Vmbrarū hic locus eſt: Sōni: noctiſqꝫ ſoporæ.
Corpora uiua nefas Stygia uectare carina.
Nec uero Alciden me ſum lætatus euntem
Accepiſſe lacu: nec Theſea Pirithoumqꝫ:
Diis q̄q̄ geniti: atqꝫ īuicti uiribus eſſent:
Tartareū ille manu cuſtodē in uincla petiuit:
Ipſius a ſolio Regis traxitqꝫ trementem:
Hi dominā Ditis thalamo deducere adorti:
Quē cōtra breuiter fata eſt amphriſia Vates:
Nullæ hic inſidiæ tales: abſiſte moueri:
Nec uim tela ferūt: licet ingēs ianitor antro
Aeternum latrans exangues terreat umbras:
Caſta licet Patrui ſeruet Proſerpina limen.
Troius Aeneas pietate inſignis: & armis
Ad genitorē imas Erebi deſcēdit ad umbras:
Si te nulla mouet tantæ pietatis imago
At ramū hūc (aperit ramū qui ueſte latebat)
Agnoſcas: tumida ex ira tum corda reſidunt.
Nec plura his. ille admirās uenerabile donū

¶DONA. Nec uero alciden: dat exempla eorum qui apud inferos illicita commiſiſſent ſub occaſione ꝙ deorum originem ducerent. ¶ Tartareum: una iniuria priuare omnes inferos ſuo cuſtode. ¶ Ipſius a ſolio: alia ipſius regis iniuria. ¶ Trementem: iniecit timorem Hercules illi qui neminem timuit. ¶ Hi dominam ditis: peius cōati ſunt. Quod hic loca ſunt accuſationis: facere uim uxori alienæ. Vxori regis & præſentis ipſi quoqꝫ reginæ: & hæc a perſona: a loco uero de ipſo thalamo quem noſſe præter maritum nemini licuit a facto abſtrahi quem honeſte tangere non licuit. ¶ Breuiter: Quia q̄ iuxta ſunt longo ſermone non egent. Nullæ inſidiæ: loquitur ergo contra ut dixit: Nam loquitur contra illa quæ ſuſpicabatur. ¶ Nec uim tela ferunt: confutat qď ille uehementer timebat. Fertur enim ferrū plerunqꝫ non ut inferatur ſed ut repellatur iniuria. ¶ Pietate & armis: nam propter pietatem deſcendit ad patrem: propter uero fortitudinem non reformidauit pericula: quæ ſunt apud inferos.

¶CHRI. Somni noctiſqꝫ: ut oſtendat omnia cum iam ſit amiſſa ratio quaſi dormire: aut in rerum omnium tenebris: & cæcitate uerſari. ¶ Petiuit: abduxit ſecūdū Marcellum. ¶ Nullæ hic inſidiæ: Purgat quæ ille timebat: & oſtendit quā alienus ſit a fraude & a rapina. Poſt hæc oſtendit ramum. Hæc omnia huc tendunt: ut qui ad ſpeculationem tendunt: primo uacent & dolo & ui: hoc eſt omni uitio: nam illi aſcendet in mōtem domini: & ſtabit in loco ſancto eius: qui eſt innocens manibus & mundo corde: & nō accipit in uanum animam ſuam. Sed neqꝫ hoc ſatis eſt: ut uitio careas: ut in ſpeculationem recipiaris: ſed opus eſt: ut ramum aperias: ideſt præferas ipſam ſapiētiam quam ſine dei diſpoſitione nemo aſſequitur: Vnde dixit Donum fatalis uirgæ. ¶ Mirabilem: Quia nil ſapientia mirabilius eſt. ¶ Longo poſt tempore uiſum: nihil enim rarius uidere contingit. Miratur ergo ramum aureum. Nam q̄uis nolit cogi liberum arbitrium: tamen concedit ſapientiæ.

¶SER. Fatalis uirgæ:ut ſequeť Si te fata uocāt.⁊ Lōgo poſt:aut aduerbiū eſt: aut p̄poſitio antiq̄ poſita: q̄q̄ ablatiuū caſus eſt exceſſum ſignificās ut multo ante & multo poſt.⁊ Iuga:græce dixit.ζυγὰ.n.dicunt q̄ trāſtra nominamus.⁊ Laxatq; foros:tabulata uacuat:ut ſupra:Et cāpos iubet eē patētis.Multitudine.n.remota q̄ſi laxanť ſpatia.⁊ Alueo:fluminis.ſ.& p ſynæreſim aluo facit.⁊ Ingētē æneā:bene hūc ſolū dici: ut p trāſitū oſtēdat purgationis aī:hoīes ēt corpora habere leuiora:qď de Sibylla uult accipi.⁊ Sutilis intexta: per quod fragilem oſtendit:rimoſa plena rimis.⁊ Tandem:aut propter pondus Aeneæ:quod eſt melius:aut propter paludis magnitudinem & propter cœni dēſitatem.⁊ Informi limo:magno:ſine forma.⁊ Vlua:herba paluſtris:cum marina dicatur alga:ut illiſæ cautibus algæ.⁊ Perſonat:aut pſonare facit:aut per regna ſonat: & quia de anima dicturus ē:bene facit ante cerberi commemorationem cōſumptoris corporum.Lucanus.Qui uiſcera ſæuo Spargis noſtra cani.Tunc enim animæ locum ſuum recipiūt:cum fuerit corpus abſumptum. ⁊ Horrere uidens iam colla colubris: fingitur enim pro pilis habere ſerpentes: & eſt hypallage: In collo eius horrebant colubræ.⁊ Offam:hinc ē: & diminutio ofella:ſed f non geminat:In diminutione enī plerunq; multa mutantur: ꝙ autem ait melle: alluſit ad corpora:q̄ cū melle obruunť.⁊ Medicatis:ꝯfectis.

¶DONA. Alias animas:quo facilius æneā ferret. ⁊ Ingētē:aut ꝙ re uera eſſet magnus:aut cōparatione exiguæ nauis:q̄ ad incorporeas aīas uehendas inuēta eſſet.⁊ Tandem:autem mora fuit:quia nauis p̄ter ſolitum eſſet honuſta.Vel ex affectu æneæ qui properabat ad patrem.

Fatalis uirgæ:longo poſt tempore uiſum:
Cæruleā aduertit puppim:ripæq; propīquat:
Inde alias animas quæ per iuga longa ſedebāt:
Deturbat:laxatq; foros ſimul accipit alueo
Ingētem Aeneam gemuit ſub pōdere Cymba
Sutilis:& multam accepit rimoſa paludem:
Tādē trans fluuiū īcolumes uatemq;: uirumq;
Informi limo:glaucaq; exponit in ulua.
Cerberus hæc:ingens latratu regna trifauci
Perſonat aduerſo recubans immanis in antro.
Cui Vates horrere uidens iam colla colubris.
Melle ſoporatā & medicatis frugibus Offam

¶CHRI. Cæruleam aduertit puppim:aduertit uoluntatē quæ uidēda diſcutiat.⁊ Hæc habet prorā.i.impetū ī obiectū:hēt in puppi clauū.i.rationē qua cuncta ponderet & regat.Nā & ī malo eligēdo adibet rationē licet falſam.⁊ Charon igiť.i.liberū arbitriū uiſo ramo.i.ſapīa libēter ad illū ſe uertit.⁊ Nauis cæ.ē:Cæruleus āt color ex albo cōſtat & nigro:quia aīus per ſpeculationē ad īferna tēdēs nigrū.i.uitiū & albū.i.uirtutē cogitat. Vel per nigrū īſitiā per albū cognitionē ītellige.Speculator.n.niſi uideret aliqd nō moueretur ad ſpeculādū.Si uero oīa uideret:ceſſaret iſta ſpeculatio.Remouet charon cæteras aīas.i.cæteros oēs animi affectus & perturbationes & recipit æneā cū ſybilla.i.aīum cū ſolo ītellectu.⁊ Cymba ſutilis ē:qa ſcitis ſciēda annectit.⁊ Eſt rimoſa: ppea qď in eadē re ſcibilium ſcitorū quæ diuerſitas nulla eſt:diſtātq; lōge īter ſe:ac differūt & pugnare ſæpe uidētur:gemit cymba ex anguſtia:q̄ premiť pp ſpeculationis difficultatē:& qa rimoſa eſt accipit multā paludem:nā ſæpe inter ſpeculādum corporearum rerū illecebræ ſubeūt.⁊ Cerberus:hic ſecūdum Heſio.natus eſt ex echidna: & Typhaone ſimul cum Ortho cane Gerionis & hydra & chimera:& ut idem poeta ſcribit:habet centum capita:ianitor eſt Plutonis:& cuicūq; uenienti cauda atq; auribus blanditur:ſed exire neminem patitur.Si quidem inſidiis collocatus quēcunq; extra ianuam offendit:deuorat.Alii non centum ſibi capita:ſed tria dant. Verum quod magis abſonum iudicari poſſit:contraria ſentire Heſio.ac Virgilius uidētur. Siquidem Heſio.ait illum intrantibus blandiri.Egredientibus uero aduerſari.Contra Virgili.ipſum uenientibus obſtare: & ne ingrediantur eos impedire inducit.Quorum controuerſiam:ut facilius tollamus meminiſſe oportet: deſcenſum ad inferos eſſe:tum eorum qui in uitia labunť:tum eorum qui deſcendunt in contemplationem uitiorū.Vt cum illorum pernitioſam peſtem cognouerint:ab illis purgent.Cerberum autem pro eo poni quod in nobis terrenum ac propterea caducum eſt.Si igitur intelligamus nos ad inferos deſcendere cum in uitia labimur: erit id quod ſcribit Heſio.nam labentibus:ita ad inferos blanditur cerberus.i.corporei ſenſus: Nam illi nos in uitia p̄cipites agunt:Et ad oēs uoluptates īuitāt quæ animū effœminant:cōtraq; ab omni rerum cœleſtium inueſtigatione remouent:& quia nihil niſi corpōreum nobis ſeſe offert:nos nihil niſi corpus eſſe putamus.Sin autem hinc abire tentamus repugnāt oīno eædem uoluptates.Itaq; hortantur ad ingreſſum dehortantur ab ingreſſu.Sin aūt eum deſcenſum ad inferos intelligamus per quem contemplationem uitiorū:ut ab illis diſcedamus ſignificamus contra eſt de cerbero.Nā repugnat aduerſaturq; ingredi uolētibus.⁊ Impediūt.n.nos ea oīa quæ q̄uis caduca momētaneaq; ſint tamē ſenſus demulcēt.Præſertim autem impedit nos timor:ne ea qbus corpus indiget nos deficiant:itaq; ſapiens qui eſt conſiderat tria genera eſſe earū rerū quæ ad corpus ptinent uoluptatum.Primæ illarū rerū ſunt quæ nec neceſſariæ nec naturales ſunt.Altera earū rerū quæ & ſi non ſunt neceſſariæ:tamē ſunt naturales.Tertia uero illarū quæ naturales neceſſariæq; ſunt.Itaq; primā tanq̄ oīno pnitioſam refugiandā eſſe cenſet.Secundā uero ſpēm facile cauemus. Tertiam poſtremo q̄uis ea cōtinet ſine qbus eſſe nō poſſumꝰ:facile tamē parari illa poſſe:qa natura paucis minimiſq; cōtēta ſit aīaduertit:iſta ergo facile ſine mul ta impenſa:& puo labore ſibi cōparat:ac deinceps reliquū tp̄s maximaꝝ rerū contemplationi impendit. Qua quidem laute abundeq; alitur aīus eaq; uiget:ac beate degit:ut ipſa īueſtigatio pabulū ſit uera ambroſia.Gaudium autem quod ex illarum rerum cognitiōe prouenit ſuauiſſimum nectar præbet dat igitur cerbero: ideſt neceſſitati corporis offam:ideſt uilem ac facile parabilēq; cibum in quo ſit etiā potus: & ex quo gignatur ſomnus:ut ad plenum ſatiſfaciat neceſſitati corporeæ.Nam cibo potu:ac ſomno indiget uita animalis: unde trifauci latratu illum perſonare dicit.⁊ Soporatam:nam ut diximus:ſomnus neceſſarius eſt uitæ corporeæ.

Cerberus

¶SER. Totoq; ingens extenditur antro: per hoc magnitudo eius oſtenditur: ſicut ait in tertio de polyphemo: Iacuitq; per antrum Immenſum. ¶ Occupat æneas aditum: raptim īgredit͛. ¶ Sepulto: dormiente: ſine pulſu. i. ſine motu. ¶ Euadit: modo trāſit. ¶ Irremeabilis undæ: aut ꝑpetuū eſt epitheton: ut ſupra diximus: aut ipſi etiam Aeneæ irremeabilis. Nā per alterā egreſſurus eſt partē: ut Portaq; emittit eburna. ¶ Cōtinuo auditæ uoces: nouē circulis īferi cincti eē dicunt͛: quos nunc exequit͛. Nā primū dicit aīas infantiū tenere: Secūdū eorū qui ſibi per ſimplicitatē adeſſe. i. defenſioni iſtare nequiuierunt. Tertiū eorū qui euitantes erūnas ſe necarūt: Quartū eorū qui amauerūt: Quintū uirorū fortiū eē dicit: Sextū nocētes tenent qui puniunt͛ a iudicibus: In ſeptimo animæ purgant͛: In octauo ſunt animæ ita purgatæ: ut redeāt: In nono ut nō iā redeāt ſcilicet in campo elyſio. ¶ Vagitus & īgēs: Fletus infantūq; animæ flātes poetice dixit. Sane ploratus tantū lachrymaꝝ ē planctus tantū uocū: fletus ad utrunq; pertinet: quæ plerūq; cōfundūt poetæ. ¶ In limine primo: qa de prima hi ſurrepti ſunt uita. ¶ Exortes: expertes ſine parte ακληρους dicunt græci. ¶ Acerbo: immaturo: trāſlatio a pomis eſt. ¶ Sine ſorte: ſine iudicio: traxit autē hoc ex more romano. Nō enim audiebant͛ cauſæ: niſi per ſortē ordinatæ. Nam tēpore quo cauſæ agebantur cōueniebāt oēs: unde & cōciliū ait: & ex ſorte dierū ordinem accipiebant: quo poſt diē trigeſimū ſuas cauſas exequerent͛: unde eſt urnā mouet. Iuue. Gratia fallacis prætoris uicerit urnam. ¶ Quæſitor: quæſitores ſunt qui exercendis quæſtionibus præſunt: & notandū q͂ Minoē q͂ſi crudelē itroducit: quod ei epitheton & Plato & Home. dāt κουρην μινωος ολοοφρονος. Nā Aeacus & Radamāthus fratres mitiores ſunt.

Obiicit. ille fame rabida tria guttura pandens
Corripit obiectam: atq; īmania terga reſoluit
Fuſus humi: totoq; ingens extenditur antro.
Occupat Aeneas aditum: cuſtode ſepulto:
Euaditq; celer ripam irremeabilis undæ.
Continuo auditæ uoces: uagitus & ingens:
Infantumq; aīæ flentes in limine primo:
Quos dulcis uitæ exortes: & ab ubere raptos
Abſtulit atra dies: & funere merſit acerbo.
Hos: iuxta falſo dānati crimine mortis:
Nec uero hæ ſine ſorte datæ: ſine iudice ſedes:
Quæſitor Minos urnā mouet: ille Silentum
Conciliumq; uocat: uitaſq;: & crimina diſcit.

¶DONA. Dulcis uitæ: ex quos dulcis uita cito deſeruit: & fecit exortes: ideſt extra ſortem uiuendi maiorē. ¶ Ab ubere: ad augmentum miſerationis: q͂ inſontes a matris uberibus rapti ante extinguerentur qui loqui cœpiſſet. ¶ Quæſitor minos: & inquirendi & urnæ agitandæ habet poteſtatem.

¶CHRI. Ille fame rabida: oſtendit per tranſitum nullum obſonium melius eſſe q͂ fames cum tunc etiā uiliſſima ſuauiſſima ſint: & illud ſimul docet famæ ipſa omnia latrare: & in omnem rabiem uerti hinc ipſe ſibi. Et mala ſuada fames. ¶ Occupat æneas aditu cuſtode ſepulto: Nam cum ita curatum eſt corpus: ut neq; nimio luxu cōtumax ſit: neq; rurſus rebus neceſſariis laboret iacet obtemperans: nec animo contemplari uolēti aduerſatur: ergo ualet æneas: ideſt uir ſapiens occupare ingreſſum ad contemplationem. ¶ Vagitus: uagire infantiū: eſt quoniam pueri ſimul taq; parti ſunt eam primum uocem edūt: quæ prima ſyllaba in dictiōe eſt: Vnde & Vaticanus deus is eſt: penes quem uocis humanæ initia ſunt a quo ager uaticanus eſt dictus ut ait Varro quāuis alii hūc deum a uaticiniis nominatum uelit: & agrū uaticanū q͂ a uaticiniis quæ ui atq; inſtinctu eius dei in eo agro fieri ſolita eſſent. ¶ Flentes: Flere eſt tantum lachrymis: Gemere pectore cū præ anguſtia in ſonū prorumpimus: ideo & iumenta ſub nimio pondere gemunt: & inanimata ea ratione gemere dicuntur: ut Gemuit ſub pondere cymba. Plorare eſt uoce flebili dolorē oſtendere: unde eſt implorare. Plangere eſt ꝑcuſſione mēbrorū dolorem oſtendere: & pro percutere capitur. Eiulare eſt acutiori & magis ſublata uoce flere: quod ē mulierum: & pene idem quod ululare: quis hoc luporū canūq; ſit. Nā uociferāt qui nō modo dolorē ſed indignationem uoce effrenata demōſtrāt: qđ & uehemēter clamare aliquando ſignificat. Lamētare eſt uoce q͂rula & triſti oratione calamitatē teſtari: infantia autē ſecundū doctores philoſophos. vii. anno finit͛: quæ eſt prima ætas. Seūda uero pueritia nūcupatur: uſq; ad pubertatē ſecūdo ſeptēnario. i. xiiii. anno finit͛. Tertia. i. adoleſcētia da. xxi. annū extēdit͛. Deīde ſeptēnario geminato ad. xxxv. annū ꝓducit͛ iuuentus: q͂ ætate ꝑfecta uxorē ducere Ariſt. iubet Rurſus ſemptēnario geminato uſq; ad. xlix. uel. l. annū eſt ætas uirilis: matura ac perfecta. Senectus demum triplicato ſeptennario conſtituitur: ait enim Ariſto. in libro de rep. qui ebdomadibus diuidunt ætates plurimum bene dicūt. Sequēda enim eſt naturæ dictio. ¶ Ab ubere raptos: pathos a breuitate uitæ & ab ætate. ¶ Acerbo: ab eo quod eſt acer. Nam quæ acerba ſunt acriorem habent ſaporem. ¶ Damnati falſo. i. iure poſt infantilem innocentiam ponuntur qui innocentes mortem ſubiere. ¶ Sorte: uide Seruium. Sed & Quintilia. ait Quod in foro uel atrocitate formularum uel modo petitionum uel nouiſſime ſorte iudicat͛. ¶ Minos: ſcripſerunt multi plurimos deos in creta fuiſſe: ac deinde multis ætatibus poſt deos heroas eandem inſulam habuiſſe: quorum clariore teſte Hero. Minos & Rhadamantus fuere Europes & Iouis Filii. Minoaq; maiorem natu regnum accepiſſe: ac plures urbes cōdidiſſe. Sed ex iis tres nobiliores Gnoſum quod aſiam ſpectat. Pheſtum uero ad meridiem poſitum: & cidon ad occaſum uergens. Dedit leges cretenſibus: quas a patre accepit: qui in ſpelunca ſibi congrediens eas dabat: ac Bello nauali multas inſulas cœpit: primus græcorum mari imperauit. Magnoq; in honore propter iuſtitiam & fortitudinem fuit. Claſſe primus teſte Plinio pugnauit. Ephorus autem ſcribit Minoa cuiuſdam antiquiſſimi Rhadamantis immitatorem extitiſſe uiri iuſtitia & æquitate celeberrimi: qua appellatione Minois frater fuit. Hunc igitur ſectatus Minos per nouem annos Iouis antrum conſcendebat: ac poſtea inde deſcendēs leges quæ mandata Iouis dicebat hominibus ferebat. Vnde poeta dixit hic quondam Minos nonum regnauerat annum: Excelſa mandata Iouis captans ait Strabo.

Vagire

Vaticanus

Aetates hominis

Minos

Proxima deinde tenẽt mœſti loca: qui ſibi letũ
Inſontes pepere manu: lucemq; peroſi
Proiecere animas: q̃ uellẽt Aethere in alto
Nũc & pauperiem: & duros perferre labores:
Fata obſtant: triſtiq; palus innabilis unda
Alligat: & nouies Styx interfuſa coercet.
Nec procul hinc partẽ fuſi mõſtrant̃ in omnẽ
Lugentes Campi. ſic illos nomine dicunt.
Hic quos durus amor crudeli tabe peredit:
Secreti celãt calles: & myrtea circum
Silua tegit: curæ nõ ipſa in morte relinquunt.
Hiis Phædrã: ꝓcriq; locis: mœſtãq; eriphylẽ
Crudelis nati monſtrantẽ uulnera cernit.
Euadnenq;: & Paſiphaen: his Laodomia
It comes: & iuuẽis quõdã nũc fœmĩa Cæneus:
Rurſus & in ueterẽ fato reuoluta figuram.

¶SER. Mœſti loca: iđ mœſti qa ut ſupra diximus ſecũdũ Plat. grauiter puniunt̃ eoꝝ aĩæ q ſibi ĩferũt mortẽ. ¶ Lucemq; peroſi: figurate dixit. Nã peroſus illius dicimus. ¶ Proiecere aĩas: q̃ſi rẽ uilẽ. ¶ Et duros ꝑferre labores: Ho. n. Achillis ũbrã ĩtroducit loquẽtẽ & dicẽtẽ libẽtiꝰ ſe apđ ſupos cũcta aduerſa tolerãr: q̃ apđ ĩferos ĩparã.

βουλοί μην Δεπαρουρος ἐων θητευεμεν ἀλλῳ ανδρι παρ ακληρῳ ωμη βιοτος πολυς ειη
ηπασι νεκυεσσι καταφθιμενοισιν ανασσειν

Quod ãt ait Aethere ĩ alto: poetice dictũ ẽ. Aether. n. ſuperior ẽ: ſed nr̃m hitaculũ ætherẽ uocauit ĩferorũ cõparatiõe. ¶ Fata obſtãt: iura naturæ. ¶ Triſtiq;: triſti unda. ¶ Palus ĩamabilis: ne ſi triſtis dicãus: duo ſint epitheta. ¶ Nouies ſtyx ĩterfuſa: q alıꝰ đ mũdi rõne q̃ſierũt dicũt ĩtra mũdi hos nouẽ circulos ĩcluſas eẽ uirtutes in q̃bus & iracũdiæ ſunt & cupiditates: de q̃bus triſtitia naſcit̃. i. ſtyx: unde dicit. nouẽ eẽ circulos ſtygis: q̃ ĩferos cĩgit. i. ut ſupra dixĩus terrã: nã dicũt alias eẽ purgatiores extra hos mundi circulos ꝑtẽtes. ¶ Partẽ fuſi mõſtrant̃ ĩ omnẽ: plures uult oñdere eos in q̃bus libido domĩat̃. ¶ Lugẽtes cã. q̃ſi lucis egẽtes: qđ ẽt amoribus cõgruit. ¶ Durus amor: ĩmittis: ĩexorabilis. ¶ Tabe peredit: corpore defluẽte paulatĩ. ¶ Secreti celãt calles: amãtibus cõgruit. ¶ Myrtea ſilua: q̃ ẽ Veneri cõſecrata. ¶ Curæ nõ ĩpa ĩ morte: hoc ẽ ẽt illic amãt: & habẽt pactorũ imaginẽ criminũ: ſicut ẽt de piis dicturꝰ ẽ: ut Quæ gr̃a curuũ: Armorũq; fuit uiuis q̃ cura nitẽtes Paſcere equos eadẽ ſeq̃t̃ tellure repoſtas. Sãe ſciẽdũ (ut ſupra diximus) loq eũ de amore generali: ſicut ẽt Plato ĩ ſympoſio tractat. Nil. n. ĩter ẽ qđ qs amet: dũmõ amore teneat̃. Notãdũ ẽt ẽ: nã rarũ ẽ: qa cũ maſculino genere ſupra uſꝰ fuerit: ut Hic quos durus amor nũc tãtũ fœminarũ põit exẽpla: nõ qđ deſint uiri: ſed elegit ſexũ ĩpatientẽ ad amãdũ: tñ paulopoſt ẽt Sichei facturꝰ ẽ cõmemorationẽ. ¶ His phædrã: hoc ex Ho.

φαιδρην τε προκριν τε ιδον καλην ταριαδνην.

hæc fuit filia Minois & Paſiphaes uxor Theſei: q̃ priuignũ hippolytũ amor̃ capta đ ſtupro ĩterpellauit: & đſpecta apud maritũ eũ falſi criminis đtulit: q iratꝰ ĩuocauit Aegeũ patrẽ: ut Hippolyto currũ agitãti ĩmitteret phocã: quo facto: & Hippolyto ĩterẽpto: Phædra amoris ĩpatiẽtia laq̃o uitã finiuit. ¶ Procrinq;: hæc uxor Cephali fuit filii æoli: q cũ uenãdi ſtudio teneret̃: labore feſſus locũ quẽdã adire cõſueuerat: & illic ad ſe recreandũ aurã uocare: qđ cũ ſæpe faceret amorẽ ĩ ſe mouit Auroræ: q̃ ei canẽ uelociſſimã Lælapa noĩe donauit: & duo haſtilia ĩeuitabilia: eumq; ĩ amplexus rogauit. Ille ait iuſiurandũ ſe hr̃e cũ cõiuge mutuæ caſtitatis: quo audito Aurora reſpõdit: ut ꝓbes igit̃ cõiugis caſtitatẽ muta re in mercatorẽ quo facto ille iuit ad Procrin: & oblatis muneribus ĩpetratoq; coitu: cõfeſſus ẽ ſe eẽ maritũ: qđ illa dolẽs cũ audiſſet a ruſtico amare eũ Aurorã q̃ ĩuocare cõſueuerat: ad ſiluas ꝑfecta ẽ: & ĩ frutetis latuit ad dep̃hẽdẽdũ maritũ: q cũ more ſolito Aurorã uocaret: Procris egredi cupiẽs fruteta cõmouit: ſperãs Cephalus ferã: haſtã ĩeuitabilẽ iecit: & ignarus ĩteremit uxorẽ. ¶ Mœſtãq; eriphylẽ: Hæc Amphiarai auguris argiui uxor fuit: q̃ latẽtẽ bello thebano maritũ Polynici ꝓdidit: monili accepto qđ ante uxori dederat: q ductus ad p̃liũ hiatu terræ periit: cuius filius Alcmæõ poſtea matrẽ necauit: & ẽ ut Oreſtes furor̃ correptus. Vituperat̃ ſane Virgi. q mœſtã dixerit q̃ ϛυγερην legit. i. nocẽtẽ apud. n. Home. ẽ ιστον ϛυγερην τεριφυλην ĩmo uero odio dignã & ĩuiſã nã ϛυγω eſt odio habeo: & ĩ uiſus ſum: licet mœſta ẽ a ſtyge. ¶ Euadnẽq;: uxor Capanei fuit: q̃ ſe ĩ ardẽtẽ mariti rogũ p̃cipitauit. ¶ Et paſiphaen: hæc ãt (ut ſupra diximus) tauri amore flagrauit. ¶ Laodomia: uxor Proteſilai fuit: q̃ cũ maritũ ĩ bello troiano piſſe cognouiſſet: optauit ut eius umbrã uideret: q̃ re cõceſſa nõ deſcerẽs eã ĩ eiꝰ amplexibus periit. ¶ Nũc fœmina cæneus: Cæneus uirgo fuit: q a Neptuno ꝓ ſtupri p̃cio meruit ſexus mutationẽ: fuit ẽt ĩuulnerabilis: q pugnãdo ꝓ Lapithis: a cẽtauris crebris ictibꝰ fuſtiũ paulatĩ fixus ĩ terra ẽ: poſt mortẽ tñ ĩ ſexũ rediit: hoc autem dictum oſtendit platonicum illud animas per μετεμψυχωσιν ſexum plerunq; mutare.

¶DONA. Inſontes: dr̃ cã facti. Nihil. n. fit niſi quod faciendi habet neceſſitatem. ¶ Fuſi in omnem partem: quocũq; oculos tendere poterant. ¶ Secretos: aut in abdito conſtitutos aut ſeparatos. ¶ Curæ non ipſa in morte relinquunt: tanta fuit uis amoris: ut poſt mortem ab iiſdem curis non deſcererentur.

¶CHRI. Mœſti: quoniã cõtra ĩpiũ deoꝝ fecerũt. Erat. n. ĩ arcãis ãtiquoꝝ ñ licere cuiq̃ ſe ĩpm ĩterimer̃: cuiꝰ rei hãc rationẽ Socrates apud Pla. refert: hoĩes ĩ q̃dã cuſtodia eẽ: nec oporter̃ queq̃ ſeipſũ diſſoluer̃: neq; fugere: dicitq; deos nr̃i curã hr̃e: nos uero hoĩes in rebus eẽ deorũ. Ergo queãdmodũ ſi qs ex nr̃is ſeruis ſe occideret cũ hoc nõ mãdaremꝰ grauiter ferremus: atq; ſi poſſemus pũiremus: ita & deꝰ facit ſi qs hãc cuſtodiã effugiat pꝰ q̃ ſibi deus aliq̃ neceſſitatẽ ĩpoſuerit: ut tũc Socrati fecit. ¶ Nouies: qa octo cœloꝝ ſphæris: & corpore ĩcluſa ẽ aĩa ĩ ĩferis eẽ dr̃. Alii dũt nouẽ circuitiões ſtygis nouẽ eẽ cõplexiões ex q̃litatibꝰ q̃tuor humoꝝ: q̃bus aĩa a diuinitate ſeq̃ſtrat̃: q̃rũ q̃tuor ſſ ſimplices. Nã bili calor ſanguini hũor: pituitæ frigiditas atræ bili ſiccitas. Quatuor cõiũctæ. Nã ſiccitas mixta frigori terreſtrẽ corporaturã facit calori igneã. Hũiditas cũ frigor̃ aq̃ticã cũ calor̃ aereã facit. Nonã uolũt æq̃lẽ ĩ q̃ qa ſecũdũ iuſtitiã oẽs operent̃ q̃litas nulla ſuperet. ¶ Lugentes: nam lactus maxime amãtũ eſt. Vnde in Buc. Nec lachrymis crudelis amor nec gramine ripæ. Nec cithiſo ſaturant̃ apes: nec frõde ca

pellæ.¶ Euadnem:hæc martis ex thebe Aſopi fluminis uxore filia fuit:& Capaneo cõiūcta illi Stelenũ genuit. Tãto ãt amore in uiꝝ affecta eſt:ut in eũdẽ rogũ ſe pcipitans arſerit.¶ Paſiphaen:Solis filia fuit:& Minois regis uxor occupatq; marito in bello athenienſi tauri amore affecta eſt.Veneri quoniã ſol ſuũ cũ Marte adulteriũ oĩbus diis palã fecerat hoc pacto iniurias ſuas ulciſcente.Alii dicunt Minorẽ quandoq; dignã quam ſibi ſacrificaret hoſtiam a Ioue petentem taurum ab illo pulcherrimum accepiſſe:captũq; auaritia tauro ad armẽta amiſſo alium deteriorem ſacrificaſſe:ob idq; Iouem iratum effeciſſe:ut uxor tam nefario concubitu ſe inquinaret.

Paſiphaen

Inter quas Phœniſſa recens a uulnere Dido
Errabat ſilua in magna:quam troius Heros
Vt primũ iuxta ſtetit:agnouitq; per umbram
Obſcurã:qualem primo quis ſurgere menſe
Aut uidet:aut uidiſſe putat p nubila Lunam:
Demiſit lachrymas:dulciq; affatus amore eſt:
Infelix Dido uerus mihi nuncius ergo
Venerat extinctam:ferroq; extrema ſecutam.
Funeris heu tibi cauſa fui:per Sidera iuro:
Per ſuperos:& ſiqua fides tellure ſub ima eſt:
Inuitus regina tuo de littore ceſſi:
Sed me iuſſa deum:quæ nũc has ire p umbras
Per loca ſenta ſitu cogũt:noctemq; profundã:
Imperiis egere ſuis:nec credere quiui
Hunc tantum tibi me diſceſſu ferre dolorem:
Siſte gradũ:teq; aſpectu ne ſubtrahe noſtro:
Quẽ fugis?extremũ fato q te alloquor:hoc ẽ.
Talibus Aeneas ardentem:& torua tuentem
Lenibat dictis animum:lachrymaſq; ciebat.

¶SER. Errabat:uagabat:& bene alluſit: quia & amauerat:& ſe interemerat:ut q̃ſi incertũ eſſet quẽ circulũ poſſet tenere.¶ Obſcurã:recenti morte:ut diximus ſupra.¶ Infelix dido:ueniali utit ſtatu:& excuſat ſe per neceſſitatẽ:ne mortis cauſa fuiſſe uideatur.¶ Verus mihi nuncius:κατα το σιωπωμενον intelligẽdũ q ſit nunciatus Didõis interitus.Alii ad ignẽ referũt uiſum:Alii ad Mercuriũ qui ait Certa mori:ſed in neutro ei etiã genus mortis ẽ ſignificatũ:& hic dicit:Ferroq; extrema ſecutã.Sane q nũciat genere tãtũ dr maſculino:qd aũt nũciat:licet neutro dicat:tñ inuenit etiã maſculino.¶ Funeris heu tibi cã fui:ac ſi diceret q fuerã ante cauſa uoluptatis.¶ Siq̃ fides tellure ſub ima ẽ:ubi pmiſſa exitũ nõ habẽt. Reſpexit ãt ad Orpheũ:q receptã pdidit cõiugẽ.¶ Quæ nũc has ire p umbras:argumentat ex eo q eſt inferos ſubire cõpulſus:inuitũ ſe reliq̃ſſe Carthaginẽ.¶ Senta ſitu:ſpinoſa:ſquallidã:& eſt trãſlatio a terra inculta.Situs aũt pprie eſt lanugo q̃dã ex humore pcreata. Fit ãt in locis carẽtibus Sole.¶ Nec credere quiui argumẽtatiõnẽ tẽdit:ac ſi diceret ſi credidiſſem forte ẽt deorũ iuſſa cõtẽnerẽ.¶ Siſte gradũ:diſcedere eã dat intelligi.¶ Extremũ fato qd te alloquor hoc ẽ: aut qa deus futurus eſt:aut (qd melius eſt) qa poſt mortẽ tenebit alteꝝ circulũ uiris fortibus.ſ. non amantibus datũ. ¶ Torua:p torue.i.terribiliter.¶ Lenibat:p leniebat & antique dixit:ut Squãmis auroq; polibat:p poliebat.Maiores.n.ĩ oĩbus cõiugatiõibus ĩperatiuo bã addebãt:& faciebãt ĩperfectũ ĩdicatiui:qd ĩ tribus adhuc obſeruat:in q̃rta ẽt e addit:ut nutri nutriebat.¶ Lachrymaſq; ciebat:ſibi aut certe illud dicit.Sermo qdẽ eius lachrymas exciebat:ſed illa ĩmobilis mãſit.Nã ciere eſt pprie alteri fletũ mouere.Tractũ ãt ẽ hoc de Home.q ĩducit Aiacis umbrã Vlyxis colloqa fugiẽtẽ:q ei fuerat cã mortis:Quẽ Vlyſſes his uerbis ĩuitat. αιαν παιτελαμωνος αμυμονος ουκαρε μελλες ουδε θανων λησεσθαι εμοι χολον εινεκα τευχεων μουλομενων;

¶DONA. Vmbrã obſcurã:cũ dicit umbrã obſcurã:habuit aliqd luminis.Id.n.ẽ obſcuꝝ qd oſtẽdit aliquã lucẽ:ſed & maxĩas habet mixtas tenebras.¶ Demiſit lachrymas:nõ cogitauit flere:nã dolor uerus repentinos fletus nõ coactus excludit.¶ Infelix dido:perſonaꝝ & cauſaꝝ ratio habet.Dido fuit aſpera pp̃ter recentis facti cauſam:cuius q̃tus dolor fuerit:oſtẽdit exitus.Acerbitas ẽt uulneris & ſpectus auctoris dolorẽ duplicabat. Aeneas ãt ſe reũ agnoſcit:& interpoſita purgatiõe factũ fatet.¶ Infelix dido:oſtẽdit dolorẽ q mirabiliter ferat: & auget q ferro perierit.¶ Per ſydera:Firmamẽtũ põit purgatiõis qa apud illã fide carebat:& qa hoĩum teſtimoniũ adhiberi nõ poterat:adhibet deoꝝ:& ſi qua fides qa neſciebat qd genus iuſiurãdi apud inferos eſſet:poſuit generalẽ iurationẽ.¶ Inuitus:nõ te fugi ſed potioꝝ iuſſis ceſſi.¶ De tuo littore.q.d.mutaui locũ:ſed te aĩo retinui.¶ Nec cre.qui:Mẽdatio uerĩſimili tutat cãm.Ipſa prĩo ſilẽdo:& ſe auertẽdo & poſtrẽo fugiẽdo oſtẽdit irã.

¶CHRI. Recens a uulnere:De recẽti ad inferos pp uulnus miſſa.¶ Prĩo mẽſe:prĩa parte mẽſis:hoc ẽ in nouilunio:nã cũ mẽſis q ex curſu lunæ conficit a mene.i.a luna dicat ab eadẽ luna initiũ accipiet:ut tunc incipiat mẽſis:cũ ĩcipit noua luna.¶ Infelis dido:Oratio cauſis & pſonis accõmodata.Erat.n.dido reddita infenſa æneæ quoniã ſuo habitu mortẽ ſibi cõſciuerat. Tanta ãt acerbitas augebat conſpectu ipſius:Ergo erat ex re: ut ſtatu ueniali uteret:ex quo maximopere nobis miſericordiã cõparamus.¶ Infelix:qa nõ ſua ſed aliena culpa ſibi mortẽ conſciuerat.¶ Infelix:cũ tãtũ in eã ſæuierit amor:ut ad mortẽ cõpulerit.Ergo illã culpa abſolute:ſe ãt dãnat. Sed mox artificioſe rẽ uniuerſam in neceſſitatẽ reicit.Ergo oratio pathetica ſæpe concluſione erũpit.Sic Terẽ. Quid nã igit faciã?& Propertius:Ergo ſolicite tu cauſa pecunia uitæ es:Per te immaturũ mortis adimus iter. ¶ Funeris heu tibi:confitet peccaſſe:ut placet iratam:Veꝝ crimen in neceſſitatem refert:ut ſit conſtitutio iuridicialis aſſumptiua.¶ Per ſydera:affert iuſiurandum:cũ teſtes animi ſui apud inferos habere non poſſet.¶ Si q̃ fides:nã neſciebat quod iuſiurandum illic haberetur.¶ Sed me iuſſa:augmentũ ex tempore & cauſa ſumptũ. Dicit ergo coactus ſum:quia iuſſerunt dii quoꝝ imperio nefas repugnare eſt.Ex quo etiã adii loca hæc tenebroſa.Non igitur mirum eſt:ſi illis iubentibus a te mihi cariſſima diſceſſerim : cum eorundẽ imperio tantũ laborẽ inferorum petendorum ſubierim:Quæ tamen omnia & ſi iuſtã faciant cauſam nõ te reliquiſſem:nec diis obtemperaſſem:ſi tantum te inde dolorem ſuſcepturam putaſſem.Auerſa remota a conſpectu Aeneæ.

¶SER. Incepto ſer.a pricipio orationis.¶ Dura ſi.ſaxi eſt ſpēs.generalitas enim eſſe nō pōt ſequēte ſpecialita te.Nā cautē marpeſiā pariū lapidē dicit.Marpeſos enī mons eſt Pariæ inſulæ habens duriſſimos lapides.¶ Tan dē:q̄ſi diu deliberauerit.¶ Vmbrifeꝝ:frondoſū.¶ Priſtinus:prior:qđ difficile īuenit.Nam de hoc ſermone q̄ rit & Probus & alii.¶ Reſpondet curis:aut pari eā diligit affectiōe:qđ in Aenea non fuit:ut exꝑſſio rei ſupradi ctæ ſit.¶ Aequatq; ſicheus amorē:aut certe reſpōdet curis:par ē mortis ſimilitudīe.Ferro.n.uterq; cōſumptus eſt.¶ Proſequit lachrymis lōge:oculis eā ſequebatur humentibus.¶ Datū molit iter:peragit.Datū āt dixit:aut ratione fati aut oblatum fortuito:qđ τυχον dicūt.

Illa ſolo fixos oculos auerſa tenebat:
Nec magis incepto uultum ſermone mouetur:
Quam ſi dura Silex:aut ſtet Marpeſia cautes.
Tandem proripuit:ſeſe:atq; inimica refugit
In nemus umbriferum cōiux ubi priſtinus illi
Reſpondet curis:æquatq; Sicheus amorem.
Nec minus Aeneas caſu percullſus iniquo
Proſeqtur lachrymās lōge:& miſeratus euntē.
Inde datum molitur iter:iamq; arua tenebant
Vltima:quæ bello clari ſecreta frequentant.
Hic illi occurrit Tydeus:hic inclytus armis
Parthenopeus:& Adraſti pallentis imago.
Hic multum fleti ad ſuperos:belloq; caduci
Dardanidæ:quos ille oēs longo ordine cernēs
Ingēuit:glaucumq;:medōtaq;:Therſilochūq;:
Treis Antenoridas: Cereriq; ſacrū Polyboutē.
Idæumq; etiam currus:etiam arma tenentem.
Circunſtant animæ dextra:leuaq; frequentes.
Nec uidiſſe ſemel ſatis eſt iuuat uſq; morari:
Et cōferre gradum : & ueniendi diſcere cauſas.

¶ Arua tenebāt ultima:atq multa adhuc ſupſunt ſed dixit quantum ad ꝑtinet litterā.In his.n.quæ dixit mixta ſūt uirtutibus uitia.In his āt q̄ dicturus eſt no centū pœnas a pioꝝ ſegregat meritis.Nam inferi(ut diximus ſupra)humanā cōtinēt uitam: hoc eſt ani mā in corpore cōſtitutā.hæc aūt quæ dixit mixta eē manifeſtū eſt.Licet.n.in uiris fortibus laudet uirtus: eſt tamē uituperabile alienū imperiū cædib⁹ occupa re.Itē amare priuignū crimē eſt: uirtus maritū. Alii diſtictiōe mutata dicunt Tenebāt arua:quæ ultima. uiri fortes frequentant.i.q̄ poſſident ultima.¶ Hic: il lic.¶ Occurrit tydeus: Altheæ & Oenei filius: quē in bello Thebāo Menalippus extīxit.¶ Parthenopeus: Menalippæ:& Martis ſiue Melanionis fili⁹:rex Arca diæ:q thebana bella puer admodū petiit.¶ Adraſti pallētis imago:rex Sicyōis primo: poſt Argiuorum ſocer Tydei & polynicis ꝙ aūt ait pallētis aut epithe ton eſt umbræ:aut illud reſpexit:qa ī bello thebano cōſumptis ſex ducibus ſolus aufugit.fugæ aūt comes ſemper eſt pallor.¶ Hic multum fleti.i.nobiles: quo rū mortē magna ſequit lamentatio.¶ Ad:pro apud. ¶ Caduci:mortui a cadēdo.unde & cadauera dicunt & græce σωμα.¶ Longo ordine: ingenti multitudi ne:ut Pueri & pauidæ longo ordine matres:nō ad or dinē ſtantes.Sane ī minus ē.¶ In longo ordine:ingen ti multitudīe.¶ Tris antenoridas:multi ſupradictos accipiūt:quod falſū eē Home.docet:q eos cōmēorat.

αμα τωγε δύω αντηνορος υε
αρχελοχος τακαμας τεμαχης ευιδοτε πασης. Et alibi.
τη ναντηνοριδης ει χενρειων ελυκαων. ¶ Cereri ſacrū:ſacratū:nomē ꝓ participio.¶ Idæūq;:quē aurigam legimus Priami.¶ Etiam:adhuc:ut Quæ cura nitentes Paſcere equos.e.ſ.¶ Vſq;:diu.& eſt aduerbium.

¶DONA. Multum fleti:quia propter ſuas uirtutes magnum:relinquerant luctum.¶ Sacrum polybetem oſtendit numina ſuis in morte iuuare non poſſe.¶ Proceres:non tantum ordine ſed meritis.

¶CHRI. Fixos:ex quo illam in propoſito perſeuerare oſtenditur.¶ Stet marpeſia cautes:ita oſtinate hæ reat immobiliſq; maneat:ut ſaxa marpeſi montis:qui in paro eſt.¶ Secreta:a ſuperioribus.¶ Tydeus:filius Oe nei calidonis regis fuit:corpore fuit exiguo uiribus uero excellens:hinc Sta.Maior in exiguo regnabat corpore uirtus:Hic cum alcatum & licoteum patrueles interemiſſet Argos ad adraſtum exulauit:ab eoq; filiā Deiphy lem uxorem accepit:cum argiam aliā filiā polynici tradidiſſet.¶ Hic repetitio eſt:quæ locū honeſtat grauita tem addens Parthenopeus ſic dictus : quoniam faciem uirginalem haberet:Meleagri filius fuit ex atalanta Iaſii regis arcadiæ filia : quæ diu aſpernata maritum tandem uirtuti Meleagri ceſſit.Seruio tamen hunc Mela nipes & martis ſiue Melanyonis filiam fuiſſe ſcribit.¶ Adraſti:hic rex argiuorum fuit:ad quē & Polynices a fra tre eteocle regno cōtra fœdus excluſus cōfugit:ſeptemq; ducibus in auxiliū Polynicis generi bellū thebanum geſſit:reliquiſq; extinctis ſolus aufugit.Talaonis & Eurynomes filius fuit Cunq; argiā & deiphilē filias habe ret:per quietē uiſus eſt alteram leoni alteram apro uxorem dare.Cunq; Tydeus & polynices eodē tēpore ſorte quadam ad eius regiam appuliſſent:atq; de porticu ſub q̄ ībres euitarent cōtenderēt deſcedit ſenex:ut eos pla caret:& cum polynicem leonina pelle tectum inueniſſet ꝙ thebani herculis inſigne eſſet:tydeum uero aprino corico ornatū:ꝑpter aprū a patre interemptum eos ſibi generos aſciuit.¶ Pallentis:nā & Sta.de eo ſcribit: hic hoſti.implicitus pariter ruit hūc fuga retro uoluit agens ſocie linquētē fata cateruæ.¶ Treis: antenoridas: præ

Anteno ris filii

ter tres cōmemoratos.Hi enim antenoris nō fuerunt filii:cum Homerus duo ipſoꝝ fuerūt ī catalogo noīa ſic

αμα τωγε δυω αντηνορος υε αρχελοχος τακαμαστε. Et.i.m.li.ponit tertium ait enim.
την αντηνοριδησ ειχενρειων ελυκαων. Sunt ergo Archelocus: Acamas:& Elycaon filii antenoris. Cir cunſtant:tanq̄ ciuem optime de ſua patria meritum:& quem propter præclaras uirtutes & amarent: & cole rent:& eius uiuentis adhuc aduentum admirarentur.Danaum.p.oſtendit uirtutem troianorum cum pluri mi ex græcis proceribus ceciderint:& ſimul timidos fuiſſe Græcos:& dolo non uirtute uiciſſe. Ergo & poſt mortem in eodem fuiſſe timore.

At Danaū ꝓceres: Agamēnoniæq; Phalāges:
Vt uidere uirum: fulgētiaq; arma per umbras:
Ingenti trepidare metu: pars uertere terga
Ceu quondam petiere rates: pars tollere uocē
Exiguā: inceptus clamor frustratur Hianteis.
Atq; hic Priamiden laniatum corpore toto
Deiphobum uidit lacerum crudeliter ora:
Ora: manusq; ambas: populataq; tēpora raptis
Auribus: & truncas inhonesto uulnere nares.
Vix adeo agnouit pauitantē: & dira tegentem
Supplicia: & notis compellat uocibus ultro.
Deiphobe armipotēs gen⁹ alto a sāguie teucri
Quis tam crudeleis optauit sumere pœnas?
Cui tantum de te licuit? mihi fama suprema
Nocte tulit fessum uasta te cæde Pelasgum
Procubuisse super confusæ stragis aceruom.
Tūc egomet tumulū Rhœteo in littore inanē
Constitui: & magna Manes ter uoce uocaui.
Nomen: & arma locum seruāt: te amice nequi
Conspicere: & patria decedens ponere terra.
Atq; hic Priāides: nihil o tibi Amice relictū ē.
Omnia Deiphobo soluisti: & funeris umbris.
Sed me fata mea: & scelus exitiale Lacænæ
His mersēre malis: illa hæc monumēta reliqt.
Nanq; ut supremā falsa inter gaudia noctem
Egerimus: nosti: & nimiū meminisse necesse ē.
Cum fatalis Equos saltu super ardua uenit

¶SER. Trepidare: ꝓ trepidabāt. ¶ Ceu quōdā petiere rates: oñdit uitia nec morte finiri. ¶ Frustrat̄: decipit. ¶ Hiāteis: clamare cupiētes. Nec nos moueat ꝙ aliis umbris uerba dat: his silētiū. Timorē.n. exprimit: q uiuis quoq; adimit uocē: ut Obstupui: steterūtq; comæ: & uox faucibus hæsit. ¶ Deiphobū uidit: q Helenā duxerat mortuo Paride: ad cuius domū primū ire necesse erat: ubi fuerat cā bellorꝝ: ut Iā deiphobi dedit āpla ruinā Vulcano superāte domus. ¶ Lacerū: ꝓ laceratū.i. habentē ora lacerata. ¶ Populata: uastata.i. deformia sublatis auribus. ¶ Trūcas: trūcatas. ¶ Inhonesto: turpi. Terē. Illū ne obsecro inhonestū senē mulierē. isignis.n. deformitas & turpitudo ē i uultu trūcis narib⁹. ¶ Pauitātē: ne agnosceret̄ timētē. ¶ Tegētē: tegere uolētē. Nā trūcatis manibus qd tegebat? Tegere āt ē celare: ut cōtra nudare ē idicare: ut Traiectaq; pectora ferro Nudauit. ¶ Notis uocibus: amicabilib⁹. ¶ Optauit sumere: elegit ut sumeret. ¶ De te: ꝓ in te. ¶ Rhœteo i littore: ubi erat asylū Aiacis sicut i sigæo Achillis: & bene illic q̄si ubi tutus esse potuerā. Sane rhœteiū dr̄: & facit rhœteū: sicut etiā cythereia: & cytherea. ¶ Et arma: depicta.s. ¶ Seruāt: tenēt. ¶ Te: tuū corpus: ut Nunc me fluctus hēt. ¶ Oīa soluisti: qa ꝯstituto tumulo māes uocauit. ¶ Et funeris umbris: sepulturæ meæ umbris. Nā funus illic eē ñ potuit: ubi nec cadauer qdē fuerat. ¶ Fata mea & scelus lacænæ: Helenæ: scdm mathematicos q dicūt ēt inimicitias ex fato descēdere. Vnde ista cōiunxit fatū & scelus Helenæ: p q̄ illi mors cōtigit: lacænæ patriū est nomē a lacedæmone urbe cuius lacōes & lacænæ ciues utriusq; sexus sunt. ¶ Monumēta: mediū ē ab eo ꝙ mētē moneat. Vñ ē hic de malis: ecōtra in tertio: Manuū tibi q̄ monumēta mearum. ¶ Egerimus: ri metri necessitate corripuit. ¶ Meminisse necesse ē: Cicero.ē. Cui placet obliuiscit̄: cui dolet meminit. Ergo qa dolet necesse ē meminisse. ¶ Fatalis: mortifer: ut Fatiferūq; ensē. ¶ Sup ar.u.p. aut ꝙ in arce ē positus: aut qa deiectis muris supra tract⁹ ē.

¶DONA. Phalāges: ac si tota græcia ad iferos migrasse uideret̄. Ostēdit igit̄ quanti æneā hostes fecissent i bello: ostēdit ēt nō sine multa sua cæde uicisse græcos. ¶ Tegētē: nō qa posset māibus: sed qa toto se corpe subtraher̄ conabat̄: aut totū auertere. ¶ Quis: ñ tā iterrogātis hæc sūt q̄ admirātis & dolētis. ¶ Admirat̄: prio cogitare quēpiā potuisse tot aduersa supplicia i uiro tā forti: Deide ꝙ ausus eēt iplere: deide ꝙ totū corpus supplicio insectatus esset. ¶ Fessum: procubuisse super aceruū. Magna laude afficit: nō enim dixit occisum: sed procubuisse lassatū. Egomet.q.d. non aliis cōmisi. ¶ Inanē: quia iter hostes cōfossus iacens reperiri nō potuisti. ¶ Te amice nequiui: Feci qd potui: non quod uolui: quia te reperire non potui. ¶ Illa: propter odium nomen posuit: sic supra lacenæ dixit.

¶CHRI. Pars uertere ter. Vt cū uiuerēt: Et turpi formidie capti scādūt rursus equū & nota cōdunt̄ in aluo. ¶ Frustrat̄ hiātes: cā ꝙ uox deficit timētes ē fuga spirituū a reliquo corpe ad cor. ¶ Atq;.h.p. q̄tis i detrimētis fuerit: ex hoc itelligit̄: ꝙ affinis amic⁹ uix cognosceret̄. ¶ Deiphobe: optimū initiū ad mitigādū dolorē. ¶ Cupiebat.n. se occultare q timebat ne ob accepta uulnera ibellis uideret̄ i bello fuisse: remouet ergo huiuscemodi suspitionē: cū eū appellet: & armipotētē & cū ita admirabūde loquat̄. ¶ Quis.s. adeo potēs te fortissimū. Arguit deide a fama ꝙ relatū sibi fuerit nō nisi multi pri⁹ cæsis eū occubuisse. Inanē qa tuū cadauer tot hostib⁹ admixtū iuenire nō potui. ¶ Soluisti: qm̄ mortuis ea ꝑstare tenemur. ¶ Fata mea: prio rñdet ultimis ne acceptorꝝ bñficiorꝝ uideat̄ igrat⁹. Deide oñdit nec sua ignauia: neq; aliorꝝ culpa i eas calamitates icidisse sed suo malo fato: & scelere Helenæ: ē hæc oro absoluta. Pricipio.n. cōparat sibi beniuolētiā a ꝑsona æneæ: ꝙ officiū ꝑstiterit nō solū ut officiosus: sed ut amic⁹. Deide a sua: & ꝙ gratū se bñficiorꝝ ostēdat: & ꝙ nō sua culpa in eā miseriā iciderit. Hic.n. cōcitat̄ misericordia: q̄ nihil uehemēti⁹ ē ad beniuolētiā ꝯciliādā. Deide ita narrat: ut oñdat qūo hæc gesta sint q̄ æneas nosse ñ poterat eo tpe quo sunt gesta ea q ipē nouerat obtrūcat. Nouerat.n. nāq; ut supma & reliq. Nō nouerat āt hæc illa chorꝝ & q̄ sequunt̄. Nāq; ut: cū magno aī dolore hæc ꝓnūciāda sunt. ¶ Et.n.m. nā & si miseriarꝝ obliuisci cupiāus tñ qm̄ uehemēter ifixa memoriæ sūt pp illarꝝ magnitudinē necesse ē ēt si nolim⁹ ut recordemur. ¶ Cū fa.e. narratio hæc & breuis ē: qa neq; alti⁹ qcq̄ repetit: neq; lōgi⁹ q̄ oportet ꝑsequit̄. Neq; supuacaneū qcq̄ addit. Et dilucida qa & suo ordine narrat: & uerbis aptis & ꝑspicuis: Et uerisimilis: qa neq; a natura rerꝝ & ꝑsonarꝝ: neq; a cōsuetudie discedit. Et qm̄ accusatoris oro dispersa ē uariis accusationū seminib⁹.

Pergama:& armatū peditē grauis attulit aluo.
Illa chorum ſimulans euanteis Orgia circum
Ducebat Phrygias:flāmā media ipſa tenebat
Ingentem:& ſumma Danaos ex arce uocabat.
Tunc me confectum curis:ſomnoqꝫ grauatū
Infelix habuit Thalamus:preſſitqꝫ iacentem
Dulcis:& alta qes:placidæqꝫ ſimillima Morti.
Egregia interea coniux arma omnia tectis
Emouet:& fidum capiti ſubduxerat enſem.
Intra tecta uocat Menelaum:& limina pādit.
Scilicet id magnū ſperans fore munus amāti.
Et famam extingui ueterum ſic poſſe malorū.
Quid moror? irrūpūt thalāo:cōes additꝰ una
Hortator ſcelerum Aeolides:Dii talia Graiis
Inſtaurate:pio ſi pœnas ore repoſco.
Sed te qui uiuom caſus age fare uiciſſim
Attulerint:Pelagi ne uenis erroribus actus?
An monitu Diuom:an quæ te Fortūa fatigat:
Vt triſtes ſine ſole domos loca turbida adires?
Hac uice ſermonum roſeis Aurora quadrigis
Iam medium Aethereo curſu traiecerat axem.
Et fors omne datum traherent ꝑ talia tempus:
Sed cōes admōuit:breuiterqꝫ affata Sibylla ē.
Nox ruit Aenea:nos flendo ducimus horas.

¶SER. Grauis:grauidus:ut Grauis tētabunt pabula fœtas:Supra aūt dixerat:Fœta armis.¶Euātis:euātes phrygias:aliter nō ſtat uerſus.Euātes aūt bacchātes a Libero:q Euā dicitꝰ:chorū āt ait multitudinē in ſacris collectā: orgia.i.cātharos maxios plenos uino:tñ orgia bacchi ſacra dicunꝰ ἀπο τῆ ὀργῆς.i.ira & furore ꝑꝑ uinū: ſed tamē oīa ſacra dñr q̄ a latinis cerimoniæ.¶Circū ducebat:diuiſit in duos uerſus unā partē: ſed ideo eſt: qa eſt cōpoſitū.Lyrici uero etiā in cōpoſitā partē orationis in duos diuidunt uerſus.¶Cōfectū curis:plenū aut afflictū:atqui uacauerat gaudiis:ſed illud oſtendit qđ ait Sta.Stant ueteres ante ora metus.Nā curæ ferebanꝰ ꝑ ſuo impetu ex priſtino belloꝝ tumultu.Alii hāc ipſam curā uolunt:ꝙ habebat cōiugē ꝑnitioſam mariti:Vnde ſequitꝰ:Egregia interea coniux:ꝑ ironiam.¶Vocat menelaum & limina pādit:pandit & uocat: ut Subeunt luco:fluuiumqꝫ relinqunt.¶Id magnū ſperās fore munus amāti:putauit ſe uitia ꝓterita pſentibus poſſe celare:qđ etiā ſequens indicat uerſus: Et famā ueteꝝ extingui ſic poſſe malorum.¶Aeolides:Vlyxes:qa ubiqꝫ talis inducitꝰ.Nam Anticliæ filius eſt:q̄ ante Laerte nuptias clā cum Siſypho Aeoli filio concubuit:Vnde Vlyxes natus eſt. hoc ei etiā in Ouidio Aiax obiicit:Quid ſanguīe cretus Siſyphio. Alii Ilidē legunt:de quo non legimus.¶Viciſſim: qa ipſe narrabat.¶Pelagi ne uenis erroribus actus? non ad inferos:ſed ad locū in quo inferoꝝ deſcēſus eſt.i. ad auernū:ſi intra terrā ſunt inferi.Alii altius intelligūt:qui ſub terra eſſe inferos uolūt ſcđm chorographos:& geometras:q dicunt terrā σφαιροειδῆ eſſe: q̄ aqua & aere ſuſtentatꝰ:qđ ſi eſt ad antipodes pōt nauigatiōe ꝑueniri:qa quātū ad nos ſpectat inferi ſunt: ſicut nos illis.Hinc eſt ꝙ ſub terra inferos dicius eē: quanq̄ illud ſit:qa nouē cingitꝰ circulis. Tiberiāus ēt inducit epiſtolā uēto allatā ab antipodibus:q̄ hēt:Super iſeris ſalutē:q̄ occaſiōe tractat reciprocū hoc qđ dixius ſupra.Nā prudētiores ēt aīas ꝑ μετεμψυχωσιν dicūt ad alterius terræ partis corpora tranſitū facere .i.nō in eodē climate uerſari.Vnde ait Luc.Regit idē ſpiritus artus Orbe alio longæ canicies ſi cognita uitæ.Sciendū tamē homericū eſſe.Nā & illic Elpenor ſimiliter Vlyxē interrogat.¶Sine ſole domus:nō eſt cōtrariū:Solemqꝫ ſuū ſua ſydera norunt: illud.n. de cāpis elyſiis dicitꝰ.¶Hac uice ſermonū: hæc ſacra: ut diximus ſupra:ꝓter unius diei ſpatiū non tenebant. Vnde ueretꝰ Sibylla ne inanibus fabulis datū.i.ſtatutū:& legitimū tēpus terat.qđ āt dicit aurora mediū axē traiecerat.Illud oſtēdit ꝙ ſecundū Tuſcos diei ortus eſt a ſexta diei hora.Ortus.n.diei habet aurorā.Donatus tamē dicit Aurorā cū quadrigis poſitam Solē ſignificare. ¶Breuiterqꝫ:quod congruit moram obiurganti.¶Nox ruit:ſi per diem ſacra celebrantur nox ruit: ideſt imminet:ſi per noctem finitur.¶Flendo:proprie.Nam & lachrymæ & gemitus fuerant deplorantis deiphobi.

¶DONA. Infelix thalamus:uel qa in eo talem habui uxorē:uel qa ibi tot ſuppliciis ſum affectus.¶Coniux: ex nomine deteſtabilius ſcelus facit:quod uiolatum ſit coniugium quod ſacrum eſſe oportet.¶Coniux: Non dixit mea:ſed quæ multorum fuiſſet:neqꝫ ſe amaret.¶Dii talia graiis: Pulchra apoſtrophe : & multa continens.Oſtendit autem tanti ſceleris ſolos deos ultores eſſe poſſe.¶Age fare : quærit optime Deiphobus : ſed poeta optimo cōſilio abſcindit reſpoſionem:ne dicta iterū dicenda ſint.¶Sed comes:quæ illi ꝑpea iuncta fuit: ut oībus inſtrueret ignorantē.¶Breuiter ne lōgitudine ſermonis tēpus terreret:cū ipſa breuitatis admoneret.

Euātes ¶CHRI. Euātis:pro euātes.Dicunꝰ.n.euātes bacchātes qa bacchus Euā dicitꝰ.Fuit autē duplex occaſio:& ꝙ ſub ſpecie ſacrorū danaos euocare:& ꝙ dormiente marito ſine negocio intra domū admittere potuit.¶Tunc me:excuſat ſuā ſomnolentiā ne iners fuiſſe uideatur.¶Infelix : actiue poſuit: nam ex matrimonio hæc omnia ſibi mala euenerāt:Poteſt & abſolute proferri infelix thalamus . nam omnibus infelix fuit helenæ thalamus. ¶Egregia:grauiſſima ironia.¶Interea:Dū profunde dormiebam.Fuerat circunſpectus ꝙ arma reliquerat:ſed dolo uxoris illis expoliatus ē.¶Intra tecta uocat menelaum:Quomodo ergo ſe defendere potuit: ſi aſtutia & dolo mulieris & armis exutus & hoſtibus circunuētus eſt.¶Menelaū ad quem ultio in primis ꝑtinebat.¶Scilicet:demonſtrat:fuiſſe cauſam cur ei expediret deiphobum prodere:quæ eſt in partibus probabilis. Sperabat enim tanto beneficio & maritū ſibi reconciliare: in cuius māus omnino uētura erat:& infamiā ſui egregia diſceſſus purgare:nam ſi troianos non amaret:non uolens ſecuta uidebatur Paridem:ſed inuita abducta.¶Nox ruit Aenea nos flendo ducimus horas:Grauiſſima increpatio.q.d.Nos tempus ipſum quod non niſi in rebus ſeriis adhiberi conuenit in uanis futilibuſqꝫ:& nihil pro futuris.¶Partis:pro partes:ait Priſcianus.

SER. Findit in ambas:cōpēdioſius q̄ ſi duas diceret:poteramus.n.ēt tertiā ſperarī:ſic Salu.Inter ſcdm atq ultimū bellū carthagineſe:nō ait tertiū. Iter elyſiū.i.ad elyſiū:de quo dixius ſupra. Malorum:impiorum:ut Multa malus ſimulās uana ſpe luſit amantē. Impia tartara:ubi puniunt ipii. Ne ſæui:ne iraſcere.Terē.Nec ſæui tātopere:& antiq dictū ē.Nā ne ſæuias dicius:nec iperatiuū iūgimus aduerbio:nec āt & nō negātis. Explebo numerum:ut ſupra dixius:explebo eſt minuā.Nā ait Ennius:Nauibus explebāt ſeſe terraſq replebāt: quē Caper ſecutus cū de ppoſitiōe ex tractaret:hoc exēplū poſuit.Senſus ergo ē:Minuā ueſtrū numerum:& reddar tenebris

Hic locus ē:partes ubi ſe uia findit in ambas.
Dextera quæ Ditis magni ſub mœnia tendit:
Hac iter Elyſium nobis:at leua malorum
Exercet pœnas:& ad impia tartara mittit.
Deiphobus contra:ne ſæui magna Sacerdos.
Diſcedā:explebo numerū : reddarq tenebris.
I decus:i noſtrum:melioribus utere fatis.
Tantum effatus:& in uerbo ueſtigia torſit.
Reſpicit Aeneas ſubito:& ſub rupe ſiniſtra
Mœnia lata uidet triplici circundata muro:
Quæ rapidus flāmis ambit torrētibus amnis
Tartareus Phlegethō:torquetq ſonātia ſaxa.
Porta aduerſa igēs:ſolidoq adamāte colūnæ.
Vis ut nulla Virum:non ipſi excindere bello
Cælicolæ ualeant:ſtat ferrea Turris ad auras.

Nā circa Aeneā & Sibyllā aliqd lucis fuiſſe intelligimus:qppe circa uiuos.Vn paulopoſt Reſpicit æneas ſubito:Alii explebo male putāt cōplebo eſſe umbrarū.ſ.qbus exceſſerat numerum:Alii explebo numerum dicūt eſſe finitū tēpus ſtatutū purgationi: & in corpus recurrā:ut hoc ſit Reddarq tenebris.Nam legimus Clauſæ tenebris & carcere cæco:ut ſit ſenſus: Iraſceris mihi quaſi homo:nō ne & ego hō futurus ſum? Alii dicunt cur iraſceris in his locis q̄diu uitæ p uim ereptæ expleam tēpus:poſt tenebris.i.meis ſedibus reddar:ſed hæc omnia cōgrua loco non eſſe manifeſtū eſt.Non.n.intelligere poſſumus Sibylla aliud uolente.ſ.ut abſcederet ad alia Deiphobū reſpondiſſe. I decus:i noſtrū:aut i o decus noſtrū utere meliori bus fatis:inferorū ſcilicet cōparatione: qa ait ſupra: An q̄ te fortūa fatigat Vt triſtes ſine ſole domos.Aut certe i decus:& fatis utere noſtrū melioribus.i.q̄ aut ego aut tu habuerimus. Mœnia lata uidet: tartarū dicit.quem uult eſſe carcerē inferorum:quod aūt ait lata:nocentū exprimit multitudinē. Triplici circundata muro:ualde munitū indicat locū. Torquet: trahit:uoluit. Porta aduerſa:ingens:diſtinctiōe excludendū eſt uitiū de duobus epithetis. Solidoq adamante:lapis eſt duriſſimus:& tātæ ſoliditatis:ut nec ferro poſſit infringi:unde ἀδάμας.a.ſine δαμάζω domo:ideſt lapis idomit9. Vis ut nulla uirum:uirum nō ad ſexū rettulit:ſed ad uirtutē:hoc eſt uirorum fortiū:ut Cice.Virum res illa q̄rebat:cū de uiro forti diceret.Per hoc oſtēdit nullū de tartaro ad ſupos poſſe remeare:ne numinū qdē fauore. Stat:eminet. Auras:āt inferis congruas intelligamus.Statius de Mercurio ait libro ſecundo the.Vndiq pigræ ire uetant nubes: aut turbidus implicat aer:Pigræ enim auræ eius impediebant uolatum.De illo enim loco multi querunt: Quis tantus plangor ad auras:& Pollio dicit Aeneæ & Sibyllæ quas ſecum traxerant illi:cum conſtet eſſe illic auras.

DONA. In ambas:honeſta locutio in ambas potius quā in duas:intellige.n.q ambas uias dixerit:q̄ eſſent natæ ex una. Melioribus utere fatis:placauit ſybillā & æneæ fœlicia ominatus eſt. Mœnia lata uidet:locū deſcri. idoneū coercēdis reis.Primo tribici muro claudit:ne facile euadere poſſint. Portæ ita ſunt robuſtæ: ut neq diuina neq humana poſſint frangi.Poſtremo oīa fluuius claudit:qui & ſaxis & flāmis tranſitū prohibet.

CHRI. Ambas:cōpendioſe loquit ne in id incidat uitiū:cuius æneā dānabat:poſuerat aūt hactenus eos in qbus uitia ac uirtutes pmiſcue eſſe poſſent:nūc aliā dicit eſſe uiā:q̄ ducit ad bonos aliā q̄ ad malos. Dextra:nā oīa dextra bona quēadmodū oīa ſiniſtra mala.Ergo recte ad beatos deducit dextra uia.Qd ēt Samius pythagoras expſſit in littera.y.Cuius ipſe auctor extitit.Nā cū unica linea ad aliquod ſpaciū ferat indicat eā uitæ pte: quæ nec uirtuti nec uitio propter tenerā etatē emācipat.Cū uero puentū eſt ad biuiū:& alter ramus in dextrā ſurgit:alter in ſiniſtrā flectit:tūc bonos a malis diuidit:ut oſtēdat q̄ uia pgant ſoli bōi:& q̄ rurſus ſoli mali.Vnde Perſius:deducit trepidas ramoſa incōpita mentes. Explebo:recte.Serui.uel audiamus Macrobiū:q ait animā corpori quadā certa numerorum ratiōe ſociari:q cū defecerint:illa arcana uis ſoluit: q̄ ſocietas uitæ cōſtabat: quo in loco adducit auctoritatē huius carminis. Muro:ambitus murorum:Oſtēdit ambitū cōtractus in uitiis a qbus ita cōplexi ſumus:ut inde abire nō liceat. Triplici:qa mēte:uerbis & actione peccat uel notat q initiū peccati a mala mēte eſt a q̄ ſecūdo loco ſurgūt actiones:ex qbus frequētatis tertio in loco cōtrahit habitus.Huiuſcemodi in peccatis progreſſum ita explicat ſacrorum carminū poeta.Beatus uir q non abiit in cōſilio impiorum .i.q non uertit animū ad deprauatas cogitationes.Et in uia peccatorum non ſtetit.i.non frequentauit actiones ſecundū malas cogitationes.Et in cathedra peſtilentiæ nō ſedit.i.non obduxit in illis habitū. Porta ingēs:nā late patet uia quæ ducit ad uitia. Solido:duro.Nihil.n.eſt adamante durius.Vel ſolido:quia colūnæ non ſunt tabulis adamantinis incruſtatæ:ſed ſunt totæ ex adamante:adamas aūt Græce dictus:quia nulla ui domet ab α priuatiua & δαμάω domo.Nam neq ferro neq igni uincit.Nā in incudibus poſitus ita ictus reſpuit:ut ferrum utrinq diſſultet.Ignium autem adeo uictrix eſt eius durities:ut igni impoſita nunq̄ incaleſcat.Verum ut appareat cōcordia diſcordiaq rerū naturæ:quā ſympathiā antipathiāq græci uocant.Hæc uis ferri igniſq conteptrix ſanguine hircino frangitur:ac nō aliter q̄q̄ recenti calidoq macerata.Diſſidet cum magnete lapide intantū:ut iuxta poſitus ferrū non ſinat trahi.Venena facit irrita.Timores pellit ponit autē locū & ædificiis:& materia q̄ ſunt ædificia & ſitu & cuſtodibus inexpugnabilē quia ex habitu uitiorum impoſſibile pene eſt ad uirtutē gradū reuocare:nec tamē excuſat:qa in eo eſt.Nā quis nō uideat uoluntario peccare:qa ab habitu cogitat:

tamē qa actus ex qbus ipſe cognoſcebat ſe in habitū labi uolūtarii:& in ſua poteſtate erāt uolūtariū dr̄ peccatū. Quapp queadmodū q lapidē contorturus erat poterat nō torquere quāuis deinde cupiat cū iecerit reuocare tamē dr̄ uoluntario ferire:qa principiū cōtorquēdi in eius arbitrio fuerat. Sic & ille q habitu iā cōtracto peccat iure dicit̄ uoluntario peccare:quoniā uiderat ex actis a qbus abſtinere facile poterat ſe uētuꝝ in illā neceſſitatē.

Tiſiphoneq; ſedens palla ſuccincta cruenta
Veſtibulum inſomnis ſeruat noctesq; dieſq;.
Hinc exaudiri gemitus:& ſæua ſonare
Verbera:tum ſtridor ferri:tractæq; catenæ.
Cōſtitit Aeneas:ſtrepitumq; exterritus hauſit.
Quæ ſcelerum facies o Virgo effare: qbus ue
Vrgentur pœnis: quis tātus plāgor ad auras:
Tū Vates ſic orſa loq:dux inclyte Teucrum:
Nulli fas caſto ſceleratum inſiſtere limen.
Sed me cum lucis Hecate præfecit auernis:
Ipſa Deum pœnas docuit:perq; omnia duxit.
Gnoſi⁹ hæc Rhadamāth⁹ hēt duriſſia regna.
Caſtigatq;:auditq; dolos:ſubigitq; fateri:
Quæ quis apud Superos furto lætatus inani
Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.
Continuo ſontes ultrix accincta flagello
Tiſiphone quatit inſultans:toruoſq; ſiniſtra
Intentās angues uocat agmina ſæua ſororum.
Tum demū horriſono ſtridētes cardine ſacræ
Panduntur Portæ.cernis cuſtodia qualis

¶SER. Hinc exaudiri : exaudiebant. ⁋Tractæq; catenæ:& genitiuus ſingularis poteſt eſſe:& nominatiuus pluralis. ⁋Strepitumq; exterritus hauſit : hauſit & exterritus eſt : hypallage : ergo eſt. ⁋Scelerum facies:ſpecies:ut ſupra Viſa maris facies. ⁋Nulli fas caſto:pio:& hæc reſponſio oſtendit Aeneam quidem uoluiſſe ingredi:ſed quaſi pium prohibitum. ⁋Inſiſtere limē:Inſiſto illā rē dicimus:nō illi rei:qđ qui dicūt decipiunt̄ ꝑpter inſto illi rei. ⁋Sed me:qa occurrebat. Vnde ipa cognouiſti: ⁋Pœnas deū docuit:aut quas dii nocentibus ſtatuerūt:aut titanū: quos legimus deo q̄ſi ex terra ꝓgenitos: Aut re uera dicit pœnas deoꝝ. Fertur nanq; ab Orpheo ꝙ dii peierantes per ſtygē paludem nouē milibus annoꝝ puniuntur in tartaro. Vnde ait Sta. Et ſtyx piuria diuū Arguit. ⁋Rhadamanthus:hic & Minos & Aeacus filii Iouis & Europæ fuerūt:q poſtea facti ſunt apud inferos iudices. ⁋Subigitq; fateri:cōpellit ad cōfeſſionē. ⁋Furto lætatus inani:latebra nō ualde ꝓ futura:quippe q fuerat publicāda poſt mortē. ⁋Diſtulit inſerā:in graue:ut Seꝝ bellū in anguſtiis futuꝝ. ⁋Piacula cōmiſſa:pp quæ expiatio adhibet̄. ⁋Accinta flagello : aut hoc dixit qđ uidemus:qa qui lōgo flagello utit̄:ut is poſt ictū i ſe reuoluat neceſſe ē: Aut accīcta ē īſtructa ad uerbera.ſ.i.nocētes flagello q̄tit ipa ꝑparata. ⁋Agmina ſæ.ſo.aut īpetus:aut de harpiys dixit:aut ſerpētū agmīa quos ꝓ comis habet. ⁋Tū demū hor.mittūt̄ iqt poſt uerbera ad æternū ſuppliciū:& ē ſecutus ordinē iuris ātiquū. Nā poſt habitā q̄ſtionē ad tullianū ad ultimū ſuppliciū mittebāt. Alii hoc a poeta dictū uolūt:ut illa loquēte itelligāus portā eſſe patefactā: Alii cōtinuāt narrationē. ⁋Sacræ:execrabiles. ⁋Cernis cuſto.q̄lis:cuſtodia ē q cuſtodit nō q cuſtodit̄. Vſurpatū āt ē ſicut hoſpita:ſicut neptis. Nā hic & hæc cuſtos facit. Hæc.n.q finiūt̄ i o ut fullo:i os ut nepos:i es ut hoſpes:fœmīnina ex ſe nō faciūt:q̄ āt iuenius uſurpata ſunt. Vñ & diſſimilia iueniūt̄. Nā cuſtos cuſtodia facit:& nepos neptis.

¶DONA. Dux inclyte:magna poetæ copia: quoties enim ſybillam loquentem inducit cum ænea : toties principia cum eius laude uariauit. ⁋Diſtulit:nā quāuis homines latuerunt ſcelerati non pœnas euaſerunt: ſed in aliud tēpus diſtulerunt. ⁋Cuſtodia qualis:non expreſſit quæ eſſent:ut qcquid tetrum horrendū ac deteſtabile eſſet contuens colligeret æſtimatio. Ergo ſuppreſſit ſpecialitatem: ne ſola putaretur quæ forte poſuiſſet.

¶CHRI. Cælicolæ:nā ēt ui illa rōnis q̄ in nobis cæleſtis diuinaq; eſt uix habitū tollere pōt. ⁋Stat:erecta ē. ⁋Tiſiphone:recte ꝓ cōſcietia noſtra ponit̄. Nā illa ſemp cruciamur. ⁋Quæ ſceleꝝ facies:iure mirat̄ uir bonus. Vnde ſint aī tormēta:interrogauitq; ſybillā.i.ratiōnē:illa āt docet q diuino fauore didicerat. ⁋Nulli caſto:ipolluto a uitiis nō licet eē iter uitia:ergo illa rōne:nec uitia norit rō:nec q ſupplicia ſint uitiis:ſed intelligimus noſter is.n.eſt ſybilla:cū ab immortali deo pfectus ſit inferno.i.appetitui q pars inferior eſt:& in q̄ uitia uerſant̄ illa diuino adiutus fauore cognoſcere ualet. ⁋Gnoſius:cretenſis a gnoſo urbe:nā q̄uis multas urbes hēret creta: tres tñ oīum reliquarum teſte Stra.in eadē īſula excellentiſſime fuerūt. ⁋Gnoſos:Cortia:& Cydonia:Eſt gno-
Rhada máth⁹ ſos ī īſula a pte aqlonarie regiōe pelloponēſi:q ſequētibus tpibus romanoꝝ colonia facta eſt. ⁋Rhadamantus: uide Ser.Stra.tñ dicit auctore Ephoro Rhadamātū antiquiſſimū cratæ regē fuiſſe:& primū legibus cretēſes inſtituiſſe:cuius imitator Minos deinde extitit fratreq; habuit ex huius imitatiōe Rhadamātū appellatū Dio. tñ ſiculus ait Iouē e phœnicia in creatā Europā rapuiſſe:& ex ea Minoē Rhādamātū & Sarpedonē genuiſſe: ac deīde Europē Aſterio regi cretēſi uxorē dediſſe:q cū filiis careret:illos ī ſucceſſiōem regni adoptauit:& Minos regnū ſuſcepit:Rhadamātus leges cretēſibus tulit. ⁋Duriſſima:qa ibi iudices inexorabiles grauiſſima ſupplicia inferūt. ⁋Subigit:cogit. ⁋Flagello:ꝑprie flagra ſunt nirgæ ſubtiliores:in arboribus dictæ qa uētoꝝ flatu facile cōmoueant̄. ⁋His aptiſſime uerbera icutiunt̄:a flagro uero fit flagellū Iuue. Mittent̄ bracæ:frena:flagellū:
Cuſto/dia eſt āt ex more.Ro.tractū q prius uerberabāt:deinde capite mulctabant. ⁋Cuſtodia:cuſtodia etiam pro eo qui cuſtodit̄ ponitur:ut in iure ciuili. Si cuſtodia ſe interfecerit:uel pcipitauerit:militis culpæ aſcribitur & Sueto. de Domitiano:nec niſi ſecreto:& ſolus plæraſq; cuſtodias receptis in manu catenis audiebat. Hic aūt per cuſtode ponitur. ⁋Qualis:nihil autem diffiniuit:ſed ita locutus eſt:ut quicquid terribile & horrendū inueniri poſſit:cogitatio auditoris colligere queat. ⁋Vocat agmina: Sic Sta. ſtridor ibi & gemitus pœnarum atroq; tumultu Feruet ager ſæpe eumenidum uoceſq; manuſq; In medium ſonuere diem.

❡SER. Veſtibulo ſedeat: ſignificat Megæram: hoc autem dicit cernis hanc quā ſæua ſit: ſunt & intus aliæ. ☞ Atris immanis hiatibus: quæ ſeuior quam hydra fuit. Multi ipſam hydram fuiſſe dicunt: quod non procedit. Nam eam in aditu legimus inferorum: ut Ac bælua lernæ: quam alii tria uolunt habuiſſe capita: alii nouem: ut Simonides dicit quinquaginta. ☞ Tartarus: uel quia omnia illic turbata ſunt απο της ταραχης: aut quod eſt melius απο του ταρταριζειν: ideſt a tremore frigoris. Sole enim caret. ☞ Bis patet in præceps: ideo in præceps addidit: quia poteſt quid etiam ſurſum patere. Videtur autem hoc a prudentioribus ideo dictum: quia ſecundum rationem ſphæræ Sol cum in unam conceſſerint partem duæ quaſi tartarum faciunt: una a qua diſceſſit: & altera ad quam nunq̄ accedit: quod melius ſphæræ indicat ratio. Hoc autē dicit: Tartarus ipſe bis tantum in preceps patet: & tendit ſub umbras: quantus eſt ſuſpectus: ideſt altitudo ad olympum æthereum: & ſic Homerus de tartaro. ☞ Hic genus antiquom terræ: ideſt primum. Titanas enim contra Saturnum genuit: gigantes poſtea contra Iouem: & ferunt fabulæ Titanas ab irata contra deos Terra in eius ultionem creatos: unde & Titanes dicti ſunt απο της τισεως: ideſt ab ultione. De his autem Sol abſtinuiſſe narratur ab iniuria numinum: unde & cælum meruit. ☞ Aloidas geminos: Aloeus Iphimediam uxorem habuit: quæ compreſſa a Neptuno duos peperit Otum: & Ephialtem: qui digitis nouem per ſingulos menſes creſcebant. Freti itaq; altitudine cælum uoluere ſubuertere: ſed confixi ſunt Dianæ & Apollinis telis. Aloidas autem ſic dixit: ut de Hercule Amphytrioniades: & ſæpe diximus hoc de odyſſea Homerus. in. λ. ſcribitur.

την δε μετ ιφιμεδειαν αλωηος παρακοιτιν
εισιδον η δη φασκε ποσσειδαωνι μιγηναι
και ρε τεκε δυο παιδε μινυθαδιω δε γενεσθην
ωτον τ αντιθεον τηλεκλειτον τ εφιαλτην.

☞ Geminos: ſui ſimiles. ☞ Crudeleis pœnas: ſæuas: nimias. Nam non dicit indignas ferentem: qui ſacrilegus fuit. ☞ Salmonea: Salmoneus Aeoli filius fuit: nō regis uentorum: ſed cuiuſdam apud Elidem ubi regnauit: qui fabricato ponte æreo ſuper eum agitabat currus ad imitāda tonitrua: & in quem fuiſſet iaculatus facem: eum iubebat occidi: hic poſtea uerum expertus eſt fulmen. ☞ Mediæq; per elidis urbem: hinc eſt indignatio: q̄ in ea ciuitate Iouem imitabatur: in qua ſpecialiter Iuppiter colitur. ☞ Denſa inter nubila: oſtendit fulminis cauſam & originem. ☞ Fumea lumina: ideſt terrena. Nam æthereus ignis caret fumo: ſolo enim ſplendore uiget. ☞ Contorſit: proiecit cum impetu. ☞ Adegit: impegit.

Veſtibulo ſedeat: facies quæ limina ſeruet:
Quinquaginta atris immāis hiatibus Hydra
Sæuior intus habet ſedem. tum Tartarus ipſe
Bis patet in præceps tātū: tēditq; ſub umbras:
Quātus ad æthereū Cæli ſuſpectꝰ Olympū.
Hic genus antiquom Terræ: Titania pubes
Fulmine deiecti fundo uoluuntur in imo.
Hic & Aloidas geminos immania uidi
Corpora: qui manibus magnū reſcidere Cælū
Aggreſſi: ſuperiſq; Iouem detrudere regnis.
Vidi & crudeleis dantem Salmonea pœnas:
Dū flāmas Iouis: & ſonitus imitatur Olympi.
Quatuor hic īuectus eq̄s: & lāpada quaſſans
Per graium populos: mediæq; per Elidis urbē:
Ibat ouans: Diuomq; ſibi poſcebat honores
Demēs: qui Nimbos: & non imitabile Fulmen
Aere: & cornipedum curſu ſimularat Equoꝝ.
At pater omnipotens dēſa inter nubila telum
Contorſit: non ille faces: nec fumea tædis
Lumina: p̄cipitemq; immani turbine adegit.

❡DONA. Sedeat: ut oſtendat aſſiduitatem & continuationem facti. ☞ Bis patet in præceps: ut ſi cæli altitudo ſit centum: profunditas inferni ſit ducentū. Ne aloide: qui manibus cœlum tangerent: ex infimo īferno faſtigium poſſent tangere & inde abire.

❡CHRI. Hydra: de hac dictum eſt in ſuperioribus. ☞ Bis patet in præceps: Demonſtrat eſſe equales deſcenſum & aſcenſum: quia inter uitia & uirtutes eſt poſitus. Alii dicunt q̄d tanta eſt iſta immerſio quāta eſſe poteſt ſenſibilis affectus emerſio ſi rectum deſideraret: & tamen bis patet tartarus quia cum uirtutum ſit unica ratio: nam nunq̄ diſcedunt a mediocritate: ſed circa illam ſemper uerſantur uitiorum contra duplex eſt præcipitium: alterum quod in exceſſum: alterum quod in defectum prolabitur. ☞ Genus antiquum terræ: iure optimo tanq̄ maximum omnium uitiorum ſuperbiam in imo fundo collocat: nam omne uitium tanto magis diſtat a cælo q̄to ipſum maius eſt bene autem titanes & gigantes pro ſuperbia ponuntur. Quid enim ſuperbius q̄ naturæ repugnare: Neq; aliud eſt: ſi Cicero audiamus bellum more titanum & gigātum aduerſus deos gerere: q̄ naturæ repugnare: quare nihil alienius eſt ab humanitate. ☞ Voluuntur: quaſi dicat humi proſtrantur: quæ pœna conuenientiſſima eſt ſuperbis ut qui ſupra cæteros ſeſe extollere tentant ii infra cæteros iaceāt. Vnde illud Depoſuit potentes de ſede & exaltauit humiles. Eadem ratione & aloide & ſalmoneus pro ſuperbis ponuntur. ☞ Hic: repetitio eſt color rhetoricus. ☞ Elidis urbem: nam cum ſummum ſit ſcelus Iouem contemnere. quid dicemus de eo qui illum in ea contemnebat urbe in qua ipſe præerat: ut ſit ſimilis hæc quærela illi loco In regnis hoc auſa tuis geneologia autē eſt: quod ex deucalione natus ſit Aeolus: ex æolo Salmoneus: ex Salmoneo Tiro puella: Vlyxes apud Homerus: ait inter quas Tiro nobili patre genita: fortis enim ſalmonei filia erat hæc Cretheo Aeoli filio nupſit: Hæc Enypeum fluuiorū pulcherrimum adamauit. Igitur Tiro filia fuit Salmonei & alcides filiæ Elei ex Neptuno conuerſo in Enipeum Pelian & Neleum genuit: ex Cretheo uero Amithaonem Pheretum & Aeſonem patrem Iaſonis.

¶SER. Necnõ & tityõ: Tityus ſecũdũ aliquos filiꝰ Terræ fuit: ſecũdũ alios a Terra nutritus. Vnde elegit ſermonẽ quo utrũqꝫ ſignificaret. Nã alũnũ dixit. Hic amauit Latonã: ꝓp qđ Apollinis telis cõfixus ẽ. Dãnatus ẽ ãt hac lege apud inferos: ut eius iecur uultur exedat. Quãq̃ Homerus uiciſſim dicat duos uultures ſibi in eius pœnã ſuccedere: unde hæc dicit de tityo. καὶ τιτυον εἶδον γαιης ἐρινυδέος υιον κέι μενον εν δαπέδω: ο δ' επ' εννεα κέι τοπέλεθρα γυ πεδε μιν εκάτερθε παρημένω ηπαρ ἐνειρον δερτον εσω δυνοντες. Sane ĩ uſu ẽ uult̃: licet Cice. uulturis dixerit: & Plautus ĩ curculiõe: Iacit uulturios q̃tuor: qđ qdẽ põt eẽ ẽt deriuatiuũ. Ennĩ⁹: Vulturis in ſiluis miſerũ mãdebat homonẽ. Decliat̃ ãt hic Tityos huiꝰ Tityi: ut Delos deli. ⁋Per tota nouẽ cui iugera corpꝰ Porrigit̃: Quãtũ ad publicã faciẽ: magnitudinẽ oſtẽdit corporis: ſed illud ſignificat: qđ qa de amator̃ loquit̃: libidinẽ late patere: ut ait ſupra: Nec ꝓcul hic partẽ fuſi mõſtrant̃ in oẽm Lugẽtes cãpi. Sane de his oĩbus rebꝰ mire reddidit rõnẽ Luc. & cõfirmat ĩ nr̃a eẽ uita oĩa q̃ fingunt̃ de inferis. Dicit. n. Tityõ amorẽ eẽ: hoc ẽ libidinẽ: q̃ ſecũdũ phyſicos & medicos ĩ iecore ẽ: ut riſus ĩ ſplene: iracũdia ĩ felle. Vñ ẽt exeſũ a uulture dr̃ ĩ pœnã renaſci: etenĩ libidini nõ ſatiſſit re ſemel pacta: ſed recrudeſcit ſemꝑ: uñ ait Hora. Incõtinẽtis aut Tityi iecur. Iṗe ẽt Lucre. dicit ꝑ eos: ſuꝑ quos: caſurus imminet lapis: ſuꝑſtitioſos ſignificari: q inaniter ſemꝑ uerent̃: & de diis & cælo & locis ſuꝑioribus male opinant̃. Nã religioſi ſũt q ꝑ reuerẽtiã timet. Per eos ãt q ſaxũ uolũt: ambitũ uult & repulſã ſignificari: qa ſemel repulſi petitores ambire nõ deſinũt. Per rotã ãt oſtẽdit negociatores: qa ſemꝑ tẽpeſtatibus turbinibuſqꝫ uoluũt. ⁋Fœcũdaqꝫ pœnis: fœcũda ĩ pœnã. ⁋Rimat̃: paſcitur: ut Rimant̃ prata cayſtri. ⁋Fibris: fibræ ſũt eminẽtiæ iecoris. ⁋Quid memorẽ lapithas? Hi populi Theſſaliæ: qbus ĩperabat Ixiõ amiciſſimus (ut ſupra diximus) Ioui Phlegiæ filius: q poſt Nubis coitũ fictæ ĩ formã Iuno. cũ ſe de eiꝰ ſtupro iactaret: ab irato Ioue ad ĩferos truſus ẽ: & illic religatus ad rotã circumfuſam ſerpẽtibus. ⁋Pirithoumqꝫ: hic unus de Lapithis fuit: qui deſcendit cum Theſeo ad rapiendam Proſerpinam.

Necnõ & Tityon Terræ omniparẽtis alumnũ
Cernere erat: per tota nouẽ cui iugera corpus
Porrigitur: roſtroqꝫ immanis Vultur obunco
Immortale iecur tondens: fœcundaqꝫ pœnis
Viſcera: rimaturqꝫ epulis: habitatqꝫ ſub alto
Pectore: nec fibris requies datur ulla renatis.
Quid mẽorẽ Lapithas: Ixiona: Pirithoumqꝫ?

¶DONA. Tityon: Monoptoton declinatur: nã Tityonem diceret: ſi per caſus uariari potuiſſet. ⁋Quid memorem lapythas: genus eſt tranſitus per omiſſionẽ & ponitur: ne continuatio narrationis horreſcat.

¶CHRI. Necnõ & tityõ terræ oĩpa. alũ. De his fabulis hæc ẽ Macro. ſnĩa uulturẽ eẽ tormẽtũ cõſciẽtiæ obnoxia flagitio ĩteſtina rimãtis: & ipſa uitalia admonitiõis ſceleris lacerãtis: & ſemꝑ curas ſi reqeſcere cẽſet excitãtis: nec ulla ſibi miſeratiõe parcẽtis: Nã ſi iudice nemo nocẽs abſoluit̃. Illos ãt qbus epulæ añ ora paratæ ſũt: auaros eẽ ĩtelligit. Eſt. n. auaritiæ ſemꝑ q̃rere: ſed ab acqſitis abſtinere: Qui radiis rotarũ deſtricti pẽdẽt: ſũt q nihil ratiõe & cõſilio ꝓuidẽtes nihil uirtutibus explicãtes ſe fortunæ cõmittũt: cuiꝰ caſibus ſemꝑ rotant̃. ⁋Saxũ ingẽs uolũt: q inefficacibus laborioſiſqꝫ conatibus uitã terũt. ⁋Quos ſuꝑ atra ſilex: ii ſũt q nimias poteſtates & infauſtas tyrãnides ambiũt nũq̃ ſine timor̃ uicturi. Luc. ãt ꝓ tityo ĩtelligit eos q amoꝝ aut reliq̃rum turpitudinũ curis laniant̃. Vnde ait ſed tityus nobis ẽ ipſe ĩ amore iacẽtẽ: Quẽ uolucres lacerent atqꝫ ex ẽ anxius angor: aut alia quãuis ſcĩdũt turpitudĩe curæ. Vlyxes apud Home. de Tityo ſic ait. Inde tityõ almæ terræ ĩclitũ filiũ ꝑ nouẽ iugera humi porrectũ uidi Grypes utrinqꝫ eius epar exedũt: neqꝫ iṗe eos abigit. Latonæ. n. pulchræ uĩ ĩferre tẽtauit. ⁋Nouẽ iugera: ſic idẽ Lucre. Quid nõ ſola nouẽ diſperſis iugera mẽbris Obtineat. De iugere ãt diximꝰ ĩ geor. ⁋Vulturis: nidũ uulturis teſte Plinio nemo attigit. Nidificat. n. in excelſiſſimis ruppibus Fetus qdẽ ſæpe cernunt̃ fere bini: refert idẽ Plini. Vmbritiũ ĩ ſuo æuo aruſpicũ ꝑitiſſimũ tradere qđ uultures pariũt oua tredecĩ: & uno ex iis reliq̃ oua & nidũ luſtrãt mox illud abiiciũt. Triduo ãt ante: aut biduo eũ aduolãt ubi cadauera futura ſũt. ⁋Rimaturqꝫ epu. Rimari ꝓprie ẽ diligẽter ĩquirere: trãſlatio ab iis q ĩ rimis aliqd ĩueſtigãt: & dicimus rimari paſci ut ſũt aues & ſues q ĩ rimis eſcã quærũt. ⁋Habitatqꝫ ſub alto pectore: oſtẽdit firmã ibi auis eẽ ſedẽ tãquã nuſquã alibi paſcat̃. ⁋Nec fibris reqes dat̃ nulla renatis: Nã iecoris duo ſũt capita q̃s fibras appellãt. Hæc aruſpices ita diuidebãt: ut alterũ ſacrificãti: alterũ eius aduerſario aſſignarent. Erat aũt maximi momẽti ſiquid ĩ extis appareret. Vnde ſacrificãti apud Laurẽtũ ſylle ĩ capite uitulini iecoris ſimilitudo coronæ apparuit quod ſibi regnũ portendit. Eſt autẽ iecur amoris ſedes. Quare recte fingit̃ iecur in homine libidinoſo depaſci. ⁋Quid memorẽ laphytas: & laphytæ populi ſũt Theſſaliæ quorũ ſedes in otri mõte fuit. ⁋Ixiona: hic ex Phlegia Martis filio natus ẽ Iouis ſecretarius factus Iunonẽ de ſtupro cõpellauit: At Iuppiter ſimulachrũ Iunonis ex nube fabricatũ ſibi obiecit: In quã cũ ſemẽ emitteret cẽtauros genuit. ⁋Hæc fabella denotant̃ tyrãni: q ad alta cogitationẽ rapiũtur: Iunonemqꝫ ĩterpellãt deã regnorũ: quia regna nullo iuſto titulo inuadere audẽt. Ex nube gignũt cẽtauros: quia eorum mõſtruoſa optata in ſtabilia ſunt: Fuit autẽ ixion primus: qui apud græcos tyrãnidẽ occupare aggreſſus eſt: & cũ ab aliqua humanitate ĩceperũt inferitẽ poſtremo deueniũt: iure igit̃ Cẽtauri geniti ſunt: qui primas partes hominis poſtremas feræ habẽt. ⁋Pirithoumqꝫ: Pirithous filius fuit iſionis nõ ex nube: ſed ex coniuge: qui cum eſſet Theſeo amicitia iunctus: & Hippodamiæ nuptias celebraret & in ſacris Martem inhonoratum reliquiſſet: cẽtauri Marte inſtimulante rapere hippodamiam conati ſunt. Deĩde mortua Hippodamia relicto Polypote filio & cõiurarunt & ipſe. Theſeus nullã ducturos uxorẽ: niſi Iouis filiam: & cum Helenam rapuiſſent: quæ oĩum pulcherrima annum decimum tunc agebat: euẽit ſorte: ut ait Diodorus ſiculus: ut Theſeo illa cõtingeret: itaqꝫ ad inferos: ut caperent Proſerpinam deſcenderunt: ubi Pirothous a Cerbero interemptus: & Theſeus retentus eſt. Hyſtoria eſt hos moloſorum regi uxorem ſubripere tentaſſe: ſed canẽ regis pirythoũ: interemiſſe: Theſeũ uero captũ in uinculis fuiſſe retentum: donec ab Hercule liberatus fuit.

Vultur

Ixion

Pirithous

Quos ſuper atra ſilex iã iã lapſura cadenti
Imminet adſimilis:lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris:epulæq; ante ora paratæ
Regifico luxu:furiarum maxima iuxta
Accubat:& mãibus prohibet cõtingere mẽſas:
Exurgitq; facem attollens:atq; intonat ore.
Hic quibus inuiſi fratres:dũ uita manebat.
Pulſatus ue parẽs:& fraus innexa clienti.
Aut qui diuitiis ſoli incubuere repertis:
Nec partẽ poſuere ſuis : quæ maxiã turba eſt.
Quiq; ob adulteriũ cæſi:quiq; arma ſecuti

¶SER. Adſimilis:ad uacat:& a maioribus ad ornatũ adhibebaẽ:ita adinuenire pro ĩuenire legimus.Hora. Qua populus adſit a certis limitibus uicina refugit iurgia.¶ Lucẽt genialibus altis:aliud eſt.Tantalus rex.Corinthiorũ amicus numinibus fuit:q cũ frequẽter eos ſuſciperet:& quodã tẽpore defuiſſent epulæ:filiũ ſuũ Pelopem occidit:& diis epulãdũ appoſuit.Tũc abſtinentibus cunctis Ceres humerũ eius exedit:& cũ eũ dii per Mercuriũ reuocarẽ ad ſuperos uellent:eburneus ẽ ei humerus reſtitutus:ſicut ſupra:Humeroq; pelops ĩſignis ebur no.Ideo aũt ſola Ceres dr̃ comeſſe:qa ĩpa ẽ Terra:q̃ corpus ſoluit.Per Mercuriũ autẽ ob hoc fingiẽ eẽ reuocatus q ĩpe eſt deus prudẽtiæ: p q̃ philoſophi dephẽderũt παλινγένεσιαν:uel μετεμψυχωσιν. Tantalus aũt hac lege apud inferos diciẽ eẽ dãnatus:ut in Eridano ĩferorũ ſtans nec undis p̃ſentibus:nec uicinis eius pomariis pfruaẽ: quẽadmodũ & Ho.εν τω λ.deſcribit. καὶ μὴν ταν ταλον εισει δον κράτερ αλγε εχοντα εσχοτεν λι μνη η δε προσεπλαξε γενειω. ςευτο δε διψαων: πιεειν δουκ ειχεν ελεσθαι. Per hoc ãt auaritia ſignificaẽ: ut ẽt Hora. Tãtalus a labris ſitiẽs fugiẽtia captat Flumina:qd rides? mutato noĩe de te Fabula narraẽ.¶ Gẽialib9 : ueluti gẽialib9. Nã geniales pprie ſunt q ſternunẽ puellis nubẽtibus dicti a generãdis liberis.¶ Aurea fulcra:quibus fulcimur.i.ſuſtinemur.¶ Regifico luxu:regio ambitu. ¶ Furiaꝶ:maxĩa:ui̇̃ & famẽ p̃nũciat:ut hãc eẽ furiaꝶ maximã doceat:nã de harpiĩa famẽ p̃nũciãte dixit furiarũ.Ego maxĩa pãdo.¶ Et manibus: eorũ.ſ.nõ ſuis. ¶ Facẽ attollẽs:iniĩciens ignẽ auaritiæ:ut abſtineãt.¶ Quibus ĩuiſi fratres:Hæc qdẽ cõſtat eſſe dicta generaliter Poſſunt tamẽ & ad ſpeciẽ trahi:ut Aegyſtũ & Danaũ:Atreũ ſimiliter & Thyeſtẽ:Eteoclẽ & Polynicẽ ſignificare uideaẽ.Bene ãt dicẽdo ĩuiſi p id qd' leue ẽ:etiã maiora amplexus eſt.¶ Pulſatus ue parens: Itẽ qd' leuius ẽ dixit:parricidii cõparatiõe.Puſſumus ãt Oedipũ accipere Laii extĩctorẽ.¶ Aut fraus innexa clienti: Ex lege.xii.tabularũ uẽit:in qbus ſcriptũ eſt:Patronus ſi clienti fraudẽ fecerit ſacer eſto.Si.n.cliẽtes q̃ſi colẽtes ſunt:patroni q̃ſi patres:tantũdẽ ẽ cliẽtẽ:quãtũ filiũ fallere:& hoc poſſe fieri ex Horatii dictis ĩtelligimus:qui cũ loq̃reẽ de auaris potẽtibus:ait de uicino cliẽte:Pelliẽ paternos ĩ ſinu ferẽs deos.Vrbão tamẽ hoc diſplicet: & dicit rarũ eẽ hoc magiſq; cõtrariũ:cũ magis patronos decipiãt frequẽter cliẽtes.Vult aũt ĩtelligi p̃uaricatores:q patroni ſunt cliẽtũ: quos nũc ſuſceptos uocam9.¶ Nec partẽ poſuere ſuis:bñ addidit ſuis.i.cognatis affinib9.Hæc.n.fuerat apud maiores donãdi ratio:nõ pfuſa paſſim.Nã hoc ẽ uelle ĩaniter pdere.Vnde Ci.ait ĩ libris legũ:Stipẽ phibeo.Nã auget ſuperſtitionẽ:exhaurit domos.Dignis igiẽ largiẽdũ eſt:Vnde Hora.Cur eget ĩdignus q̃ſq̃ te diuite?.i.idign9 paupertate.¶ Ob adulteriũ cæſi:ſi occiſi Aegyſtũ ſignificat Thyeſtæ filiũ:ſi re uera cæſi Saluſtiũ:quẽ Milo dephẽſũ ſub ſerui haĩtu uerberauit ĩ adulterio ſuæ uxoris filiæ Syllæ.¶ Quiq; arma ſecuti Impia:nec ueriti dominorũ fallere dextras: Hoc loco uẽ blãdiri Auguſto:qa contra Cæſarẽ patrẽ eius multi qbus ignouit arma ſuſceperãt.Eſt nanq; eius dictũ:dare qdẽ ſe ueniã põpeianis:ſed ab ipſis q̃nq; eẽ periturũ:ut arma ĩpia ciuĩlia dixerit bella.Vel ea q̃ mouerũt põpeiani cõtra acceptæ ueniæ fidẽ:ſed nõ pcedit.Nã ſi arma ĩpia dixit bellũ ciuile:tãgit & Auguſtũ & Cæſarẽ:q & ipſi bella ciuilia tractarũt.Itẽ ſi culpat eos q cõtra fidẽ datæ ueniæ dimicauerũt:tãgit.Auguſtũ.Nã trãſierũt ad eũ ab Antonio duo milia eqtũ:p quos ẽ uictoriã cõſecut9 Horatius.Adhuc fremẽtes uerterũt bis mille equos Galli canẽtes Cæſarẽ.Fecit pterea iniuriam Auguſto uel Cæſari:ſi eos dominos dixit:qd' apud maiores inuidioſum fuerat:Vnde Tullius dominante ſylla.Nã patres patriæ dicebanẽ.Iuuenalis: Roma patrẽ patriæ Ciceronẽ libera dixit.Melius ergo ẽ:ut bellũ a Sex.Pompeio Põpeii filio in Siculo freto geſtũ accipiamus.Nã occiſo patre Siciliã tenuit:& collectis ĩde ſeruitiis uaſtauit ſex annis ultro citroq; Siciliã.Poſtea uictus eſt ab Auguſto:& Agrippa.Horatius:Minatus urbi uĩcula q̃ detraxerat ſeruis amicus pfidis : & hoc ſenſu tam arma impia q̃ dominorum congruit commemoratio.

¶CHRI. Quos ſuper atra ſilex:pœnã ſuperſtitioſorũ exprimi huiuſcemodi uolũt:q deorũ irã atq; pœnas ſibi ſemper ĩminere putant:nunquãq; anxietate carent:tanq̃ illa iã iam ſuper eos lapſura ſit.¶ Lucẽt genialibus altis:Notat auaritiam:in qua tanto furore afficiuntur:ut cum in dies magis magiſq; diuitias augeant.Nihil tamẽ inde in uſus etiã neceſſarios aſſumere audent.Huiuſcemodi homines per tãtalũ exprimunẽ. q cũ in aquis ad mentũ uſq; ſit:& ad os pœne deſcẽdant arborũ rami pulcherrimis optimiſq; pomis honuſti : tamẽ neq; cũ ſitiat bibere neq; cum exuriat eſſe aliquid ualet aquis pomiſq;:cum carpere cupiat recedẽtibus hoc Horatius exprimit.Tantalus a labris ſitiens fugientia captat flumina.Quid rides mutato nomine de te fabula narratur cõgeſtis undiq; ſaccis indormis inhians:& tanquã parcere ſacris cogeris:de Tantalo Vlyxes Homericus ait Vidi tantalũ grauiter in palude laborantẽ:Aquaq; uſq; ad mentũ erat quoties uero bibere uolebat uſq; ad ima uada diffugiebat.¶ Altæ:ſupra caput arbores piri punicæi mali:ficus dulces:quoties legere uolebat:ſæuus uẽtus per nubes auferebat:Petronius ẽt poeta dixit.Nec bibit inter aq̃s nec poma cadentia carpit Tantalus infœlix:quẽ ſua nota promũt.¶ Genialibus:notationẽ huius dictiõis expreſſimus in georgicis in uerſo illo inuitat genialis hyems.¶ Exurgitq; facẽ attollẽs atq; ĩtonat ore:Nã cũ hõ uoluptate fruẽdi partis trahatur : ut aliquid aſſumat ſubito cõtra ĩſurgit furor ille habẽdi & parcendi partis:qui uetet aſſumere.¶ Attollẽs facẽ.i.excitãs ĩ te ardẽtiſſimã cupiditatẽ habẽdi recte:ergo facẽ qa omnis uehementer cupiditas flagrans ardenſq; eſt.

¶SER. Pœnã expectãt:qđ grauius eſt.Nã ĩ expectatione & pſens metus ẽ & dolor futurus.In ipſa aũt pœna ſolus ẽ dolor.¶Forma uiros:regula.Singulis.ſ.ſceribus ſtatuta ſũt ſupplicia.Nã morẽ Romanũ ſequitur.¶Saxũ ingens uolunt alii:Siſyphum dicit:qui deorũ cõſilia hominibus publicauit qualis ab Homero deſcribitur.

και μην σισυφον εισειδον κρατερ αλγε εχοντα λααν βασταζοντα πελωριον αμφοτερησιν
ητοι ο μεν σκηριπτομενος χερσι ντε ποσιντε λααν ανω ωθεσκεν ποτι λοφον.

¶Radiiſq; rotarũ:Ixionẽ dicit:ut alibi oſtẽdit:Atq; Ixioni uento rota cõſtitit orbis:licet ſupra dixerit:Quos ſuper atra ſilex.Nã de his fabulis uariæ ſunt in ipſis opiniones auctoribus.¶Eternumq; ſedebit Infelix theſeus:Cõtra opĩonẽ:nã ferť ab Hercule eſſe liberatus: quo tẽpore eũ ita abſtraxit:ut illic corporis eius reliquerit partem.Frequenter.n.uariant fabulas poetæ: Hippolytũ ab inferis liberatũ Virgilius dicit: Horatius cõtra:Neq; enĩ diana:pudicum Liberat hippolytũ.¶Phlegyaſq; miſerrimus omnes Admonet:ſi nominatiuus ẽ ſingularis hoc dicit:Phlegyas oẽs admonet apud inferos pœnas ferentes.Si autẽ accuſatiuus pluralis eſt:Theſeum oẽs phlegyas admonẽtẽ debemus accipe.Hi nanq; ſecũdũ Euphorionẽ populi inſulani fuerunt ſatis in deos ĩpii & ſacrilegi.Vnde iratus Neptunus pcuſſit tridente eam partẽ inſulæ:quã phlegyæ tenebant.Phlegyas autẽ pater Ixionis habuit corõidẽ filiã:quam Apollo uitiauit.Vnde ſuſcepit Aeſculapiũ:quo pater dolẽs incendit Apollinis tẽplũ & eius ſagittis eſt ad ĩferos truſus.Statius:Phlegyam ſubter caua ſaxa iacẽtẽ Aeterno premit accubitu.¶Diſcite iuſtitiã:uel nũc in pœnis locati.¶Vendidit hic auro patriã:& hæc licet generaliter dicantur:habent tamen ſpecialitatẽ.Nã Laſthenes.Olynthũ Philippo uẽdidit:Curio Cæſari uigiti ſeptẽ milibus aureis Romã:de quo Luc.Gallorũ captus ſpoliis & cæſaris auro:& illud Emere oẽs:hic uendidit urbem.¶Fixit leges pretio atq; refixit:Poſſumus Antoniũ ſecũdũ Ciceronẽ in philippicis accipere.Fixit autẽ ideo:quia inciſæ in æreis tabulis leges affigebanť parietibus.¶Hic thalamũ inuaſit natæ:Thyeſtes Pelopeæ filiæ.Vnde Aegyſtus natus eſt.Itẽ Ciniras filiæ Myrrhæ:de qua natus eſt Adonis.Nã qđ Donatus dicit nefas eſt credi dictũ eſſe de Tullio:qđ cõuitiũ a Sal.ciceronis inimico natũ eſt:q de illo inquit filiam matri pellex.¶Vetitoſq; hymenæos: legibus ſcilicet.Nã dicẽdo uetitos oſtendit fuiſſe nõ uetitos:uelut eſt apud Perſas hodie:unde Catul.ait de cõcumbentibus cũ matre pſis:nam magnus ex matre & gnato gignatur oportet:ſi uera eſt perſarum impia relligio.Vnde Donatus male ait:natura & legibus uetitos.¶Auſi omnes immane nefas:auſoq; potiti:illic ſunt & qui fecerunt & qui conati ſunt.Dicit autem ſecundum ritum Romanum:in quo non tantum exitus punitur:ſed etiam uoluntas.¶Non mihi ſi linguæ centum ſint oraq; centum Ferrea uox:Lucretii uerſus ſublatus de Homero.

εν τω β. ιλιαδος πληθυν δουκ αν εγω μυθησομαι: ουδ ονομηνω.
ουδ ει μοι δεκα μεν γλωσσαι:δεκα δε στοματ ειεν. φωνη δ αρρηκτος χαλκεον δε μοι ητορ ενειη.

Sed ille Aerea Vox dixit.

Impia:nec ueriti dominorum fallere dextras:
Incluſi pœnam expectant.ne quære doceri
Quã pœnã:aut q forma uiros:fortunaue merſit.
Saxũ ingẽs uoluunt alii:radiiſq; rotarum
Diſtricti pendent ſedet:æternumq; ſedebit
Infelix Theſeus:Phlegyaſq; miſerrimus oẽs
Admonet:& magna teſtatus uoce p umbras.
Diſcite iuſtitiam moniti:& nõ temnere Diuos.
Vendidit hic auro Patriã:dominumq; potẽtẽ
Impoſuit. fixit leges pretio:atq; refixit.
Hic thalamũ iuaſit natæ:uetitoſq; hymenæos.
Auſi omnes immane nefas:auſoq; potiti.
Non mihi ſi linguæ centum ſint: oraq; centũ:

¶DONA. Leges pcio.f.Oĩa hæc ſcelera poſuit Maro:ut uiuẽtes ad bonos mores mœtu pœne ĩduceret.¶Nõ mihi:neceſſario generalitas iniecta ẽ:ne cũcta deſcripſiſſe uidereť:qm fuit ĩpoſſibile latitudinẽ:tãtã plene cõplecti:uel ne cõtẽptui hẽrenť pœne ꝓpoſitæ ex quottidiana meditatiõe.Pluſq; ẽt met9 iniiciť cũ ĩfinita formido ẽ.

¶CHRI. Aut q diuitiis ſoli ĩcubuere repertis: Omnibus modis damnat auaritiã:q caput ẽ omniũ malorũ: & corruptrix trãquillitatis humanæ uitæ.Huius duæ ſpecies ſũt Altera qua rapimus:unde nõ oportet:Altera qua nõ damus: ubi dãdũ liberalitas docet:Hos ergo primo ſtyge ait hic puniri.¶Vendidit hic auro patriam: redegit ĩ ſeruitutẽ:quaſi dicat:Eam a qua liber productus eſt ſeruam eſſe uoluit:idq; nulla alia cauſa ductus niſi auaritia.¶Patriã:cũ indignatione proferendũ:quaſi dicat:eã qua nihil carius habere debuit.¶Dominũ non illi uendidit:qui eã pro filia gubernaturus eſſet:ſed qui ſeruitutis iugo preſſurus.Nam domino ſeruus reſpondet:ergo tyrannus eſt.Nã antiqui in publicis rebus nunquam aliter dominum ſumpſerunt:q̃ tyrannum.¶Potẽtẽ:auget ſcelus:q̃ſi dicat:eũ a quo nõ facile ſe liberare poſſit.¶Fixit.p.Nam cum leges ad æquitatem & communem utilitatem ferri debeant:& ita latas firmas ſtabiles eſſe oporteat:iſte quia omnia uenalia haberet oblato premio & ponebat & remouebat:Eſt autem indignatio a cauſa.¶Fixit:uide Serui.hinc Oui.Nec uerba minantia fixo aere ligabantur nec ſupplex turba timebat Iucidis ora ſui :Sunt autem uerſus a Varrio poeta ait enim.Vendidit hic latium populis argoſq; qritum Eripuit.fixit leges precioq; refixit:uide Serui.uehementer laborare:ut oſtẽdat poetam uoluiſſe in ſingulis ſceleribus ſingulos carpere homines.Verum ego puto uoluiſſe illum ſpecies ſcelerum proſequi non ſingulos ſceleratos inſectari.¶Inuaſit: tanq̃ raptor & hoſtis: Eſt enim inuadere in aliena hoſtiliter irrũpere:cum patris ſit tutari filiarum pudicitiam non expugare.¶Auſi:bis peccarunt:& quod auſi ſint:nam ſcelus intra ſe quicunq; cogitat:ullum facti crimen habet: & quod executi ſunt qđ auſi fuerant.¶Potiti: Auget inuidiam :quaſi dicat:quod malis artibus pepererãt:etiam retinere potuerunt:ergo cogitarũt.Executi ſunt cogitata:ac poſtremo in ſcelere pſeuerauerũt.¶Linguæ cẽtum:a Lucretio eſt:& Lucreti.Homerum imitatus eſt.Ait enim Homerus. ουδ ει μοι δεκα μεν γλωσσαι δεκα δε στοματ ειεν

¶SER. Scelerum formas:ut quæ forma uiros fortũa ue merſit.¶Perfice munus:hoc eſt ramum redde.Nã ſupra ait:Hoc ſibi pulchra ſuum ferri proſerpina mun⁹ Inſtituit.¶Cyclopum educta caminis:hoc eſt magna. Ita enim cuiuſlibet rei magnitudinem ſignificant:adeo ut Statis argiuorum muros ab ipſis dicat eẽ perfectos. ¶Fornice:arcu.Cicero Vidit ad ipſum fornicem fabianum.¶Corripiunt ſpatium:raptim ſpatium peragunt. ¶Occupat æneas aditum:ingreditur:ut ſupra dixit.¶Recenti:ſemper fluenti. Dixit autem hoc propter paludem ſtygem.¶Spargit aqua:ideſt purgat ſe.Nam inquinatus fuerat aſpectu tartari:& ſpargit:quia ſe iferis purgat.Nam ſuperis immolaturi corpus abluunt: ut ſupra:Donec me flumine uiuo Abluero.¶Amœna uirecta:uirentia:& eſt ſatis uſurpatum.Amœna autem quæ ſolum amorem præſtat:uel ut ſupra diximus q̃ſi amunia:hoc eſt ſine fructu : ut Varro & Carminis docent.Alludit autem ad inſulas fortunatas.Nam & ſequẽti hoc indicat uerſu.¶Largior hic cãpos æther & lumine ueſtit purpureo:non noſtro largior : ſed q̃ eſt in cætera iferorum parte.Aut re uera largior ſi lunarem intelligamus circulum. Nã ut ſupra diximus campi elyſii aut apud inferos ſunt:aut in iſulis fortunatis:aut in lunari circulo.Lucanus: Illic poſtq; ſe lumine uero Induit:Home.Campos elyſios ad inſulas fortunatas eſſe Teſtatur hiſce uerſibus.

αλλσεις ηλυσιον πεδιον:και πειρατα γαιης
αθανατοι πεμψοωσιν:οθι ξανθος ραδαμανθυς
τηπερ ρηιςη βιοτη πελει ανθρωποισι ουνιφετος:
ουταρ χειμων πολυς ουτε ποτομβρος
αλλ αιει ξεφυροιο λιγυπνειον τας αητας
ωνεανος ανιησιν αναψυχειν ανθρωπους.

¶Solemq; ſuum:ſibi congruum:græce dixit:ut Feſſoſq; ſopor ſuus occupat artus.¶Palæſtris : luctationibus græce dixit:nam παλαιειν luctari dicunt græci:inde παλη.¶Contendunt ludo:inter ſe ludo:non odio.¶Choreas:re corripuit:propter metrum: alibi ait ſecundum naturam : ut Iuuat indulgere choreis. Ergo aut ſyſtolen fecit:aut antitheſin e pro ei ponens ut ꝓ χορεια poſuit χορεα.i.chorea:nã græcũ ẽ nom.

Ferrea uox:omneis ſcelerũ cõprẽdere formas:
Omnia pœnarũ percurrere nomina poſſem.
Hæc ubi dicta dedit Phœbi lõgæua Sacerdos:
Sed iã age carpe uiã:& ſuſceptũ perfice mũus.
Acceleremus ait:Cyclopum educta caminis
Mœnia conſpicio:atq; aduerſo fornice portas.
Hæc ubi nos præcepta iubent deponere dona.
Duxerat.& pariter greſſi per opaca uiarum
Corripiũt ſpatium mediũ:foribuſq; ꝓpinq̃nt.
Occupat Aeneas aditũ:corpuſq; recenti
Spargit aqua:ramũq; aduerſo in limine figit.
His demum exactis perfecto munere Diuæ
Deuenere locos lætos:& amœna uirecta
Fortunatorum nemorum:ſedeſq; beatas.
Largior hic cãpos æther:& lumine ueſtit
Purpureo:Solemq; ſuũ:ſua Sydera norunt.
Pars in gramineis exercent membra palæſtris.
Contendunt ludo:& fulua luctantur arena.
Pars pedibus plaudũt Coreas:& carmia dicũt.

¶DONA. Fornicæ:ea.n.ẽ camera in arcum ducta.¶Deuenere locos lætos: ut metu pœnarum malos deterruit:ita ſpe fœlicitatis ad uirtutes hortatᷣ.Primo ergo regionũ bona ꝓſequitur.Deinde q̃ ex iis locis capiãt commoda:& q ſint ii q huiuſcemodi bonis ꝑfruantᷣ.¶Largior hic:oſtẽdit nihil deeſſe ex iis q̃ ſunt apud ſupos:adeo ut fortũati & beati appellari meruerĩt.¶Pars i gramĩeis:oſtẽdit quãta aĩ ſeueritate ĩ uoluptatib⁹ hõeſtis uiuãt.
¶CHRI. Ferrea uox:Homerus non ferream:ſed infrangibilem dixit.Lucre.ãt ærea uox dixit.¶Percurrere: ideſt non ſolum non poſſem abundanter narrare:ſed nec etiam breuiter perſtringere.¶Nomina:nam breuius percurrimus nomina ſcelerum q̃ demonſtramus illorum uariam multiplicemq; malignitatem.¶Cyclopũ: omnia enim quæ magna ſunt a cyclopibus fabricata fingunt poetæ : ſic Statius etiam ponit de Cyclopibus dicendum erit in ſequentibus.¶Caminis:græcum uerbum eſt latine fornax dicitur.¶Fornice:camera ſiue teſtudine.¶Per opaca:nam ipſa ſapientia quæ paucis patet ĩtra multã ignorãtiã latet.¶Solẽq; ſuũ ſua ſy.nor.ex media philoſophia res iſerit figmento poetico.Credidit enim antiquitas eas animas quæ exuuiæ corporea polutæ in morem ferinum immutantur reſolutionem corporis exhorreſcere : & ſi quãdo mori neceſſe ſit non niſi cũ gemitu fugit indignata ſub umbras:nec poſt mortem facile corpus relinquit:quia nondum illis coporeæ excedunt peſtes ſed aut ſuum oberrant cadauer: aut noui corporis habitaculum ambiunt nec humanũ ſolũ : ſed ferinum etiam electo genere congruo moribus quos in homine exercuerunt:uoluntq; omnia perferræ:ut cœlum quod uel ignorando:uel diſſimulando:uel poſtponendo neglexerunt fugiant. Sapientum uero & bonorũ animæ quæ ſemper cœlũ nulla corporis iqnatiõe pollutæ ſuſpexerũt illud petũt.Quapp & Pla.& Cice.in li. de rep.rectorib⁹ ciuitatũ & cæteris ſapiẽtib⁹ ſedes ĩ cœlo paratas eẽ ſcripſerũt:& multos claros uiros ĩ deos retulit ãtiqtas:& Heſiodus priſcos reges diis anũerat.¶Hoc igitᷣ nõ ignorauit Vir.q licet argumẽto ſui iſeruiẽs heroes i iferis relegauerit:nõ tamẽ illos ſeparat a cœlo:ut gemĩæ doctrĩæ obſeruatiõe nec poetices figmẽtũ reliqrit: nec philoſophiæ ueritatẽ omiſerit.Recte ergo ſolẽ ſuũ.i.regiões cœleſtes q̃ bõis ſole debentᷣ:unde ipſorũ & non aliorũ ſunt cæleſtia hĩtacula.¶Suũ.i.ipſis bõis reſeruatũ peccatorib⁹ denegatũ.¶Norũt ſua ſydera:q̃ iferis icognita ſũt.¶Palæſtris:ludi apud priſcos repti fuerũt:ut corpis exercitatiõe ualitudinẽ cõſeruarẽt: & robur augerẽt: agilitatẽq; acqrerẽt & animũ cõfirmarẽt:ut in piculis cũ ratiõe ſuſceptis ꝓ̃ſentiores exiſterẽt.Fuerũtq; qnq; præcipui apud Priſcos πυγμη q̃ pugiles exercebantur Διςκος qui erat lapidum iactus Διαυλος in quo curſu & αλμα in quo ſaltu cõtenderent.Erat poſtremo quã nos paleſtrã & luctã nuncupamus: hi ergo & legibus probantᷣ:& liberales habebantur.Alea autem & tali & quas carthas appellãt pernitioſiſſime ſunt peſtes : & res omnino ſeruiles & quæ uitam deturpant:infamemq; reddunt:& mores deprauãt & omne flagitium ĩpellũt. Ludorũ genera



UNIVERSITARIA DE

SER. Nec nō threicius longa cū ueſte ſacerdos: Orpheus Calliopes muſæ & Oeagri fluminis filius fuit: q̄ primus orgia īſtituit: primus ēt dephēdit harmoniā.i.circulorū mūdanoꝝ ſonū: quos nouē ēt nouimus: e qbꝰ ſūmus quē αναστρον.i.ſine aſtris dicūt: ſono caret. Itē ultimus q terrenus ē: reliq ſeptē ſunt: quorū ſonū dephendit Orpheus: Vnde utiq; ſeptē fingit chordis. Lōgā āt ueſtē: aut cytharœdi habitū dicit: aut lōgā barbā: nā e cōtrario īberbes īueſtes uocamus. Sacerdos āt qa theologus fuit: & orgia primꝰ īſtituit. Ipē ēt hoīes de feris & duris mites cōpoſuit. Vñ dr̄ arbores & ſaxa mouiſſe: ut deus: uñ Hora. Sylueſtres hoīes ſacer īterpreſq; deoꝝ Cædibus & uictu fœdo deterruit Orpheꝰ: dictus ob hoc

Necnon Threicius longa cum ueſte Sacerdos.
Obloquitur numeris ſeptē diſcrimina uocū.
Iamq; eadē digitis: iā pectine pulſat eburno.
Hic genus antiquū Teucri pulcherrima ꝓles.
Magnanimi Heroes: nati melioribus annis.
Iluſq;: Aſſaracuſq;: & Troiæ Dardanus auctor.
Arma procul: curruſq; uirum mirant̄ inanes.
Stant terræ defixæ haſtæ: paſſimq; ſoluti
Per campos paſcunt̄ Equi: quæ gratia currū:
Armorumq; fuit uiuis: quæ cura nitenteis
Paſcere equos: eadē ſequitur tellure repoſtos.
Conſpicit ecce alios dextra: leuaq; per herbam
Veſcentes: lætumq; choro Pæana canentes
Inter odoratū lauri nemus: unde ſuperne
Plurimus Eridani per ſiluā uoluitur amnis.
Hic manus ob patriā pugnādo uulnera paſſi:

leni res tygres: rabidoſq; leones. Obloqtur nūeris: dicēdo obloqtur: chordaꝝ expſſit laudē: q̄s dicit uerbis locutās. Obloq.n.nō ē niſi cōtra loquētē loq: nō āt maledicere ut alias. Nūeris: rhythmis ſonis: ut Numeros memini ſi uerba tenerē. Septē diſcrimia: qa oēs chordæ diſſimiliter ſonāt. Iā: nūc. Hoc āt pecten ^ declinat̄: ut hoc carmē. Hic gēus antiquū: q; nō oēs uiros fortes ī elyſio uiſos eē cōmemorat: hæc ē rō: qa iſti diuinos meruerant honores: quod Tydeo uel his quos ſupra memorauit: nō cōtigit: iō ātiquū addidit q̄ſi & illis elyſii cōtingerēt cāpi: ſi eis annoꝝ nō derogaret uetuſtas. Nati melioribꝰ annis: plerūq;.n.uirtus decolorat̄ tēporis īfelicitate. Cice. Vt illa laus tēporū nō hominū fuiſſe uideat̄. Iluſq; aſſaracuſq;: troiani reges fuerūt. Troiæ dardanus auctor: hūc ī ſeptimo īter deos dicit relatū: ut Et numerūt diuorū altaribus addit: ſed (ut ſupra diximus) Homerū ſeqt̄: q īducit ſimulacrum Her. apud īferos uiſum. Defixæ haſtæ: ſubaudi īanes: & qdē equos īanes. Quæ gratia currū: detraxit unū u licentia q̄ latinitas græcos ſecuta gēitiuo plurali ſyllabā aut addidit: aut detrahit: ut hoc loco detraxit: ſicut Arma uirū: cōtra addidit: Alituū pecudūq; gēus: ꝓ alitū: ſicut græci μουσαων ελικωνιαδων. Nitēteis: pīgues: ab eo qd̄ ſeqt̄ id qd̄ ꝑcedit īteIligis. Per ea āt q̄ dicturꝰ ē ītelligēdū hoc q̄ gr̄a fuit uiuis eadē ſeqt̄ tellure repoſtos. Pæana: ꝓprie Apollinis laudes: qd̄ nūc ītelligēus pp lauri nemus: abuſiue oīum deoꝝ: ſicut orgia ꝓprie Liberi. Odoratū: ꝓ odoꝝ: ut ſupra diximus. Vnde ſupne Plurimus eridani ꝑ ſiluā uoluit̄ amnis: Eridanū Aratus ī cælo eē dixit haud lōge a ceto. Hic & ī terris ē: q ī Italia Padus uocat̄: quē alii ēt ad īferos uolūt tēdere: Alii naſci apud īferos & exire ī terras. Ideo aūt iſta fingunt̄: qa de Apēnini ꝑte orit̄: q̄ ſpectat īferū mare: & tēdit uſq; ad ſuperū. Ergo hic ſenſus eſt: Canebāt ī locis unde ſupne.i.ad ſupos plurimus eridani amnis ꝑ ſiluā uoluit̄. Nāq; ueriſimile ē: quoniā legimus de Ariſteo: Oīa ſub magna labētia flumīa terra Spectabat diuerſa locis: & cōgrue. Nā oīs humor ex terræ naſcit̄ uenis. Alii eridanū ꝓ quocūq; accipiūt & dicunt κατεξοχην dictū: Nā legimus: Fluuiorū rex eridanus: & amāt poetæ ꝓ appellatiōe magnæ rei ꝓprietatē ponere: ut alibi. Poculaq; īuētis acheloia miſcuit uuis Meliꝰ tamē ē ſi diſtinguamus Vnde ſupne plurimus: unde ad ſepos plurimus.i.magnus amnis uoluit̄ ꝑ ſiluā eridani .i.populos. Fabula nanq; hæc ē. Eridanus Solis filius fuit: hic a patre īpetratū currū agitare nō potuit: & cū ꝑ errorē mūdus arderet: fulminatus ī Italiæ fluuiū cecidit: & tūc a luce ardoris ſui Phaethon appellatus eſt: & priſtinū nomē fluuio dedit. Vnde mixta hæc duo nomina īter Solis filiū & fluuiū īuēimus: poſtea eius ſorores flēdo uerſæ ſunt ī populos: ut ī decimo: Populeas īter frōdes umbrāq; ſororū: & hoc Vir. Nā alii ī alias arbores dicūt. Hic māus ob patriā pugnādo uulnera paſſi: Māus.i.multitudo eorū: q ob patriā paſſi ſunt uulnera: & ē figurate dictū. Sane aīaduertēdū illud qd̄ ait: Hora. in arte poetica: Et ſimul & iucūda & idonea dicere uitæ. Nullā.n. maiores noſtri artē eē uoluerūt: q̄ nō aliqd reipublicæ cōmodaret. Vnde Virgili. hoc ꝑ trāſitū facit: Nā dicendo pūiri pr̄iæ uēditores: cōtra ꝓmia defenſoribus ſolui. Nihil utiq; aliud niſi fugiēda uitia & ſectādas docet eē uirtutes: ubi uerā fortitudinis diffinitionē expreſſit cū utilitate publica ſuſcipiat̄ fortitudo uidelicet ob patriā: & locū fortitudinis expreſſit cum dixit pugnando: quia fortitudo eſt rerum magnarum & terribilium inuaſio.

DONA. Nec non threicius: oſtendit citharam inter honeſtas enumerari artes. Eſt enim muſica.

CHRI. Oblogt̄: obloq ſignificat cōtra loq ut opponere cōtra ponere: ergo nōnunq̄ obloq dicimus detrahere: qa q cōtra quēpiā loquit̄ ei detrahit. Hic āc oblogt̄: qa q̄ uoce cecinerat illis citharæ ſonū opponit. Septē diſcri.uo. Orpheū citharā īuēiſſe: Bene āt ſeptē cordaꝝ meminit: nā octauā addidit Simonides. Nonā poſtremo Timotheus: uerū de huiuſcemodi rebus nos multa diximus ī īterpretatiōibus nr̄is in Horatiū. De Orpheo āt plurima diximus ī Geor. Genus antiquū.t. Diod. ait Teucrū primū ī troade regnaſſe filiū Scamādri fluuii & ideæ nymphæ. Vēit āt ex creta: ſuſcepit filiā batheā noīe: q̄ dardano nupſit. Dardanus ſecūdū multos natus eſt in italia ex Ioue atq; Electra Atlātis filia & Corithi regis uxore: ex Coritho natus ē Iaſius: ſed mortuo Coritho exorta ē ſeditio īter Dardanū & Iaſiū. Quapp Dardāus cū pr̄e populi primo ī ſamothraciā īde ī troadas exulās puēīt qd̄ Euſebio auctore fuit anno ſeptīgēteſimo ac uigeſimo primo ſupra tria milia: iſte Dardaniā urbē cōdidit: & Bathea Teucri filia ī uxorē accepta illi ī regno ſucceſſit: ex hoc natus ē Erichthonius q diuitiis cūctos ſupauit: ut affirmat Home. Huius filius Tros a ſe troas nominauit: ſed tros Illū Aſſaracū & Ganimedē filios ge/

^ Catul. in nuptiis Pelei et Thet. o nimis optato saeclorum tempore nati. Heroes salvete.

nuit:Ilus ãt urbẽ totius troadis pulcherrimã cõdidit iliũqꝫ noĩauit & filios habuit Titonũ & Laomedontẽ:q priamũ gẽuit:ex aſſaraco Capys:ex Capy Anchiſes:ex Anchiſæ æneas filii ſunt.¶ Inanes:uel nõ honuſtos uiris uel qa nõ curꝰ eẽnt:ſed ſimulachra currũ.¶ Veſcẽtes:queẽadmodũ diſcũbere qđ iacere ẽ ꝓ ueſci põiť:qa cibũ diſcũbẽtes capiebãt:ſic cõtra ueſcẽtes ꝓ diſcũbẽtes poſuit.¶ Pæana:hymnũ appellabãt ꝓprie q in honorẽ Apollinis canebať:ſed & de cæteris diis diciť:Sta.Herculeũ Pæana canũt.¶ Ob pr͞iá:cũ diſciplia militaris ĩ p̃cio ſp fuerit nõ tamẽ ea laudať:q̃ iniuriã ĩfert:ſed q̃ ꝓpulſat.Nã cũ hõ uiribus & ratiõe preſtet duo ut Cicerõi placet ſunt genera decertandi:unũ ꝑ diſceptationẽ alterũ ꝑ uim cunqꝫ illud ꝓpriũ ſit hoĩs:alterũ beluaꝝ cõfugiẽdũ eſt ad poſteriꝰ:ſi uti nõ licet ſupiore.Quare ſuſcipiẽda ſunt bella:ut ſine iniuria in pace uiuať.Optime ergo dixit ob pr͞iá ut oñdat eos laude dignos:eẽ nõ q ĩferãt:ſed q ꝓpulſãt iniuriã.Ob pr͞iá:cui oĩa debemꝰ:& ꝓ cuiꝰ ſalute nullũ mortis gẽus recuſãda ẽ.Ergo ſi ĩ imis tartaris cruciãť q pr͞iá ꝓdiderũt iure ĩ hellıſiis collocãť q illiꝰ libertatẽ uulnera ſubeũdo tutati ſť.optiꝰ ãt poeta huiuſcemodi narratiõbꝰ hoĩes & a uitiis abſterrẽt:& ad uirtutes alicit.

Quiqꝫ Sacerdotes caſti:dum uita manebat:
Quiqꝫ pii Vates:& Phœbo digna locuti:
Inuentas aut qui uitam excoluere per artes.
Quiqꝫ ſui memores alios fecere merendo.
Omnibus iis niuea cinguntur tempora uicta.
Quos circunfuſos ſic eſt affata Sibylla.
Muſæum ante oẽs:mediũ nã plurima turba
Hunc hẽt:atqꝫ humeris extantẽ ſuſpicit altis:
Dicite felices Animæ:tuqꝫ optime Vates
Quæ regio Anchiſẽ:qs habet locꝰ:illius ergo
Venimus:& magnos Erebi tranauimꝰ amnes.
Atqꝫ huic reſpõſum paucis ita reddidit Heros:

SER. Sacerdotes caſti dũ uita manebãt:q̃ſi qs caſtus poſſit eẽ poſt mortẽ:ſed aliud dicit.i.q fuerũt caſti dũ in cõmuniõe uitæ uerſarenť.Nã hi q maxĩa ſacra accipiebãt:renũciabãt oĩbus rebus:nec ulla in his niſi nũinũ cura remãebat.Herbis ẽt qbuſdã emaſculabanť:unde & iã coire nõ poterãt.Dicit ergo eos ſacerdotes q caſti fuerũt ẽt ante ſacra ſuſcepta.¶ Pii uates:uaticinãtes.¶ Phœbo digna locuti:ueri dici q talia loquebanť:q̃lia decebãt Apollinẽ.Multi.n.mẽtiebanť:ſicut ĩ Luc.Phœbas ad aquã Appius Claudius:Et nobis dabis ĩproba pœnas:Et ſupis quos fingis ait.¶ Inuẽtas aut q uitã excoluere ꝑ artes:q erudiuerũt.i.ornauerũt uitã ꝑ inuẽta artificia.Significat aũt philoſophos.¶ Quiqꝫ ſui memores alios fecere merendo:& q aliquos ſui memores fecere p̃ſtãdo:ut Nunq̃ regina negabo Promeritã.i.p̃ſtitiſſe.Teren.Ego Carine neutiq̃ liberi eſſe hoĩs officiũ puto:cũ nihil ꝓmereat:poſtulare id gratiæ appõi ſibi.¶ Oĩbus his niuea cingũtur tẽpora uicta:p qđ eos oſtendit meruiſſe diuinos honores:ut diximus ſupra.¶ Muſæũ ante oẽs:Theologus fuit iſte poſt Orpheũ:& ſunt uariæ de hoc opiniones.Nã eũ alii Lini filiũ:alii Orphei uolũt:cuius eũ cõſtat fuiſſe diſcipulũ.Nã ad ipſum primũ carmen ſcripſit:qđ cratera appellauit.¶ Humeris extantẽ ſuſpicit altis:q̃ſi philoſophũ:ac ſi diceret Platonẽ.Nã Plato ab humerorũ dictus eſt latitudine:quã græci πλατον uocãt.Athlæta.n.fuit:q poſt omniũ uictoriã ſe philoſophiæ dedit.¶ Tuqꝫ optime uates:qa theologus fuit.Et ẽ ſciẽdũ hoc loco Sibyllã iã a numine derelictã:unde & ĩterrogat:qđ alias nõ faceret.¶ Quæ regio anchiſen:qs hẽt locus:Bene & generalitatẽ reqrit:& ſpeciẽ:ut poſſit facilius ĩueĩri.Nã locus ĩ regiõe ẽ.¶ Illius ergo:ꝓpter illũ.Ergo autẽ cõiunctio fuit:ſed per accẽtus mutationẽ in aduerbiũ trãſiit:& ẽ ſola particula q̃ hẽt ĩ fine circũflexũ.Multi male putãt nomẽ eẽ ĩdeclinabile:& dicũt poſitũ eſſe pro cauſa.Cã autem nomẽ eſt:græce autem Χαριν:και ενεκα.¶ Magnos amnes:aut magna fluenta:aut quia nouem ſunt quæ odioſum fuerat ſi ſingula commemoraret.

DONA. Omnibus iis:omnia commoda cõſequuntur honeſtatis cultores locum:ſydera lucem prata nemora:cibos:delitias ſtudia artium:ut non priuati uita ſed ad aliud uiuendi genus tranſiſſe uideantur.¶ Felices:utpote quæ poſt depoſitam uitam talia loca ac delitias ſint aſſecutæ.

CHRI. Digna fœbo:q in edẽdis oraculis nõ ſunt mẽtiti:ut Hãmonis Iouis ſacerdos:ut Alexãdro magno aſſentareť.¶ Per artes ĩuẽtas:uitã cõtẽplatiuã ĩtelligit:ĩ q̃ excellẽtia ĩgẽia multas doctrinas atqꝫ artes excogitauerũt qbus uita humana ita uitiis purgatur & uirtutibus illuſtrať:ut ager cultura purgať ſentibus ac ueprıbꝰ & reddiť frugibus fertilis.¶ Memores alios fecere merẽdo:& hic actiuã oſtẽdit in qua & reipublicæ & ciuibus noſtris:& qbuſcũqꝫ aliis poſſumus beneficia p̃ſtando optimã de nobis memoriam apud poſteros relinquimus Vt.n.cõtẽplatio circa ueri:ita & actio circa iuſti ĩuẽtionẽ uerſať.¶ Niuea:q̃ſi ĩtelligat diuinos honores:nam cui mores & uita cãdida:fuit eidẽ cãdida uita debeť.¶ Muſæũ:eumolpi filius fuit primus qui apud atheniẽſes philoſophatus ẽ ſecũdũ Laertiũ:a quo atheniẽſes ẽt eumolpidæ appellati ſunt:prius deoꝝ generationẽ tradidit & ſpherã:& ex uno fieri oĩa & ĩ idẽ reuerti dixit.Scripſit uerſibꝰ fabulã Herus & Leãdri:ĩ Phalareo obiit:ubi hũatus ẽ cũ hoc epithaphio. ευμολπου φιλοιυονε κειτο φαληρινο νουλας μουσαι ον φθιμενον σωμα τετωδε ταφω. Huic ſunt ĩſtituti diuini honores:& ipſe oracula reddit:unde ſcri.Hero. Onomacritũ athẽiẽſẽ exulẽ muſæi oraculorũ fatidicũ Xerſi predixiſſe helleſpõtũ a uiro pſa põte cõiunctũ iri. Alii uolũt lini.Alii Orphei filiũ fuiſſe cuius cõſtat diſcipulũ extitiſſe:Põit ãt Muſæũ poetã & theologũ ꝓ oĩbus diſciplinis.¶ Verũ:ut precipue notet platõicã ſciẽtiã:cuius ſe ꝓfeſſorẽ eẽ multis locis ĩdicat:dixit humeris altis:ut ꝓceritate corporis platonẽ ſignificet:q cũ prius Ariſtocles aui nomine nũcupareť ab ariſtone argiuo palæſtrita apud quẽ ſe exercuit:pp ægregiũ corporis habitũ Plato ẽ cognominatus.¶ Dicite fœlices:mortalis ſenſus eſt:ut q uerũ ſcire cupiunt:ĩterrogẽt doctiores:neqꝫ ĩdoctis ſe cõmittãt Doctiorũ ãt poſtulat humanitas:ut errantes in uiã reducãt:& ſua doctrina alios meliores reddãt.Nã cũ ꝓprium hominis ſit & q̃ neſcis addiſcere:& q̃ ſcis alios docere:utrũqꝫ ĩ hoc loco deſcribit optimus poeta.Quod ãt fingit Muſæũ collẽ aſcẽdẽtẽ:aperte docet nõ debere nos ut alios inſtruamus ullũ laborẽ recuſare poſtq̃ auctore ſuo Platone nõ nobis ſolum nati ſumus:ſed cæteris ẽt hoĩbus:qđ

Muſæꝰ

Ergo in Catõe optĩe exprimit Luca.Nõ ſibi:ſed totĩ genitũ ſe credere mũdo.Ergo gratia & cã:hĩc Liuius ait ludos apolinares uictoriæ non peſtilentiæ ergo fuiſſe:& Marcus Cato de re ruſtica:Tibi ius eſt porco piaculo facere illiuſce ſacri coercendi.Ergo & alibi:Cuius rei ergo agrum terram fundũq; meum ſolitaurilia circũ agi iuſſi.

Nulli certa domus:lucis habitamus opacis:
Riparumq; toros:& prata recentia riuis
Incolimus:ſed uos:ſi fert ita corde uoluptas:
Hoc ſuperate Iugũ:& facili iam tramite ſiſtã.
Dixit:& ante tulit greſſum:cãpoſq; nitenteis
Deſuper oſtentat:dehĩc ſũma cacumĩa liquũt.
At pater Anchiſes penitus conualle uirenti
Incluſas animas:ſuperumq; ad lumen ituras
Luſtrabat ſtudio recolens:omnemq; ſuorum
Forte recenſebat numerum:caroſq; nepotes:
Fataq;:fortunaſq; uirum:moreſq;:manuſq;.
Iſq; ubi tẽdentẽ aduerſum per gramina uidit
Aenean:alacris palmas utraſq; tetendit:
Effuſæq; genis lachrymæ:& uox excidit ore.
Veniſti tandem:tuaq; expectata parenti
Vicit iter durum pietas:datur ora tueri
Nate tua:& notas audire & reddere uoces.
Sic equidẽ ducebam animo:rebarq; futurum
Tẽpora dinumerans:nec me mea cura fefellit.
Quas ego te Terras:& quãta p æquora uectũ
Accipio?quantis iactatum Nate periclis?
Quã metui ne qd Libyæ tibi regna nocerẽt.
Ille autem:tua me Genitor:tua triſtis imago
Sæpius occurrens hæc limina tendere adegit.
Stant Sale Tyrrheno claſſes:da iũgere dextras
Da genitor:teq; amplexu ne ſubtrahe noſtro.
Sic memorans largo fletu ſimul ora rigabat.
Ter conatus ibi collo dare brachia circum
Ter fruſtra comprenſa manus effugit Imago
Par leuibus uẽtis:Volucriq; ſimillima Sõno.

SER. Nulli certa dom⁹.i.habitatio:q̃ aĩæ tã diu certã habẽt q̃diu ĩ corporib⁹ ſunt:poſt quoꝝ abſolutionẽ uagant̃ ꝓ uitæ merito ĩ circulis.Lucis habitam⁹ opacis:uaria dicit:q̃ ꝑ uitæ uarietate cõtingũt.In his ãt locis heroũ aĩæ colunt̃.Recẽtia:uirẽtia:riuoꝝ.ſ.cã.Iugũ:ita.n.diuidunt̃ mõtes ĩ radices:latera:iuga:uertices ꝓ q̃litate locorũ.Dehĩc ſũma cacumĩa liquũt:nõ linq̃t:hoc.n.dicit Aeneas & Sibylla ꝑducti ad ſũmũ ĩ plana deſcẽdũt.Penit⁹ cõualle uirẽti:ualde uirẽti:ut Penituſq; ſonãtis.Incluſas aĩas:nõ re uera ĩcluſas:ſed ſeparatas a multitudĩe quo facili⁹ agnoſcerent̃.Luſtrabat ſtudio recolens:circũibat ſtudioſe retractãs.Incluſas ãt aut ſegregatas:aut ſecũdũ ritũ antiquũ.Multitudinẽ.n.ſi numerare nõ poterãt:eã ĩ certũ locũ ꝑ partes ĩcludebãt:& ita quãta eẽt uidebãt:qđ & Xerxes de ſuo fecit exercitu.Caroſq; nepotes:poſteros:ſic ꝑ nurus fœmĩas dicũt.Fataq; fortũaſq; uirũ:moreſq; mãuſq;.Felicitas.n.aut fatalis eſt:aut fortuita:aut ex uirtute deſcẽdit.Alacris:ipſe alacris.Et ſciẽdũ ſecũdũ ãtiquos & alacris & alacer tã de maſculĩo q̃ de fœminino generẽ dixiſſe:nũc maſculino utrũq; dam⁹.de fœminino alacer:nũq̃ dicimus:licet Enni⁹ dixerit:Aeſtatẽ autũnus poſt acer hiems ſit.Nã ĩde ẽ alacer.Genis:palpebris.Ennius de dormiẽte:Imprimitq; genæ genã.Excidit ore:q̃ſi ſeni:qđ circa Anchiſen reſeruat:ut Tãtũq; nefas patrio excidit ore.Veniſti tãdẽ:hoc ad affectũ ꝑtinet deſiderãtis:alias orit̃ q̃ſtio q̃ dicit:Sic eq̃dẽ ducebã animo.Expectata:ꝓbata:nũc ẽt:ut et reb⁹ ſpectata iuuẽt⁹.Hoc ãt dicit tua pietas mihi ſemꝑ ꝓbata:nũc ẽt iter duꝝ uicit.ſ.ĩferoꝝ.Et notas audire & reddere uoc.familiariter loq.Rebarq; futurũ:arbitrabar:rõcinabar eẽ uẽturũ.Et ꝑ hoc ĩtelligimus fataliter Aeneã ad ĩferos deſcẽdiſſe.Nõ.n.niſi fatalia deꝑhẽduntur.Nec me mea cura fefellit:nec decepit me dulciſſim⁹ fili⁹:Nã uocatiuus ẽ mea cura.i.tu:& dictũ ẽ ſicut Veneris iuſtiſſima cura.Quas ego te terras & quãta ꝑ æquora uectũ?pietatis magnitudo oſtẽdit̃:cum pr̃ ei⁹ ĩgemit caſibus.Libyæ tibi regna nocerẽt:aut qa de Iunõe ait Venus:Haud tãto ceſſabit cardĩe reꝝ:aut qđ ẽ meli⁹ illud dicit timui ne dũ apud regna carthaginis uoluptatib⁹ uacabas:ĩꝑiũ fatale derelinq̃res Vñ ꝑ trãſitũ ĩſinuat qđ ĩtelligat̃ Aeneã ĩ Africã apud Didonẽ diuertiſſe:cũ utrũq; cõſtet diuerſis ætatib⁹ fuiſſe.Triſtis imago:ſeuera:terribilis:ut ſupra:Et turbida terret imago.Sæpi⁹ occurrens: κατα το σιωπομενον ſæpi⁹ ei dictũ ĩtelligim⁹:aut certe egit me tua imago ad hæc tẽdere limina:quã ſæpe uidere cõſueui.Stãt ſale tyrrheno claſſes:affectiõis ẽ filii ẽt ea ĩdicare:de q̃bus nõ ĩterrogat̃.Largo fletu:nato ex gaudio.Ter:ſæpi⁹:finitus ꝓ infinito:eſt ãt locus iſte ex Home.ſumptus.

ωσεφατ αυταρ εγωγε θελον φρεσι μερμηριξας
μητρος εμης ψυχην ελεειν κατατεθνηνειης
τρις μεν εφορμηθην ελεειν τε με θυμος σανωγει
τρις δε μοι ενχειρων σκιηει νελον ει και ονειρον
επτατ εμοι δαχος οξυ γενεσκετο κηροθι μαλλον.

DONA. Luſtrabat:oculis.Recolẽs animi ĩtẽtiõe.Fata.ſ.mores man⁹:ꝑpoſitio ẽ eorũ q̃ deide ꝓſequit̃.

CHRI. Nulli certa domus:notat celeritatẽ animorũ q uĩculis corporeis ſoluti:& ĩ ſuã diuinitatẽ abſoluti nulli certæ rei adiecti ſũt:ſed ꝑ oĩa facile diſcurrũt.Hoc ſuꝑate iugũ:Nã uolẽti uirtutẽ acq̃rere plurimæ difficultates opponunt̃.Forte recẽſebat:nõ forte hoc faciebat Anchiſes:qđ ꝑ ſũmã ĩduſtriã faciebat:ſed forte euenit:ut dũ hæc ageret Aeneas uẽiret.Fataq; fortũaſq;:de fato dixim⁹:de fortũa dicem⁹ alio loco.Mores:uirtutes morales:q̃ neq; a fato:neq; a fortũa ſunt:ſed ex nr̃a electiõe.Manus:ad robur corporis refert̃.Iſq; ubi:Decorũ pulcherrime ſeruat:nam & parentis quod parẽtum eſt:& filio quod filiorum optime tribuit.Quas ego te terra:& profecto anteaq̃ e uita ciuili in portum contemplationis ſeſe recipiat homo multis conflictatus perturbationibus:quæ nos a ſummo bono ita abſtrahunt:ut multi adeo illis opprimantur ut nunq̃ ſummũ bonum aſſequi poſſint.Vnde rectiſſime ait is q tota rectitudo eſt Xp̃s de Martha.quæ uita actiua ĩterpretatur.

A Pierius in disciplinis p. 278.

Martha Martha Solicita es:& uerſaris circa plurima. Nam animus qui circa plurima:ut fit in uita ciuili diſtrahiť ad rerũ cœleſtiũ cõtẽplationẽ ineptus reddiť. ¶ Regna li.ea.n.ſunt curæ ciuiles. Nã nos in ſupioribus carthaginem pro uita ciuili poſuimus. Triſtris ſeuera nam maiorum noſtrorũ præcepta nobis grauiſſima ſunt.

Interea uidet Aeneas in ualle reducta
Secluſum Nemus:& uirgulta ſonãtia ſiluis.
Lethæumq; domos placidas q prænatat amnẽ
Hũc circũ inumeræ gẽtes:populiq; uolabãt.
Ac ueluti in pratis ubi Apes Aeſtate ſerena
Floribus inſidunt uariis:& candida circum
Lilia funduntˊ:ſtrepit omnis murmure Cãpus
Horreſcit uiſu ſubito:cauſaſq; requirit
Inſcius Aeneas:quæ ſint ea flumina Porro:
Qui ue Viri tãto cõplerint agmine ripas.
Tũ pater Anchiſes:Animæ:quibus altera fato
Corpora debentur:Lethæi ad fluminis undã
Securos Latices:& longa Obliuia potant.
Has eqdẽ memorare tibi:atq; oſtẽdere coram:
Iamprid ẽ hãc proclẽ cupio enumerare meoꝝ:
Quo magnis Italia Tandem lætere reperta.

¶ SER. Interea uidet æneas:Hirmos ẽ hoc loco.i. unus ſermo ꝓtẽtus p multos uerſus:ĩ quo tractat de Plato.dogmate:qd̃ ĩ phædõe poſitũ ẽ περι ψυχης:de q̃ ĩ Geor. ſtrictĩ:hic latius loqť:de q̃ re ẽt Var.ĩ li. primo diuinaꝝ plẽiſſime tractauit. Hoc ãt cõtinet Aeneas dũ p ĩferos pgeret:reſpexit fluuiũ quẽdã loci remotioris:ad quẽ ĩnumera multitudo tẽdebat aĩarũ: ĩterrogauit pr̃em q eẽt fluui⁹:& q̃ rõne ad eũ pgerẽt aĩæ. Pater ait:Lethæus ẽ. Pergũt aũt:ut potẽt: & obliuionẽ patianť:ut ĩcipiãt ĩ corpa uelle remeaꝛ. Stupefact⁹ Aeneas ĩterrogat:dic pr̃:Aĩæ q̃ p pteritã uitã tot ſupplicia ptulerũt:pũt hẽre uotũ reuertẽdi ĩ corpora:ˊnõ ẽ uerĩſiſe liberatas de:corporis carcere ad ei⁹ nexũ reuerti. Suſcepta narratiõe hoc Anchiſes exeqť prĩo debere fieri ut redeãt: deĩde poſſe:deĩde uelle:q̃ quoniã obſcura ſunt aliis diuiſiõibus ĩnoteſcũt:qd ẽ debere:ˊ cũcta aĩalia a deo originẽ ducũt:q̃ qa naſci cernimus: reuertunť ſine dubio:unde cũcta ꝓcreanť: deĩde poſſe. ſic ꝓbat:qa ĩmortales ſunt aĩæ:& ſunt q̃ pñt reuerti:tertiũ ẽ ut uelint:qd' dicit fieri p Lethæũ fluuiũ:& hoc eſt qd' dicturus ẽ:ſed ĩcidẽtes q̃ſtiones faciũt obſcuritatẽ. ¶ Virgulta ſonãtia ſiluæ: q̃ eſt iuxta prupta fluminis. ¶ Domos placidas: cãpos elyſios. ¶ Prænatat:pterfluuit:& cõtrarie dictũ ẽ. Nã nõ natãt aq̃:ſed ĩ ipſis nos natamus. Enniũ igiť ſecutus ẽ:q ait Fluctuſq; natãtes. Sãe de hoc fluuio q̃riť a prudẽtioribus utrũ de illis nouẽ ſit:q ambiũt ĩferos:an pter nouẽ: & dať ĩtelligi: ꝙ ab illis ſeparat⁹ ẽ. Nãq; eũ uolũt eẽ ſenectutis imaginẽ. Nã aĩæ nr̃æ uigẽt:& alacres ſť:plenæq; mẽoria a pueritia uſq; ad uĩrẽtẽ ſenectã. poſtea ĩ nimia ſenectute oĩs memoria labiť:q̃ lapſa mors ĩteruẽit:& aĩæ ĩ aliud corpus recurrũt. Vñ fingũt poetæ aĩas Lethæo hauſto ĩ corpus redire:Ergo & Lethæus ẽ obliuio mortis ſemp uicina. Lethæũ ãt απο της ληθης. Cõſtat.i.obliuiõe. ¶ Gẽtes populiq;:inumerarũ gẽtiũ & populoꝝ aĩæ. ¶ Floribus ĩſidũt:ĩſido illi rei:ut ĩſideat quãtus miſeræ deus. Inſiſto ãt illã rẽ:ut Nulli fas caſto ſceleratũ ĩſiſtere limẽ. ¶ Lilia fũduntˊ:circa flores:ſpeciẽ ꝓ genere poſuit. ¶ Flumina porro:lõge remota: & ẽ græcũ aduerbiũ.ſ.πορρω. Bene ãt Aeneã lõge a Lethæo facit:qa adhuc iuuenis ẽ. ¶ Agmĩe:curſu ĩpetu p qd' oſtẽdit cito iri ad ſenectã:qa tota celeritate uſus labiť uita. ¶ Aĩæ qbus altera fato Corpora debenť:Sciẽdũ nõ oẽs aĩas ad corpora reuerti. Aliq̃.n.pp uitæ merita ñ redeũt:aliq̃ redeũt pp malã uitã:aliq̃ pp fati neceſſitatẽ. ¶ Lethæi ad fluminis undã:Si aĩa æterna ẽ:& ſũmi ſpũs:pars q̃ rõne ĩ corpore nõ totũ uidet:nec ẽ tãtæ prudẽtiæ:tãtæq; uiuacitatis: ut oĩa poſſit agnoſcere:ˊqa cũ cœperit:ĩ corpus deſcẽdeꝛ:potat ſtultitiã & obliuionẽ:Vnde nõ põt ĩpleꝛ uĩ nũinis ſui poſt naturæ ſuæ obliuionẽ. Obliuiſciť ãt ſecũdũ poetas pteritorũ:ſecũdũ philoſophos futuri:Vnde mediũ tẽuit dicẽdo obliuia. Docẽt ãt phĩ aĩa ad ima deſcẽdẽs qd p ſingulos circulos pdat. Vnde ẽt diſputãtes de rõne mathematici fingũt ꝙ ſingulorũ numinũ poteſtatibus corpus & aĩa nr̃a cõnexa ſť:ea rõne qa cũ deſcẽdũt aĩæ trahũt ſecũ torporẽ Saturni:Martis iracũdiã:libidinẽ Veneris:Mercurii lucri cupiditatẽ:Iouis regni deſideriũ: q̃ res faciũt pturbationẽ animabus:ne poſſint uti uigore ſuo & uiribus ꝓpriis. ¶ Securos latices:qui ſecuros faciunt:ideſt ſine cura.i. αφροντιστους: ut pallida mors. ¶ Iampridem:ex quo ait:Tum genus omne tuum:& quæ denť mœnia diſces.

¶ DONA. Tũ pr̃:ĩterrogat Aeneas qs fluuiũ & quare animæ illũ petãt. At utrũq; breuiter reſpondet eẽ animas quæ in alia corpora reuerti uolũt & fluuiũ eẽ lætũ. ¶ Quo magis italia:Ex hoc oſtẽdit ſe magna dicturũ.

¶ CHRI. Lethæũ:amnẽ oſtẽdimus ægregiũ poetã dũ figmẽto poetico ĩſeruit de cãpis helyſiis Platõis tamẽ dogma ſub illo tegere:ut cãdi helyſii cœlũ ſint:a quo cũ cupiditate rerũ terrenarũ degrauati aĩ delabunť relinquũt nectar deoꝝ poculũ & ꝓ illo lethẽ potãt:a quo accipiũt obliuionẽ reꝝ cœleſtiũ. Nã illo iã ebrii facti cupiunt terrena corpora ſubire. Sed hæc latius apud Macrobiũ ĩuenies. ¶ Cauſaſq;: nã appetitus ratiõi iã obtẽperãs nõ audet ſeſe alicui opiniõi:q̃ falſa eẽ põt temere credere:ſed iudiciũ rõnis expectat:qd̃ ẽ a ſciẽtia:q̃ nouit cauſas. ¶ Viri:uirorũ aĩæ:& uiros ꝓ hoĩbus poſuit:nã cõplectiť utrũq; ſexũ. ¶ Tũ pr̃:reſpondet interrogatis. Anchiſes Aĩarũ nã nũq̃ deeſt ĩtellectus appetitui mõ is ſe illi obtẽperãtẽ pbeat. ¶ Altera corpora: Pithagoreũ eſt:ille.n.credebat trãſcor aĩas hominũ ex corpore ĩ aliud corpus migrare. Refertq; Herraclides põticus hũc de ſe dicere ſolitũ quandoq; poratio Aethalidẽ Mercurii filiũ putatũ:& a Mercurio accepiſſe:ut quicquid uellet præter ĩmortalitatẽ peteret:petiiſſeq; ut & uiuus & defunctus oĩum cõtingẽtiũ meminiſſet:idq; ei cõtigiſſe longoq; poſt tpe in Euphorbũ ueniſſe:& a Menelao fuiſſe uulneratũ:Euphorbus ãt dixit ſe aliq̃n ætalidẽ fuiſſe:& a Mercurio hoc ꝓ mũere accepiſſe:ut aĩa eius iugi circuitiõe uagareť & ĩ q̃s uellet arbores aut animãtes migraret murtuo Euphorbo migraſſe ĩ hermotimũ eius aĩam:q & ipſe cũ fidẽ uellet facere brãchiadas petiit ingreſſuſq; Apollinis fanũ oſtẽdit clypeũ iã putrefactũ ſolãq; pdurare eburneã faciẽ mortuo Hermotimo rurſus ĩ pyrrhũ deliũ piſcatorẽ migraſſe:illũq; memoraſſe:ut æthalides Euphorbus & hermotimus ante fuiſſet:ac poſtremũ factũ fuiſſe Pythagorã

omniū āt meminiſſe. ¶ Securos latices.i.potāt latices lætheos q̄bus deueniūt in tātā obliuionē eaꝝ calamitatū quas paſſi fuerāt in corpore: ut nullā curam:ideſt ſolicitudinem:& timorem ob id capiant:nam differt ſecurus a tuto:Tutus.n.ē q extra omne piculū eſt etiā ſi timeat.Securus uero q nihil timet:& ſi extra periculum nō ſit.

O pater:an ne aliq̄s ad Cælū hīc ire putandū ē
Sublimes Animas? iterumq; ad tarda reuerti
Corpora? quæ lucis miſeris tam dira Cupido?
Dicam equidē.nec te ſuſpēſum Nate tenebo.
Suſpicit Anchiſes:atq; ordine ſingula pandit.
Principio Cælū: ac terras:Cāpoſq; liquēteis
Lucentemq; globum Lunæ:Titaniaq; aſtra

¶ SER. O pater:nota breuitas:nā dicēdo pr̄ q loq̄/
tur oſtēdit. ¶ Ad cælū hīc ire:putādū ē: miſcet philo/
ſophiæ figmēta poetica:& oſtēdit tā qđ ē uulgare: q̄
qđ cōtiet ueritas & ratio naturalis.Nā ſecūdū poetas
hoc dicit:credēdū eſt aīas copis cōtagiōe pollutas ad
cælū reuerti. ¶ Sublimes aīas:nō oēm: ſed ſublimiū.
¶ Ad tarda reuerti Corpa:aīæ cōparatiōe q̄ uelocius
nihil ē.Vno.n.momēto cūcta diſcurrit. ¶ Quæ lucis
miſeris tā dira cupido? ut id deſiderēt:pp qđ ſentiūt
ſe pœnas apud īferos dū purgant̄ dediſſe.ſ.uitā. ¶ Su
ſpēſū:ſollicitū:īcertū: ut Multo ſuſpēſū numine du/
cit. ¶ Suſpicit Anchiſes atq; ordine ſingula pādit:hyſteron proteron. Poſt hūc.n.uerſum ſeq debuit Dicā eqdē:
necte ſuſpēſū nate tenebo. ¶ Prīcipio cælū & terras cāpoſq; liquētes:Interrogatus Anchiſes q̄re aīæ uelit reuer/
ti ad corpora:q̄ſi aliud dicit:tamē illuc recurrit:qđ græce τοπαν dr̄.i.oē qđ ē.Quatuor ſunt elemēta terra:aq̄:
aer:æther:& deus:pter hæc nihil eſt aliud:& hoc τοπαν mūdū nō poſſumus dicere.nā mūdus nō eſt totū.Er/
go deus ē qdā diuinus ſpūs:q p q̄tuor īfuſus elemēta gignit uniuerſa.Igiť ſi de elemētis & deo nāſcūtur oīa:unā
originē hñt:& par ē natura oīum:ſed uideamus qd ī nobis a deo ē:& qd a q̄tuor elemētis:q̄tū dať ītelligi ab ele
mētis habemus corpus:a deo aīum:qđ iō pbať:qa ē ī corpe terra:humor:anhelit⁹: calor:q̄ oīa uidenť ſicut ēt
elemēta:aīus īuiſibilis ē:ſicut & deus:uñ originem ducit:illa pterea ſť irratiōabilia ſicut ēt corp⁹ ꝯtra deus cōſi
liū hēt ſicut ēt aīus deīde elemēta mutāť:quoꝝ piř mutari ē:deīde elemēta mutāť:quoꝝ piř mutari ē: ſicut ēt
corpus:qđ īde originē ducit.Cōtra deū nō pīre māifeſtū ē.Ergo nec aīus piit:q īde originē ducit.Nā pars ſem/
p gēus ſeqť.Huc igiť tetēdit primā ītētionē ſuā:ut aīas īmortales doceřt:ſed occurrit illud.Si.n.īmortales ſť:&
unū hñt prīcipiū:q rōne ñ oīa aīalia ſentiūt ſimiliter:& dicit nō eē ī aīs diſſimilitudinē:ſed ī corporibus: q̄ put
fuerūt uel uiuacia:uel torpētia:ita & aīos faciūt:qđ pōt ēt ī uno:eodēq; corpore cōprobari.Inſano.n.copore alia
uiuacitas ē mētis:ī ægro pigrior:īſanis īualido ēt rōne carēs:ut ī phreneticis cernim⁹:adeo ut cū ad corpus ue/
nerit:nō natura ſua utiť:ſed ex eius q̄litate mutať.Inde Afros uerſipelles: Græcos leues:Gallos pigrioris uide/
m⁹ īgēii:qđ natura climatū facit:ſicut Ptolemæ⁹ dephēdit:q dicit trāſlatū ad aliud clima hoīem naturā ex pte
mutare De toto.n.nō pōt:qa ī prīcipio accepit ſortē corpis ſui.Ergo aīa p q̄litate ē corpis:& q̄ rōne res melior
ē ī ptāte deterioris? atq diuinus aīus debuit corp⁹ ī ptāte hře:nō corp⁹ naturā aī corrūpere:ſed hoc iō fit:qa plus
ē qđ cōtinet q̄ qđ cōtineť:ut ſi leonē īcludas ī caueā īpedit⁹ uī ſuā nō pdit:ſed exercere nō poteſt:ita aīus nō trā
ſit ī uitia corpis:ſed eius cōiunctione īpeditus nō exercet uī ſuā:& occurrit illud. Omne qđ corrūpitur æternū
nō ē:ſi aīus īſanit:iraſciť:deſiderat:timet:caret æternitate:cui ſť iſta cōtraria. Nā paſſio æternitatē reſoluit qđ
iō falſū eē dicimus:qa aīus p ſe nihil patiť:ſed laborat ex corpis cōiūctiōe. Et aliud ē p naturā ſuā corrūpi: aliud
p cōtactū rei alterius.Videmus.n.tale aliqd:ut ī lucerna:quæ p ſe clara ē:& locū ī quo ē ſine dubio illūinat:ſed ſi
qua re tecta fuerit:& īcluſa nō pdit ſplēdorē ppriū:q ī ea ē. Remoto nāq; īpedimēto apparet:nec tamē qa īpedi
tus ē eius uigor:iō ēt corruptus.Ita ergo & aīus q̄diu ē in corpore patiť eius cōtagiōe.Poſtq̄ uero depoſuerit cor
pus:recipit ſuū uigorē:& natura utiť ppria.Si ergo ppriā recipit naturā:q̄re pœnas apud īferos patiť? Ideo qa
ſimul diu fuit:nō pōt depoſita ipſa re ſtatī ad ſuū nitorē reuerti:ut ſi ſpeciē cādidā miſſam in lutū polluas:& eā
ſtatī auferas:nō iccirco ſordibus caret:ſed ablutionē reqrit:ut in priſtinū nitorē poſſit redire.Sic aīa ex eo quod
dať corpori inqnata ē:ut ēt ſi corpus deponat:neceſſe habet purgari.Si ergo purganť & recipiūt naturā ſuā:cur
uolūt reuerti? qa potāt inqt obliuia:ēt ē illud ambiguū.Nā aut pteritarū obliuiſcanť pœnarū:aut certe ut igna
ræ futuri habeāt deſideriū redeūdi ī corpa:qđ ſine paſſiōe fit:& aīus ī quo ē paſſio mereť reuerti. ¶ Cælū: p ae/
re:& æthere poſuit:ut duo ſignificet elemēta:ut Iā cælū terraſq; meo ſine numīe. ¶ Cāpoſq; ſiquētes.i.maria.
¶ Lucētēq; globū lūæ: iō uſ⁹ ē pticipio:ut oſtēdat eā ſuū lumē ñ hře.Nā lucēs ē qđ aliū de illūinať: Lucibile qđ
per ſe lucet:ut patulū & patens:patulū eſt qđ p ſe patet: patēs qđ apiť & claudiť Globū autē ideo quia dicitur
luna σφαιροειδης eē. ¶ Titaniaq; aſtra:aut ſtellas dicit: aut Solē: quē ſupra unū fuiſſe de Titanibus diximus.

¶ DONA. O pater an ne:non poterat non mirari quod ad tanta incommoda uitæ redire uelint.

¶ CHRI. Ad cœlū:nō ad cœlū qđ ſtellis ornatū ſupra nos ē:ſed nřm hūc orbē q cōparatiōe īferoꝝ cœlū di/
ci pōt:ut ſupra ēt dixit:q̄ uellēt æthere in alto.Nūc & pauperiē & duros pferre labores:nā apud nos nō ē æther
alt⁹ niſi cōpareť īferis. ¶ Sublimes:q̄ qdē ſublimes fiūt:dū ad ſupa uolāt. ¶ Ad tarda cor.q.d.ad eā moleſtiā:ut ſu
beāt corpus:cui⁹ grauitate tardiores efficiať:& q illis p carcere fit: & uīculis:unde δεσμα corp⁹ dñt græci:qa
uīculū ſit aīæ. ¶ Lucis:uitæ:ut & luce carētū. ¶ Prīcipio:Prīcipiū ſimpliciter poniť p initio alicuius rei:uñ illud
Debile prīcipiū melior fortuna ſequeť phi āt prīcipiū cām:& elemētū eē oſtēdūt:& in quo differāt:& ī quo con
ueniāt demōſtrāt.Prīcipiū ēt theologi nři capiūt p deo q apud oēs hētur primū prīcipiū neceſſariū oīum reꝝ:
unde ē illud in prīcipio erat uerbū.i.in deo erat uerbū.Quapp in phedro dixit:Pla.prīcipiū nec gigni poſſe: nec
deſtrui nec eē aliqd ex quo prīcipiū oriať aliogn nō eſſet principiū:nec a ſe gigni poſſe:nec ab alio deſtrui:nihil
.n.ualētius eſt principio a quo ipſum deſtrui poſſit:itē dicūt principiū tpis & pductionis : ut in principio crea/
uit deus cœlū & terrā:& in hac notione hic quadrare uidentur:ergo in principio in reꝝ productione : iudicio
autē Platonici poetæ ſnīam ad platonis dogma referēdum. ¶ Cœlum ac tarras campoſq; li. tribus nominibus

quatuor cōplectitur elementa:nā cœlū pro aere capit:Lucretius in hoc cœlo qui dicit aer:itē pro ipſo æthere campos autem liquentes maria intelligimus.Oſtendit āt Plato in timæo:q̄ diuina decori ratio poſtulauit talē fieri mūdū q uiſum pateret:& tactū ſed nihil tāgi ſine terra q̄ ſola eſt ſolida nihil uideri ſine igni pōt: uñ de igne & terra mūdū īcipiēs fabricare.De⁹ uidit diu cōuenire ſine medio colligāte nō poſſe:Quare āt nō uno nexu:ſed duobus.ſ.aq̄ & aere opus eſſet docet Mac.ſunt tñ q uelint titania aſtra ꝓ igni eē poſita q̄q̄uidē Anaxagoras clazōenius ſolē dicit eē lumē igni ꝑmixtū:& ipſe alibi axē hūero torq̄t ſtellis ardētib⁹ aptū:& alibi.Quoties aſtra ignea ſurgūt:Sic ēt Cice.in li.de na.deo.Summa pars cœli q̄ ætherea dr̄:& ſummū retinet ardorē: ergo āt & lunā & titani aſtra ꝓ oībus cœlis poſita puto:& multi credūt titania eē epithetū oīum aſtrorū:qa ut refert Dio.Hiperiō q fuit unus ex titanibus primus lunæ ſoliſq; ac reliquorū aſtrorū curſum naturāq; demōſtrauit:ppeaq; ſyderū pater creditus eſt.Spūm uero ꝓ aīa mūdi pōit:q̄ ſecundū Plato.oīa adminiſtrat: putauit.n. Plato cū deus pulcherrimum opus fieri decreuiſſet:atq; in ordinem materiæ partes cōmotioneſq; reduci excogitaſſet animam quandā mentem rationabilem:& ſapientem:cui ut uicario ſylueſtris prouinciæ curam mādaret:ſubiiceretq; eius malignitatem freno:& omnia in ordinem reduceret:& in quieto collocaret.

Spiritus intus alit.totamq; infuſa per artus
Mēs agitat molē:& magno ſe corpore miſcet.
Inde Hoīum:Pecudūq; genus:uitæq; Volātū
Et q̄ marmoreo fert mōſtra ſub æquore Pōt⁹.
Igneus eſt ollis uigor:& cæleſtis origo
Seminibus:quātū non noxia corpora tardant.
Terreniq; hebetāt artus: moribūdaq; mēbra.
Hic metuūt:cupiūtq; dolēt:gaudētq;:nec auras
Reſpiciūt clauſæ tenebris:& carcerē cæco:
Quin:& ſupremo cum lumine uita reliquit:
Nō tamē omne malū miſeris:nec funditus oēs
Corporeæ excedūt Peſtes:penituſq; neceſſe ē
Multa diu concreta modis inoleſcere miris.

SER. Spiritus:diuinus.ſ.& eſt unū ſiue mētē dicat:ſiue aīum:ſiue ſpm.¶ Intus alit:uegetat: & ī æternitate cuſtodit:qa mixtus ē:& nulla ps elemētī ē ſine deo.¶ Per ar.ꝓ elemēta:q̄ mēbra ſūt mūdi corpalia. Corpa nāq; ſunt q̄ pñt uideri.¶ Mēs agi.mo.magnitudinē mūdi mēs agitat:& ſi (ut Cice.dicit) in tuſcu. æternū ē q̄cqd ī æterno motu eſt:ſine dubio ēt aīus ætern⁹ ē:ſp.n.ī motu ē:adeo ut ne nobis qdē q̄ſcētib⁹ ꝯquieſcat.¶ Magno ſe.c.m.aut antiptoſis ē ꝓ corpi:ut Hæret pede pes dēſuſq; uiro uir:qđ poti⁹ credēdū ē:Aut certe ſm eos locut⁹ ē q dicūt deū corporalē eē:& eū ita diffiniūt πυρνοερον.i.ignē ſenſualē:qđ ſi uerū ē:corp⁹ ē:nec ꝑ antiptoſim dixit:ſed ꝑ diffinitionē magno corpe.i.nō cōi.¶ Inde ho.pe.g.de q̄tuor elemētis & deo.¶ Et.q.o.qđ ſupra dixius:ītātū inq̄t ī oībus uiget ps diuinitatis inquātū ſinit corporū q̄litas. ¶ Terreniq; he.artus:inquātū nō hebetāt art⁹.¶ Moribūdaq; mēbra:morīēti ſimilia:hoc ē ſemꝑ moriētia.Nunq̄.n.in eodē ſtatu ſunt:ſed aut minuunt: aut creſcūt.Ergo aīus idē ē:ſed uti uiribus ſuis nō pōt pp corpis cōiunctionē.¶ Hinc metuūt cupiūtq; dolent gaudētq;:Ex corporū cōiunctiōe & aī hebetudine Var.& oēs phi dicūt q̄tuor eſſe paſſiōes:duas a bōis:duas a malis opinatis rebus:nā dolere & timere duæ opiniōes malæ ſunt:una pñtis:alia futuri.Itē gaudere & cupere ſunt opiniōes bonæ:una pñtis:alia futuri.Hæc ergo naſcunt ex ipſa cōiunctione.Nā neq; aī ſunt:neq; corporis ꝓpria.Pereūt.n.facta ſegregatiōe.i.aīæ a corpore quā mortē eſſe diffinitiuā λυσιν σώματος και ψυχῆς.¶ Nec auras Reſpiciūt:nā qa cohærēt corpi:obliuiſcunt naturæ ſuæ:quā auras uocauit:nā.ſ.cæleſtē & diuinā.¶ Clauſæ tenebris & carcere cæco:diffinitiōes ſunt corporis:nā græci δέμας q̄ſi δεσμον corpus uocāt:q̄ſi uinculū aī. ¶ Quin & ſupmo:qa ut dixius occurrit debere eas ſtatim poſt corpus depoſitū in ſuū uigorem reuerti:& dicit nō poſſe.Quæ.n.diu cōiuncta ſunt:inuicē ſe tenēt:& trahunt:reliquias ſordiū antiquarum.¶ Nō tamē omne malum cedit:ſed non oē.Nā remanet:qđ ut purget neceſſe eſt.Inde eſt & qđ dicit Eadē ſequit tellure repoſtos. Bene āt miſeris:qa etiā poſt corpus habent corporis ſordes:unde eſt Nec funditus omnes Corporeæ excedunt peſtes.¶ Diu concreta:coniuncta & conglutinata.¶ Inoleſcere:creſcere:ut Vdoq; docent inoleſcere libro.

CHRI. Intus alit:cōiunctas mūdo:ut forma.¶ Mēs:diuia ipſius bōi filia ſegregata a mūdo.¶ Agitat mol. Tanq̄ motor ſeparatus.¶ Infuſa ꝑ ar.m.ſ.c.m.mēs alia tanq̄ motor ꝯiūctus a mēte diuīa aīæ mūdanæ tributa. Hic ex aīa mūdana eiuſq; mēte uitā corporeā ſortiunt oīa.¶ Igne⁹ ui.i oībus aīantibus ineſt uita corporea a uita cœleſti:& calor naturalis huius uitæ pabulū ſumit ex calore cœleſti:atq; hactēus locut⁹ ē de oībus aīantib⁹: in q̄bus iā oſtēdit igneū eē uigorē.Deīde ſeparat aīos nr̄os a reliquorū brutorū aīa:atq; ait q cū illis ſit igne⁹ uigor:aut ſeminibus.i.aīs nr̄is:ē origo cœleſtis:Recte āt Pla.ſectatores uates nr̄os aīos ſemīa uocat:Legerat.n.in timæo rōnales aīas cōcreatas a mēte diuīa ī mūdo ſupiore ex ſeminibus oīum rerū muſica rōne cōmixtus ī patera.Præterea ait deū opificē mūdi demiſiſſe infra lunā rōnales aīas:tanq̄ ſemina hoīum:cœleſtes uero deos ſubiunxiſſe irrationalē uitā oībus cōem.Quibus Plotinus ēt addidit rōnales aīas eē hoīum ſemina. Quia ex ipſis pullulāt uitæ q̄dā ꝓpriæ irrationales in corpora.¶ Moribūda:q̄m ſola hæc corpora impediūt intelligētiā: nō āt corpa ætherea qb⁹ ab æuo īdutæ ſunt.¶ Hic.m.q̄tuor ꝑturbatiōes pōit q ex q̄tuor hūorib⁹ ꝓueniūt: ſūt.n. duæ ex opiniōe bōi:q̄rū altera uoluptas geſtiēs ē.i.pter modū lata lætitia q̄ ꝓuēit ex opiniōe pñtis magni alicuius bōi rōni nō obtēperās.Hāc ergo uolūt nobis e ſāguīe ꝓuēire.Altera cupiditas dr̄:q̄ recte uel libido dici pōt. Eſt.n.īmoderata appetitio opinati magni bōi rōni nō obtēperās:hæc āt e bili originē ſumit q̄ itidē ſūt ex opiniōe malorū met⁹:& ægritudo:nā met⁹ ē opinio magni mali īpēdētis:quē ex atra bili ꝓuēire uolūt ægritudo āt ē opinio magni mali pñtis:& qdē recēs hacq; dñt a pituita originē ducer q̄ affert:mollitiē q̄dā eneruatā q̄ fracti cū ſupiores ī reb⁹ duris eē ñ poſſum⁹:facile ſuccūbim⁹.¶ Clauſæ.i.mūdo corporeo.¶ Carcerē.c.corpe caduco miris modis.Miſꝝ ē habitū ꝓcliuē ad corpa:q q̄ſi corporea q̄dā q̄litas ē ī primi ex corpe ī aīam incorporeā.

Ergo exercentur pœnis:ueterumqꝫ malorum
Supplicia expendunt:aliæ panduntur inanes
Suſpenſæ ad uentos:aliis ſub gurgite uaſto
Infectum eluitur ſcelus:aut exuritur Igni.
Quiſqꝫ ſuos patimur manes:exinde ꝑ amplū
Mittimur Elyſiū:& pauci læta arua tenemus:
Donec longa dies perfecto temporis orbe
Concretam exemit labem:purumqꝫ reliquit
Aethereum ſenſum:atqꝫ aurai ſimplicis ignē.
Has omnes:ubi mille rotā uoluere per annos:

¶SER. Ergo exercent̄ pœnis:qa depoſitio corpore ſordes ſuperſunt.Pœnas autē nō perferunt animæ: ſed
illius cōiunctionis reliquiæ:q̄ fuit inter animam & corpus.Nā licet illa duo per ſe pœnas perferre non poſſint:
homo tamen perfert:q de his duobus eſt factus.¶Supplicia expēdūt:nō agunt ſupplicia ut aīas puniāt: ſed ut
eas peccatis exuāt priſtinis.¶Aliæ pandunt̄ inanes Suſpēſæ ad uentos:Loquit̄ quidē poetice de purgatiōe aīa/
rū:tāgit tamē qd̄ & philoſophi dicūt.Nā triplex ē oīs purgatio:aut in terra purgant̄ q̄ nimis oppreſſæ ſordibꝰ
fuerūt deditæ.ſ.corporalibus blādimentis.i.tranſeunt in corpora terrena:& hæc igni dicunt̄ purgari.Ignis.n.
ex terra orit̄ quo exurūt̄ oīa.Nā cæleſtis nihil purit.
Aut in aq̄.i.trāſeūt ī corpora marina:ſi paulo melius
uixerīt:Aut certe ī aera trāſeūdo.ſ.aeria corpa ſi ſatis
bene uixerint:qd̄ & ī Statio legimus:ubi de auguriis
tractat:Seu qa mutaræ nr̄aqꝫ ab origine uerſis Cor/
poribus ſubiere notos.Vnde etiā in ſacris oībus tres
ſunt iſtæ purgatiōes:Nam aut tæda purgant̄ & ſul/
phure:aut aqua abluunt̄:aut aere uentilant̄: qd̄ erat
in ſacris Liberi.Hoc eſt.n.qd̄ dicit in ſcd̄o georgi.Ti/
biqꝫ oſcilla ex alta ſuſpendūt mollia pinu. Nā genus
erat purgatiōis.Id aūt & apud Iuue. tangit̄ Quoties
hinc talis ad illos Vmbra uenit:cuperent luſtrari ſi q̄
darent̄ Sulphura cū tædis:& ſi foret humida laurꝰ.
Et in ipſis purgationibus bonū meritoꝝ ſecutus eſt
ordinē:ut ante aereā:inde aq̄:poſt ignis diceret pur/
gationē:aiūt etiā eas aīas q̄ male uixerūt ſtatim ad in
corporationē redire q̄ melius:tardius:q̄ optimæ:diutiſſimo tēpore cū hominibus eſſe.¶Quiſqꝫ ſuos patimur
manes:Supplicia uaria q̄ ſunt apud manes:ut ſi qs dicat iudiciū patimur:& ſignificet ea q̄ in iudicio cōtinent̄.
Eſt & aliud uerius:Nā cū naſcimur duos Genios ſortimur:Vnus eſt qui hortat̄ ad bona:alter qui deprauat ad
mala.Nec incongrue dicunt̄ Genii:qa cū unuſquiſqꝫ genitus fuerit:ei ſtatim obſeruatores deputant̄: qbus aſſi
ſtētibus poſt mortē aut aſſerimur in meliorē uitā:aut cōdemnamur in deteriorē:ꝑ quos aut uacationē mere/
mur:aut reditū ī corpora.Ergo manes genios dicit:quos cū uita ſortimur.¶Exinde:una pars oratiōis eſt:& ī
tertia a fine accētū habet:licet penultima lōga ſit:qd̄ iō factū ē:ut oſtēderet̄ una pars eſſe orationis:ne ꝓpoſitio
iūgeret̄ aduerbio:qd̄ uitioſum eē nō dubiū ē.¶Pauci læta arua tenemus:nō oēs:Qui.n.minus purgantur: ſta
tim redeūt ad corpora.¶Donec lōga dies ꝑfecto tēporis orbe:quia etiā poſt purgationē opus eſt tēpore:ut ꝑſe/
ueret in purgatiōe:& ſic redeat.Et querit̄ utrū aīæ ꝑ apotheoſin:de qbus ait:Et pauci læta arua tenemus:poſ/
ſint mereri perpetuā purgationē:quod nō poteſt fieri.Merentur enim tēporis multi nō perpetuitatis: & q̄ ma/
le uixerunt ſtatim redeūt:q̄ melius tardius:q̄ optime diutiſſimo tēpore ſunt cū numinibus. Paucæ tamē ſunt
q̄ & ipſæ exigente ratione(licet tarde)coguntur reuerti.¶Perfecto tēporis orbe:finito legitimo tempore.¶Cō
cretam:affixam:& inherentem.¶Aethereū ſenſum:ſidereum πυρνοερον:Ignē ſenſualem:ideſt deum:per qd̄
quid ſit anima oſtendit.¶Aurai ſimplicis ignem:nō urentis.Simplicis autem noſtri cōparatione: qui conſtat
de ligno & aere.Ille enim ασυνθετος per ſe plenū eſt:& æternus qa ſimplex.Omnia enim συνθετα:ideſt com/
poſita exitum ſortiuntur.Vnde & atomos perpetuas dicunt:quia ſimplices ſunt:nec recipiunt ſectionē.¶Has
omnes:ac ſi diceret etiam has omnes.Nā ſupra nō omnes dixit:ſed Animæ qbus altera fato Corpora debent̄.
¶Rotā uoluere ꝑ annos:peregerūt:exegerunt ſtatutū tempus per annoꝝ uolubilitatē.Eſt autē ſermo Ennii.

¶DONA. Quiſqꝫ ſuos patimur manes:nam ſi bonus ad īferos uenit:bonos patit̄ manes: ſi malus malos.
¶Ex inde:poſt examinationem.¶Amplum:ut oſtendat non illis paucis paratam eſſe latitudinem : ſed pluri/
bus modo ita uiuant:ut illuc uenire mereant̄:ſed quia pauci merent̄:pauci diffuſam latitudinem merentur.
¶Longa dies:longo tempore eſt opus:ut fiat talis purgatio:qualis anteq̄ in corpus perueniret.

¶CHRI. Ergo:non ſicut ex ſigillo tranſit in cærā.Verum anima ita cōtrahit ſibi huiuſcemodi qualitatem
in corpore ſicut lumē in nube pallorem.Hinc illud ſimulachra modis pallentia miris. Aliæ pādunt̄ inanes:q̄
habitū ex bili cōcretum ferūt patiunt̄ in igne:q̄ ex ſanguine in aere:quæ ex pituita ī aqua:q̄ ex atra bili ī terra.
patiunt̄ aūt cū corpore aereo in aere craſſo quod appellatur umbra aīæ uel imago magna dicit̄:quia craſſior.
¶Per amplū helyſiū:in regionē cæleſtē:alii ad alias ſphæras ſtellaſqꝫ poſt purgationē.¶Pauci læta ar.t.Nō qa
pauci reuertant̄ ad cœlū:ſed uel qa pauci reuertant̄ ad firmamētū:uel qa pauci cū egrediunt̄ e corpore ſtatim
proficiſcunt̄ ad cœlū.Sed poſtq̄ lōgo tēpore purgati fuerint:quoniā habitus difficile amouetur.¶Perfecto tp̄is
orbe:Quia circuitū agunt in purgatorio ab elemēto ad elemētum uiciſſim.Vt alterius uiciſſim purgent̄ ha/
bitus uarii cōcreti ex quatuor humoribus uiciſſim: quaſi q̄tuor elemētis.¶Aethereū ſenſum:atqꝫ.a.ſ.i.æther:
ignis aura ſunt tria corpora tenuia:qbus animis īnolutus ī terenū corpus delabit̄.Neqꝫ ſolū animus ipſe anteq̄
redeat in cœlū purgnādus eſt a corporea labe:ſed ēt hæc tria eius uelamina purgāda ſunt a nebula contracta a
corporibꝰ craſſioribus:dicit̄ āt æthereus ſenſus:qa corpus æthereū totū ē ſenſus totus.¶Mille:nō certus ē hic
numerus:Ergo multa ſæcula:nam animæ lōge diuturniorē uitam agūt in cœlo beatæ q̄ infœlices uel in terra
peccātes:uel in aereo corporeo purgādæ.¶Rotā uoluere:in cœlis cōſenſerunt cū aīa mūdi ad cœleſtiū motio
nes:& cōtēplādo a formis in formas uiciſſim diſcurrerūt:ſed quoniā poſt uitā cœleſtē redituræ ſunt ad terrenā
deus Neptūnus generationi rerū fauens allicit eas ad geniturā certis tēporibus:quādo ad idem officiū uis ge
nitalis in eis per ſe iam excitat̄:Nā uices agūt animæ ex intelligentia in genituram cernis ſæculis atqꝫ uiciſſim.

¶SER. Deus euocat:non dicit quis :ſicut ſupra:Dii quibus imperium eſt animarum.Sed alii Mercurium
uolunt propter hoc:Hac animas ille euocat orco Pallētis:& eſt ratio.Nam νους dicitur:ideſt ſenſus:quo philo
ſophiam quæ hæc indicat intelligimus:qa ipſe etiam inuenerit litteras.¶ Agmine magno:impetu: & dictum
eſt imperatiue.Non enim blanditiis inductæ redeunt:ſed neceſſitate quadam coguntur: ut potantes uelint re/
uerti.¶ Immemores:uel præteritorum:uel futurorum.¶ Dixerat anchiſes : Antedicta de reuerſione anima/
rum probatio huc tendit:ut celebret Romanos:& præcipuæ Auguſtum: Nanq; qui bene conſiderant inue/

Lethæū ad Fluuiū Deus euocat agmīe magno.
Scilicet īmemores ſupera ut cōuexa reuiſant:
Rurſus & incipiant in corpora uelle reuerti.
Dixerat Anchiſes:Natumq;:unaq; Sibyllam
Conuentus trahit in medios:turbamq; ſonātē.
Et tumulū capit:unde oēs longo ordine poſſit
Aduerſos legere:& uenientum diſcere uultus.
Nūc age Dardaniā prolē:quæ deinde ſequat̄
Gloria:qui maneant Itala de gente Nepotes
Illuſtres animas:noſtrumq; in nomen ituras
Expediam dictis:& te tua fata docebo.
Ille uides pura Iuuenis qui nititur haſta:
Proxima ſorte tenet lucis loca.primꝰ ad auras
Aetherias Italo commixtus ſanguine ſurget
Siluius:albanū nomen tua Poſthuma proles.

nient oēm Romanā hiſtoriā ab Aeneæ euētu uſq;
ad ſua tēpora ſummatim celebraſſe Virgilium.Qđ
ideo latet:quia confuſus eſt ordo.Nam euerſio Ilii &
Aeneæ errores:aduētuſq; bellumq; manifeſta ſunt:
Albanos reges:Romanos etiā conſules: Brutos:Ca/
tonem:Cæſarem:& Auguſtū: & multa ad hiſtoriā
Romanam pertinētia hic indicat locus.Cætera quæ
hic intermiſſa ſunt in αστι λοπουα cōmemorat:
Vnde etiam in antiquis inuenimus opus hoc appel/
latum eſſe non Aeneiden:ſed geſta populi Romani.
Quod ideo mutatum eſt:quia nomen non a parte:
ſed a toto debet dari.¶ Turbāq; ſonantem : aut quæ
tunc propter feſtinationem ſonabat:aut turbæ per/
petuum eſt epitheton.¶ Longo ordine:non quo na/
ti ſunt:ſed quo apud inferos ſtabāt.Nō enim eo quo
regnauerunt dicturus eſt ordine.¶ Aduerſos legere:
relegere:cōſiderare.¶ Dardaniam prolem : albanos
reges:qui tredecim fuerunt de Aeneæ & Lauiniæ ge
nere:Vnde ait Itala de gente.¶ Illuſtres : hoc nomen
notitiæ fuit non meriti:unde etiam in meretricibus
inuenitur.Nam & nobiles & illuſtres uocantur.¶ In
nomen ituras:in gentem:ut Ipſe nomen echionium
matriſq; genus peridææ.¶ Ille uides pura iuuenis qui nitit̄ haſta: Aeneas ut dicit Cato ſimulac uenit ad Italiā:
Lauiniā accepit uxorem:propter quod Turnus iratus tam in latinū q̄ in Aeneam bella cōmouit a Mezentio
īpetratis auxiliis:qđ etiā ipſe oſtendit dicens Se ſatis ambobus teucriſq; uenire latiniſq; Sed ut ſupra diximus
primo periit Latinus:Secundo pariter Turnus & Aeneas:Poſtea Mezentiū interemit. Aſcanius:& Laurolaui/
nium tenuit:Cuius Lauinia timens inſidias grauida confugit in ſiluas:& latuit in caſa paſtorali Tyri:ad qđ al/
ludens ait:Tyruſq; pater cui regia parent Armēta:& illic enixa eſt filium.Sed cū Aſcanius flagraret inuidia uo
cauit nouercam:& ei conceſſit Laurolauinium.Sibi uero Albā cōſtituit:q quoniā ſine liberis periit:Siluio:qui
& ipſe Aſcanius dictus eſt ſuū reliquit imperiū.Vnde apud Liuiū error eſt q Aſcanius Albā cōdidit.Poſtea Al/
bani oēs reges dicti ſunt Siluii ab huius noīe:ſicut hodieq; Romani imperatores Auguſti uocantur:Aegyptii
Ptolemæi:Perſæ Arſacidæ:Latini Murrani:ut Murranū hic atauos : & auorum antiqua ſonantem Nomina:
per regeſq; actū genus omne latinū.¶ Pura iuuenis qui nitit̄ haſta.i.ſine ferro.Nā hoc fuit p̄miū apud maiores:
qui tunc primū uiciſſet in p̄lio:ſicut fertur in libris:de gente populi Romani.¶ Siluius albanum nomen:quia
omnes Siluii ab eo dicti ſunt.¶ Tua poſthuma proles:Poſthumus eſt poſt humationem parentis creatus.Per
hoc autem Aenean cito oſtendit eſſe periturum:& ſtatim infert conſolationem dicens.

¶DONA. Nunc age:proponit ſe dictuū prolem Troianā: & nepotes inde ex italo ſanguine commixtos: &
fata ſua:ergo exequit̄ ſpecialiter quos generaliter in prīo tetigit.¶ Pura:ſine ferro:qđ ſit ſignū pacis:& nō belli.

¶CHRI. Lethæū:obliuiſcunt̄.n.diuinoꝝ occupatæ mortalibus.¶ Reuiſant ſupa conuexa:Oculis caducis.
Prius.n.uidebant ea uelut inferiora oculis deſpiciētes æthereis.Rurſus incipiant uelle.Nō.n.cōpellunt̄:ſed pro
naturæ procliuitate tēporibus certis alliciunt̄.huiuſcemodi igit̄ ratiōe putaui hos uerſus interp̄tandos: quia
hæc crederē:aut illis aſſentiret.Nā de animis noſtris ſine ulla heſitatiōe eadē oīno ſentio q̄ chriſtiana perhibet
religio:eas eſſe ex nihilo adeo creatas:& eodē tp̄e creatas:& corporibus infuſas:& plæraq; alia q̄ nos in noſtris
de aīa dialogis p̄lixius ſcripſimus:ſed Plato Noſtrū quoniā noſtræ religiōis ignarus fuerit:& Platonicus oīno
extiterit: ad Plato.dogma eius ſentētias traducendas cenſui.¶ Commixtus ſanguine ſurget: Optime dictū: nā
pater materia nō p̄bet:ex q̄ factus conficiat̄.Nā ſemen uiri ſpiritus ſunt:q ueluti artifices fœtū in materno ute/
ro formant ex ſanguine materno.Itaq; ſemē artifex eſt ſanguis materia.Vnde & mater dicit̄ quaſi materiā tra
dens:ergo qa ex uiro Troiano & ex matre Itala orituri erāt italos:ſanguine dixit.¶ Siluius:aſcanius ex ænea &
Lauinia uxore natus ē:nā Lauinia poſt obitū æneæ uerita aſcaniū ex Creuſa natū in ſyluis delicеſcēs aſcanium
filiū in illis peperit Siluiū noīauit.Hic aſcanio maiori q albam condiderat:& ſine liberis deceſſerat: regno ſuc/
ceſſit:& ab eo reliq albani reges ſiluii denominati ſunt:ex hoc natus eſt æneas ſiluius:qui latinū ſiluiū genuit:a
quo nōnullæ coloniæ deductæ ſunt:& priſci latini appellati:ex latino alba eſt ortus: ex alba atys: ex aty Capys:
ex Capy Capetus:ex Capeto Tiberinus:a quo albula flumē in quo ſubmerſus eſt Tiberinus eſt appellatus. Ti/
berinus genuit agrippā.Agrippa Romu.Siluiū:q ictus fulmine reliqt filiū auētinū:a quo auētinus colis roma
nus ē noīatus:cū in eo ſepultus eſſet:huic ſucceſſit Proca:q numitorē:& amuliū gēuit: ſed amulius Numitore
regno pepulit & filiū interemit:& rheam ſiluiam uirginē ueſtalē inſtituit:ex qua Remus & Remus nati ſunt.

Quem tibi longæuo ſerum Lauinia coniux
Educet ſiluis regem:regumq; parentem:
Vnde genus Lōga noſtrū dominabitur Alba.
Proximus ille Procas Troianæ gloria gentis:
Et Capys:& Numitor:& q te nomine reddet
Siluius Aeneas:pariter pietate:uel armis
Egregius:ſi unq̄ regnandam acceperit Albam.
Qui iuuenes quantas oſtentant aſpice uires.
Atqui umbrata gerunt ciuili tēpora Quercu:
Hi tibi Nomētū:& Gabios: urbemq; Fidenā:
Hi Collatinas imponent montibus arces.
Pometios:caſtrumq; Inui:Bolamq;:Coramq;.
Hæc tū nomīa erūt:nūc ſunt ſine noīe Terræ.
Quin & Auo comitem ſeſe mauortius addet
Romulus:Aſſaraci quē ſanguinis Ilia mater
Educet:uiden ut geminæ ſtent uertice criſtæ?
Et pater ipſe ſuo Superum iam ſignet honore?

¶SER. Quem tibi longæuo:ideſt deo. Aeuum enim proprie eternitatis eſt:quæ non niſi in deos uenit. Ennius:Romulus in cælo cum diis genitalibus æuū Degit. Male autem uindicauit uſus per quem dixit Longæuoſq; ſenes. ¶ Vnde:a quo:ut Genus unde latinum. Nam poſteri eius fuerunt:qui poſtea apud Albam regnauerunt ciuitatem. ¶ Proximus ille procas:ſtandi non aſcendendi ordine. Nam duodecimus fuit:& Capys ſextus eſt rex [Al]banorum. Item Numitor tertiuſdecimus fuit. ¶ Si unq̄ regnandam acceperit albam: Aeneas Siluius:& hic oſtendit omnes Albanos reges Siluios dictos. Acceperit autem a tutore:qui eius inuaſit imperium. Quod ei uix anno.lii.reſtituit:& rem hiſtoriæ plenā per tranſitum tetigit. ¶ Ciuili tēpora quercu: ciuica debuit dicere:ſed mutauit:ut contra Horatius:Motum ex metello conſule ciuicum:pro ciuile. Quercea autem coronam accipiebant qui in bello ciuem ſeruaſſent:Ideo quia ante cauſa uitæ in hac arbore hominibus fuit:qui glandibus ueſcebantur: unde Ouidius in Meta. Et quæ deciderant patulæ Iouis arbore glandes:unde Iouis arbor dicitur quaſi per quam Iuppiter ſuos aleret populos. Aliæ enim murales erant:aliæ agonales:ideſt lemniſcatæ: muralis autē dabatur ei qui primus Murum aſcendiſſet. ¶ Hi tibi nomentum & gabios: Hæ ciuitates ſunt priſcorum Latinorum ab Albanis regibus conſtitutæ: quanq̄ Collatiam Tarquinius conſtituiſſe dicatur: qui ut erat ſuperbus:eam ex collata pecunia conſtituit. Vnde & Collatia dicta eſt. Poteſt tamen etiam fieri ut ab Albanis fundata ſit: aucta a Tarquinio:ſicut ſupra de Tarento diximus:quod Taras fecit:auxit Phalantus. Romam etiam Romulus feciſſe dicitur:quā ante Euander condidit:ut Tunc pater euandrus romanæ conditor arcis. ¶ Vrbemq; fidenam: Fidenæ dicuntur ſicut Thebæ: ſed dixit ut Iuuenalis: Atq; uetus thebe centum iacet obruta portis. Nā uarietati ſtudet:unde etiam pometios ait: cum dicatur numero ſingulari pometia. ¶ Caſtrumq; inui: Vna eſt Italiæ ciuitas Caſtrum nouum dicitur. De hac autem ait Caſtrum Inui: ideſt Panos qui illic colitur. Inuus autem latine appellatur:græce παν. Item επιαλτης græce:latine Incubus:idem Faunus:itē Fatuus Fatuellus. Dicit̄ āt ab ineundo paſſim cum oībus animalibus. Vnde & Incubus dicitur. Caſtrum autem ciuitas eſt. Nam caſtra numero plurali dicimus: licet legerimus in Plauto:Caſtrum pœnarum:quod etiam diminutio oſtendit:Nam caſtellum dicimus. ¶ Nūc ſunt ſine nomine terræ:atqui in catalago hinc eſt dicturus aliquas ciuitates:Sed ex perſona ſua p̄occupat. ¶ Quin & auo comitem ſeſe mauortius addet Romulus: Amulius & Numitor fratres fuerunt:ſed Numitorē regno Amulius pepulit:etiā Iliam eius filiam ſacerdotem Veſtæ fecit. De hac & Marte nati Remus & Romulus:qui cū adoleuiſſent occiſo Amulio auū Numitorem in regnum reuocarunt:& cum eo uno anno regnauerunt. Poſtea ꝓpter anguſtias imperii Romam captatis auguriis condiderunt. Ergo auo ſe comitem:aut auito ſe iunget imperio:aut ſecundū Ennium refertur inter deos cū Aenea. Dicit nāq; Iliam fuiſſe filiam Aeneæ: quod ſi eſt Aeneas auus eſt Romuli:unde ēt addidit: Aſſaraci quē ſanguinis. Nā hoc epithetō nō ſine cā ē introductū: qđ ē ꝓpriū Aeneæ. Nā Aſſaracus pr̄ ē Capyos:Capys Anchiſæ:Anchiſes Aeneæ. ¶ Viden:den naturaliter lōga ē. Breuē tñ eā poſuit ſecutus Enniū:& adeo ē eius īmutata natura:ut eā ubiq; breuis inueniat̄. ¶ Gemīæ ſtēt uer.cri. oīno ī oībus hoc egit Romulus:ut cū fratre regnare uideret̄:ne ſe reū ꝑricidii iudicaret:uñ oīa duplicia habuit q̄ſi cū fratre cōia:etenī ad captāda auguria palatinū rōulus tēuit:auētinū Rem⁹:q prior ſex uultures uidit:poſt Romulus.xii. Et cū ille tp̄e:ille nūero de cōdēda urbe certarēt:orta cōtētiōe de urbis noīe inter exercitū a Romuli militibus Remus occiſus ē. Fabuloſum āt ē:ꝙ a fratre pp muros dr̄ interēptus. ¶ Et pr̄ ipſe ſuo ſu. iā ſi.h. Merito uirtutis Mars Romulū deū eſſe ſignificat. Superū.n.accuſatiuus eſt ſingularis ab eo qđ ē ſuperus ſupi.

¶DONA. Ciuili tempora:ciuilem dixit feſtam pacificam:ut eſt laurus:& oliua. ¶ Nihil in his uerſibus memoria dignum apud Donatum inuenies:niſi ꝙ ait uir hic ad ſimilitudinem Saturni regnabit:ex quo illud uidetur aſtruere ꝙ fœlicitas regnandi generis eius attributa uideatur.

¶CHRI. Longæuo:ait Gellius Vir. apud antiquos reprehendi ꝙ non conueniat longæuum:& tua poſthuma proles. Nā ſi poſt mortem patris natus eſt:ut eſt in omnibus hyſtoriis:cur addidit longæuo? Sed Ceſſelius ait ſententiam eſſe hoꝝ uerboꝝ qđ uiuo patre natus ſit:aitq; eū eē poſthumū:qui poſtremo loco patre iam ſene ſit natus:ſed huius hyſtoriæ nullum idoneū auctorem nominat. Sulpitius uero appollinaris ait lōgæuum pro immortali poni:nā oſtendit Anchiſes filiū hunc natum iri æenea iam immortali effecto: ſed aliud eſt longæuū:aliud perpetuū:Nec dii longæui ſed immortales dicunt̄. Hæc Gellius poſſumus tamen dicere ꝙ poſthuma proles naſcit̄ poſt longæuo:cū naſcitur poſt mortem qa longæuus fuit. ¶ Auo:numitori patri rheæ:quem pulſum a fratre a mulio:ipſe induſtria:& uiribus ſuis in regnum reduxit Mauortius:& quia Martis filius: & quia uir bellicoſus. ¶ Aſſaraci:æneadarum:Nam ex aſſaraco natus eſt Capys ex capy anchiſes pater æneæ.

¶SER. Illa:quā tibi ſæpe fata ꝓmiſerūt. ¶ Inclyta:græcū ē.Nā κλυτον glorioſū dicunt. ¶ Imperiū terris: in quātū tēdit̃ terra. ¶ Animos æq̄bit olympo.i.magnanimitate æquabit̃ cælo.De hoc āt loco & Probus:& Trogus quærūt. ¶ Septē q̄ una ſibi muro:Bene dicit urbē Romanā ſeptē īcluſiſſe mōtes:& mediū tenuit.Nā grandis ē īde dubitatio:& alii dicūt breues ſeptē colliculos a Romulo īcluſos:q tamē aliis noībus appellabant̃: Alii uolūt hos ipſos q nūc ſūt a Romulo īcluſos.i.Palatinū:Quirinalē:Auētinū:Cœliū:Viminalē:A[illegible]inū:& Ianicularē.Alii uero uolūt hos qdē fuiſſe :aliis tamē noībus appellatos:[illegible]mutata ſunt poſtea:ut de oībus rebus legimus fieri:ſicut etiā de multis locis & fluminibus legimus: ut ſæpius Et nomen poſuit ſaturnia tellus. ¶ Prole uirū:ꝓ uiroꝝ fortiū. ¶ Qualis berecynthia mater:phrygia.Nā Berecynthos caſtellū ē Phrygiæ iuxta Sangariū fluuiū:ubi mr̃ deū colit̃.Per hāc autē cōparationē nihil aliud oſtēdit niſi Romanos duces īter deos eē referēdos. ¶ Turrita:quia ipſa ē terra q̄ urbes ſuſtinet:Ideo deſignat̃ ei corona cū turribus in capite. ¶ Huc geminas nūc flecte acies:totū uiſum tuū huc dirige:& huc ſpecialiter intuere. ¶ Hic Cæſar & omnis Iuli ꝓgenies:ut Iulius a magno demiſſū nomē Iulo. ¶ Cæli uētura ſub axē:Nā cū Auguſtus patri Cæſari ludos funebres exhiberet: ſtella crinita ꝑ diē apparuit:quā pſuaſiōe Auguſti Cæſaris populus eē credidit.Hic Ecce dionæi ꝓceſſit cæſaris aſtrum. Sub axē ergo.i.ad diuinos honores. ¶ Hic uir hic eſt tibi:C littera ꝓ duplici nō niſi ī monoſyllabis habet̃: ut Hoc erat alma parēs:ꝑ eorū ſcilicet priuilegiū.Vnde falſum eſt qđ Terētianus dicit eā pro metri ratione uel duplicē fieri uel ſimplicē.Nā ſi hoc eſſet etiā in diſſyllabis ꝓ duabus haberi debuerat:qđ nuſq̄ inuenimus.Litteræ enī naturā ſeruari etiā in poliſyllabis conuenit. ¶ Diuom genus:Cæſaris:q factus eſt deus. Dicit aūt nō ſolū iure adoptiōis:ſed etiā cōſanguinitatis.Nā Actiæ fuit filia:q̄ erat ſoror Cæſaris.Hic aūt Auguſtus Cæſar hoc nomen accepit a pr̄e adoptiuo. Nam ante Octauius dictus eſt a patre Octauio: poſt Aug.Cæſar. ¶ Sæcula q rurſus latio:ſub Saturno dicit aurea ſæcula fuiſſe ī orbe terraꝝ:ſub Auguſto tātū in Italia. ¶ Garamantas:populi inter Libyam & Africā iuxta κεκαυμενην.i.zonā torridā. ¶ Indos:populi oriētis extremi. ¶ Iacet extra ſidera tellus:nulla eſt tellus q̄ nō ſubiaceat ſideribus.unde pite addidit:Extra anni ſoliſq; uias:ut oſtēderet duodecim ſigna:ī qbus ē circulus Solis.Significat āt Maurorū æthiopiā:ubi ē atlas:de q̄ ait Lucanus: Aethiopūq; ſolū qđ nō premeret̃ ab ulla Signiferi regiōe poli niſi poplite lapſo Vltia curuati ꝓcederet ungula tauri. ¶ Torquet:ſuſtinet. ¶ Aptū:uicinū:ut diximus ſupra. ¶ Iā nūc & caſpia regna: fines Aſſyriorum: in qbus ſunt πυλαι caſpiæ.Quod autē dicit uerum eſt.Nam & Suetonius ait in uita Cæſaris reſponſa eſſe data per totum orbem naſci inuictum imperatorem. ¶ Mæotica tellus:ſcythica tellus:cuius palus eſt mæotis.

En huius nate auſpiciis Illa Inclyta Roma
Imperium Terris:animos æquabit Olympo:
Septem quæ una ſibi muro circūdabit Arces.
Felix prole uirum:qualis Berecyntia Mater
Inuehitur curru phrygias.turrita per urbes
Læta Deum partu: centum cōplexa Nepotes
Omneis Cælicolas:omneis ſupa alta tenentes.
Huc gemīas nūc flecte acies:hāc aſpice gentē:
Romanoſq; tuos:hic Cæſar:& omnis Iuli
Progenies:magnum Cæli uentura ſub axem.
Hic uir hic eſt tibi quē promitti ſæpius audis
Auguſtus Cæſar Diuom genus:Aurea condet
Sæcula qui rurſus Latio regnata per arua
Saturno quondā:ſup & Garamantas:& Indos
Proferet imperium:iacet extra ſydera tellus
Extra Anni:Soliſq; uias:ubi cælifer Atlas
Axē humero torquet ſtellis ardētibus aptum.
Huius in aduētu iam nunc & Caſpia regna
Reſponſis horrēt Diuum:& Mæotica tellus:

¶DONA. Super & garamantas & indos:Faciet id qđ Satur.in Italia:atq; inſuper placabit ipſum orbē. ¶ Anni & ſoliſq;:annū ꝓ nocte ſolē pro luce poſuit:uult ergo aliquid uulterius etiam poeta quod ſol neſciat:& mūdus excludat.Ergo melius cæſar qui ad tantū ſpacium impium proferret ꝙ Satur.q̄ qui in ſola regnauit Italia.

¶CHRI. Illa:emphaſim hēt:Laudat āt a fortūa:a uirtute:a ſitu:a ſobole.De roma āt dictū ē ī prīo lib.Romulus:qs Romu.fuerit apud ſcriptores magna cōtrouerſia ē.Noſq; multoꝝ opiniōes ī eodē loco retulimus:ſed ut ea ſequamur q̄ de Rhea & Marte ſcribunt̃:qm̄ uulgariora ſūt & a Liuio magis illuſtrant̃. Romu.ex Marte & Rhea genitus a rumīe lupæ noīatus ē:qm̄ lacte lupæ nutritus ſit:& antiq māmā rumē appellarūt hīc & Ruminalis ficus:ſub q̄ expoſiti ſūt dicta ē:qm̄ ſub ea lupæ rumē ſumpſerūt. ¶ Huc geminas: captat attētionē.q.d.ſūt digni q aſpiciant̃. ¶ Viden.uides ne comicū ē:ut a ne dictiōe īterrogatiua remoueat̃ e & dictiōi antecedēti adiūgat̃ n hic ē pyrrhin cōnubia.ſ.ꝓ pyrrhine. ¶ Criſtæ:galloꝝ gallinaceoꝝ dicunt̃:& deīde a ſimilitudīe ornat⁹ q īminet galeis criſta dr̄:ut Criſtaq; īſignis.e. ¶ Sub honor̃:excellētia rei militaris:q honor ꝓpri⁹ ē martis.Alii ſuo.i.diuio ꝙ referēdus ſit inter deos. ¶ Septē:Nō qa urbs a romulo ædificata amplecteret̃ tūc ſeptē colles : ſed q̄ deīde ſua magnitudīe eēt cōplexura. ¶ Berecynthia:de hac dea alibi. ¶ Iuli:diereſis ē:ut ſint tres ſyllabæ.Auguſtus hic ī domū:Iulioꝝ nō natura:ſed adoptiōe uēit:fuit.n.nepos.C.Cæſaris ex Octauia ſorore. ¶ Garamantas: extrēi ſūt populi africæ ſupra pſyllos ad auſtrū uergētes ſol ſolitudinib⁹ a reliquoꝝ mortaliū cōmertio diſcreti:armis carēt:aſpectū hoīum refugiūt:Romāis nūq̄ ſubditi neq; bello tētati uſq; ad ueſpaſianū.Mira āt auxeſis nā ſi Saturn⁹ ī maxīa fama ē:qa ī latio regauit:ī quāta erit hic q oēm ſibi terrā adiūxit.Nā legatio quoq; īdoꝝ ad Octauianū uēit amicitiāq; petiit. ¶ Aurea:ſæcula.nā neq; trāqlior neq; ad lōgi⁹ tp̄s durās pax fuit q̄ illa q̄ ſub auguſto extitit. ¶ Saturno:de cui⁹ planetæ ſæculo dixius ī buc. ¶ Extra.ſi.a.i.extra zodiaci circulū ꝑ quē ē uia ſolis:a quo cōficit̃ ann⁹:ſed nulla ps terræ ē q̄ extra zodiacū ſit.Ergo extra.i.pœne extra:qđ euēit æthiopiæ mauroꝝ:ut docet Ser.Rūſis:nā & Qui.ſ.iii.li.i laudib⁹ hoīum ēt oracula pōit. ¶ Mæotica:Scythia a mæoti palude.

Romulus

¶SER. Turbant:turbant̃.¶ Septẽ gemini:autẽ ſeptem flui.¶ Fixerit æripedẽ ceruã:pro aeripedẽ.Vicit autẽ cerinitim ceruã dictam a loco.Fixerit autẽ ſtrauerit:delaſſauerit:uel quia ſi telo fixiſſet:non ita eſſet laudabile. ¶ Erymanthi:mons arcadiæ:ubi aper ferociſſimus fuit.¶ Lernã tremefecerit arcu:ꝓ hydra paludẽ ipſam poſuit:& intelligamus eam ante ſagittis fuiſſe confixam:poſt exſectã & aduſtam.¶ Nyſæ de uertice:mons eſt Indiæ de quo loquit̃:cæteꝝ eſt & Nyſæ ciuitas in monte Parnaſſo:in qua Liber colitur:unde Nyſæus dictus eſt. ¶ Et dubitamus:ꝓ dubitas:miſcuit perſonã ſuã:eſt autẽ ſenſus:Cũ ſit tibi tãta ꝑparata poſteritas dubitas uirtutẽ factis extẽdere.i.gloriã ab eo quod ꝓcedit id qđ ſequit̃:nã e uirtute gloria naſcit̃.¶ Aut metus:aut ẽ aliqs timor:q te a regnis Italiæ reuocet.¶ Quis ꝓcul ille autẽ:Nũc redit ad Romãos reges:q ſeptẽ fuerũt Romulus:Numa Põpilius:Tullus Hoſtilius:Ancus Marcus:Tarqnius Priſcus:Seruius Tullus Tarqnius ſupbus.Mira ãt utitur phantaſia:ut q̃ſi oſtẽdat ſe nõ agnoſcere cũ q de gẽte Romana nõ fuerat. Romulo .n.mortuo cũ anno ſenatus regnaſſet p decurias qđ tẽpus inter regnũ dictũ eſt tedioſum uiſum eſt:& q̃ſitus eſt rex.Sed cum in urbe nullus idoneus eſſet inuentus:orta eſt bõa Pompilii fama:q eſſet apud Cures ciuitatem Sabinorũ.Rogatus itaq; per legatos accepit imperiũ:qui ferociam populi a bellis ad ſacra cõtulit.Vnde etiã Numa dictus ẽ απο των νομον. Hic etiam canus fuit a prima ætate:ad quod alludẽs ait:Incanaq; mẽta.Item ꝓpter ſacerdotiũ:Ramis inſignis oliuæ.¶ Ocia qui rumpet patriæ:De hoc Liuius:Hic nõ ſolũ ꝓximo regi diſſimilis:ſed ferocior ẽt q̃ Romulus fuit.¶ Reſides:ocioſos:nimiũ ſedẽtes.

Et ſeptem gemini turbant trepida oſtia Nili.
Nec uero Alcides tantum telluris obiuit:
Fixerit Aeripedem Ceruã licet:aut Erymãthi
Placarit nemora:& Lernã tremefecerit arcu.
Nec qui pãpineis uictor iuga flectit habenis
Liber agens celſo Nyſæ de uertice Tigres.
Et dubitamus adhuc uirtutẽ extendere factis?
Aut metus Auſonia prohibet conſiſtere terra?
Quis procul ille autem ramis inſignis Oliuæ
Sacra ferens?noſco crines:incanaq; menta
Regis romani:primam qui legibus urbem
Fundabit:Curibus paruis:& paupere terra
Miſſus in imperiũ magnũ:cui deinde ſubibit:
Ocia qui rumpet patriæ:reſideſq; mouebit

¶DONA. Nec uero Alcides:nunc comparat illũ Herculi:deinde libero patri:qui ambo plurima loca ſuperarunt.Laudat ergo alios:ui potiorem Cæſarem faciat.Sic aſſentator ille Terentianus gnato cum dictum eſſet.Magnas uero gratias thays mihi:reſpondit ingẽtes:ut æſtimationem audentius aſſentatione ſuperaret:nam ſi magnas reſpondiſſet:non promerebatur patronium.Et dubia fuit ornamenti quo impelleret filium ne frangeret̃ tarditate ueniendi.¶ Quis procul ille ui.multa dat ſigna:ut cognoſcat̃ in multitudine.Magna autẽ laus:ut per modicas uires ad magnũ tendat impiũ.

¶CHRI. Nili ſeptẽ gemini:qui erũpit in mare per ſeptẽ hoſtia.¶ Nilus mediã ægyptũ ſecans uſq; cercaſoꝝ urbẽ unus fluit.Deinde in tres partes diuidit̃:quaꝝ una uerſus aurorã fert̃:quod hos peluſiũ uocat̃.Altera ad heſperum uergens hos Ganopicũ dicitur.Media uero q̃ recto curſu fluit eã ægypti partẽ interſecat:quã deltã uocant.Dicitur autẽ eos ſebeniticum:Hoc autẽ non natura:ſed regũ opera in plura ora diuiſum eſt.Nã hoc ſaiticiũ illud mendeſiũ:aliud molbitiniũ:& bucolicũ dicit̃.Alcides optime cõparatione illũ extollit:nã ait Cice. eſt cũ cæteris ꝑſtantibus uiris cõparatio in laudatiõe ꝑclara.¶ Ceruã:hæc in mænalo mõte fuit æreis pedibus:& aureis cornibus:& omnino uelociſſima:quã tamen curſu ſuperauit Hercules.Volunt ceruã pro metu poſitam:quã Hercules.i.uir fortis omnino ſuperat.¶ Erimanthi:mons eſt in arcadia:in quo Hercules aprum domuit:& uiuũ ad Euriſtheũ detulit.¶ Liber:nõ Beoticus:ſed ægyptius q auctore Euſebio regnante Danao floruit:& ĩ India urbẽ Niſam cõdidit:anno mũdi.xxix.ſupra tria milia & ſeptingentos.Idẽ affirmat Stra. Curti⁹ ãt hãc ab Alexã.obſceſſam:& tãdẽ ſeſe niſeos illi dediſſe:ſeq; a libero cõditos affirmaſſe refert.Eſt hæc urbs ſita in radicibus mõtis quẽ meron appellant:& qa mero græce femur ſignificat fortaſſe fabulati ſunt poetæ Bacchũ ante tẽpus e mr̃is utero eductũ femori Iouis aſſutũ fuiſſe:q̃uis ego hoc figmentũ ad rẽ phyſicã:ut alibi dixi libentius retulerim.Diodo.ꝑterea ſcri.Bacchũ a nymphis apud niſam arabiæ urbẽ nutritũ fuiſſe:& a niſa:& Ioue pr̃e quẽ græci Δια appellãt uocatũ ẽẽ Diony.eſt & tertia niſa in helicõe beotiæ mõte:ut refert Stra.

Numa Põpili⁹ ¶ Incanaq; menta:Numã Põpiliũ notat:q curibus urbe ſabinoꝝ oriundus oĩ religiõe:& pietate:prudẽtiaq;:& iuſtitia ſingularis adeo ĩſignis fuit:ut ſequẽtia ſæcula illũ Pythagoræ diſcipulũ q tullo regnãte fuit crediderit:ſed fuit nõ tã artibus peregrinis inſtructus q̃ diſciplina tetrica ac triſti ueteꝝ ſabinoꝝ.Populum ad ſtudia pacis trãſtulit:& ut illũ ſub metu religiõis cõtineret multa ſacra inuenit:q̃ fingebat a nympha ægeria accipere:annũ ad curſum lunæ.xii.menſibus finiuit:Ioui Marthi & Quiri.flamines inſtituit.Virgines.Veſtæ legit.xii.ſalios Marthi inſtituit:qui ancylia ferrẽt.Lucũ in quo cũ egeria ſine arbitris loq fingebãt muſis dicauit.In eodẽ luco ſoli fidei ſacrariũ ſtatuit in quo mãu ad digitos inuoluta ſacrificabat̃:regnauit an.xliii.cũ uixiſſet ſupra.lxxx. diſſolutuſq; ẽ ſenectute ꝑmanẽte eodẽ ingenio donec fuit ĩ uita:quo olĩ fuerat.Fuit lex Nũæ q ſi pr̃ filio uxorẽ ducere ꝑmitteret nõ amplius haberet ptãtẽ filii uẽdẽdi.Cũ Romuli lex ptãtẽ pr̃i in filiũ p oẽ tẽpus concederet uerberãdi:uendẽdi:& occidẽdi:ut ait Diony.halicar.Tullus Hoſtilius originẽ duxit ex medulla urbe olim cõdita ab albãis:ſed Romu.illã fœdere ſuſcipiẽs coloniã romanoꝝ fecit in hac fuit nobilitate:& diuitiis inſignis Tullus q Romã cõmigrãs uxorẽ duxit Ser.fi.Sabinã mulierẽ:q̃ gẽtilibus fœminis pſuaſit:ut inter uiros:& patres de cõcordia agerect̃.Hic igit̃ ſub Romu.fortiter dimicãs in bello ſabino extĩctus ẽ.Ex eo relictus filius.Tullũ hũc regẽ gẽuit:q fuit uir prõptus & alacer.Rex ẽ fact⁹ ſecũdo an.vii.&.xx.olimpiadis.Fuit ꝑter cæteros liberalis:nã qcqd agri.Romu.bello ſabĩo ſuſcepat & Nũa eius fruct⁹ ĩ rẽ diuinã:& domeſticũ ſumptũ cõuertebat.

¶SER. Deſueta:a cõſuetudine triũphandi diſſueſcẽtia. ¶ Iactãtior ancus:amãs populi fauorẽ:hic hoſtiã fe/cit:Ancus ãt dictus απο του αγκωνος.i.a cubito:quẽ incuruũ habuiſſe dicit᷑. ¶ Auris:fauoribus. Vnde ẽt aurarii dicunt᷑ fautores. ¶ Vis & Tarquinios reges:animãq; ſuperbã:unus.n.de Tarquiniis fuit ſuperbus: ¶ Vltoris bruti:Vis uidere ẽt ultoris Bruti faſces receptos. Hiſtoria aũt hoc habet. Tarquinius ob multa quidẽ ſuperbus eſt dictus:ꝑcipue tamẽ ob hãc cauſam. Mãdauit aliquãdo Sexto filio:q minimus ex tribus erat:ut p̃ris in ſe ſæ/uitiã intolerabilẽ cõquerẽs Gabios trãſfugeret:quo cũ ueniſſet & ſuperbiã patris ab alienis in ſuos uerſam di/ceret:nihil uſq̃ ſibi tutũ:niſi apud hoſtẽ Tarqnii p̃ris credidiſſe: multiſq; in Gabinoꝝ fraudẽ ſimulatis: dux ad ultimũ belli cõtra patrẽ legit᷑. Itaq; ꝑliis qui/buſdã feliciter geſtis:cũ tãtã charitatẽ ab oĩbus ade/ptus foret:ut nõ p̃r Tarquinius potẽtior Romæ q̃ filius Gabiis eẽt. Satis iã uiriũ ad conatus ſibi collectũ exiſtimãs:ex ſuis unũ ſatellitẽ ſciſcitatũ ad patrẽ Ro/mã mittit qd iã ſe facere uellet:Quod cũ Tarqnio ſa/telles renũciaſſet:rex ipſe qa dubiæ fidei nuncius ui/debat᷑:nihil uoce reſpondit:ſed de ambulãs cũ uirga in hortis uelut deliberabũdus capita decuſſit papa/uerũ:ut ea re p ſatellitẽ renunciata filius qd fieri uel/let adgnoſceret. Et primores ciuitatis quoquo mõ ĩ/terimeret:qđ & ab eo factũ ẽ. Huius filius uitiauit nobiliſſimã matronã Lucretiã:qđ illa dolẽs ſe interemit:tũc eius auunculus Brutus rapto ex eius corꝑe gladio ꝓceſſit ad populũ:& de hac re cõcionatus ẽ. Tũc oĩbus pla/cuit ne reciperet᷑ rex q tũc ardeã expugnabat. Quo facto Tarqnı⁹ ſed cũ illis ad Porſenã regẽ Thuſciæ cõtulit: & bellũ geſſit grauiſſimũ contra populũ Romanũ. Tũc duo creati ſunt cõſules Brutus & Tricipitin⁹ p̃r Lucretiæ:iſte & Tarqni⁹ dicebat᷑:ob qđ ſolũ ẽ urbæ pulſus:& ĩ ei⁹ locũ ſurrogat⁹ ẽ Vale. Publicola:quo mortuo itẽ alter ẽ fact⁹:& alter ſimiliter:qđ cernẽs tedioſum eẽ Vir. ſolũ Brutũ poſuit:q annũ ſolus ĩpleuit. Sed Bruti filii erãt amici filiis Tarqnii:cũ qb⁹ cũ iniſſent ꝯſiliũ:ut p noctẽ eos ĩtromitterẽt:ꝓditi ſunt a ſeruo Vĩdicio:& a p̃re ĩterẽpti ſunt. Iõ ergo ultoris.ſ.& libertatis publicæ:& Lucretiæ pudoris. ¶ Sæuaſq;.ſ.q̃ ſæuierũt ẽt ꝯtra liberos. ¶ Pulchra ꝓ.l. Ingẽti arte loquit᷑ cõſideratiõe ꝑſonaꝝ:Factũ.n. laudat dicẽs Pulchra ꝓ libertate:ꝑſonã uitupat.

Tullus in arma uiros:& iã deſueta triumphis
Agmina:quẽ iuxta ſequitur iactantior Ancus.
Nũc quoq; iã nimiũ gaudẽs popularib⁹ auris.
Vis & Tarquinos reges:animamq; ſuperbam
Vltoris Bruti:faſceſq; uidere receptos:
Conſulis imperiũ Hic primus:ſæuaſq; ſecures
Accipiet:Natoſq; pater noua bella mouenteis
Ad pœnam pulchra pro Libertate uocabit

¶DONA. Iactantior:iactat ſe quiſquis plurimum ſibi arrogat. ¶ Popularibus auris:hi ſunt fauores popu/li:quos non quærunt ſapientes. ¶ Scæuaſq; ſecures.

¶CHRI. Tullus:ĩis ciuibus q nullã ſortẽ hẽbant diuidi iuſſit p̃rna hr̃editate ad id ſibi ſufficiẽte extinctus eſt cũ regnaſſet annos duos ad.xxx. aſſumptus cũ uniuerſa familia igne q̃ domus ſua inuoluta cõflagrauit: ſiue id dolo Ancus Martius pauerit dolẽs filios Tulli in regno ſucceſſuros cũ ĩpe ex filia Nũæ nepos priuatus degeret: ſiue qđ magis credidit Diony.halica. fulmen domũ ꝑcuſſerit. Marcus cognomĩe Ancus ſucceſſit Tullo anno ſecũdo.xxxiiii.olimpiadis q plæraq; ſacraq; a Nũa auo m̃rno ĩſtituta:cũ illa neglecta uideret reuocauit:& cultores agrorũ pp opulẽtiã negligẽtiores aĩaduertẽs ad ãtiquã diligẽtiã cõpulit. Eadẽq; pacis cupiditas fuit q̃ fuerat nũæ:ſed nõ eadẽ fortũa:nã & latini & Sabini ſæpi⁹ eũ ĩuadẽtes ad bellũ cõpulerũt:quapp ſua ſapĩa ac fortitudĩe multos debellauit:& mira q̃dã clemẽtia uictos ſeruauit:& nõnullos populos romã traduxit : illiſq; locũ ĩ urbe habitãdũ tradidit. Regnauit annos q̃tuor ac.xx. urbẽ relinquẽs potẽtiorẽ q̃ inuẽit:Succeſſitq; Tar. huic p̃r fue/rat Demaratus corynthius ex bacchiadũ familia. Hic cũ naui oneraria ꝓpriis mercibus onuſta ĩ ethruriã uenit fœliciq; utens mercatura:& ethruſcorũ in græciã:& græcorũ in italiã trãferẽs merces ad ſũmas diuitias ꝑuenit & cũ tyrãnis Cypſeli bacchiadũ factiõi ĩſtaret:p̃riã pp metũ:oĩo reliqt:& Tarq. urbe ethruriæ opulẽta domiciliũ cõſtituit. Suſcepit duos filios quos ethruſis noĩbus appellãs:alterũ Arũtem:alterũ Lucũonẽ nũcupauit: & græ/ca ethruſcaq; diſciplĩa erudiuit:ſed mortuo Dẽarato : atq; arũte ſolus Lucũo p̃rimoniũ accepit: & cũ ĩ ea urbe: qa ꝑegrinus eẽt maiorib⁹ honorib⁹ ñ dignaret᷑:audiretq; Rõæ ẽt externis honores dari illuc cõtẽdit maxĩe ad hortãte Tanaqle ei⁹ uxore q̃ ethruſca diſciplĩa ĩbuta maxĩos illuc honores illũ aſſecutuꝝ eẽ ꝓdixit. Rõæq; ciuis factus ſibi ꝓ lucũone Luciũ nomẽ poſuit:& Tarqnũ ab urbe uñ uenerat:ſe cognominauit. Hic Anco ſucceſſit: Multaq; egregia domi militiæq; facinora edidit. Octogenarius ãt factus ab anci filiis doloſe occidit᷑. ¶ Secures: Faſces uirgarũ ĩ qbus ĩcluſæ eẽnt ſecures. Fiebãt aũt faſces ex betula gallica arbore cãdidiſſima:ſed & ĩ hoc loco qd de ĩſignibus magr̃atuũ ſentiat Diony.hali. breuiter aperiã Victis a Tarqnio ethruſcis eo bello qđ nouẽ ãnis cũ illis geſſit:q̃uis illos liberos reliq̃rit:tamẽ ĩpſi tanquã uicti Inſignia eoꝝ principatus regi attulerũt: qbus ĩpe Inſi/gnia Magi/ſtratuũ Roma/norum
ſuos reges adornabãt coronã:aureã ſellã:eburneũ ſeptrũ habens ſupra caput aqlã:tunicã purpureã cũ ſignis au/reis: Amictũ purpureũ uariũ:q̃les lydorũ ꝑſarumq; reges ferebãt ꝑter q̃ qđ nõ ſunt figura q̃drãgulari : ut ſunt illi:ſed ſemicirculari. Talia autẽ ueſtimẽta romani togas græci tebenum uocãt. Tulerunt etiã:ut qbuſdã hyſtoricis placet.xii.ſecures quæ ex urbib⁹ ſingulis ſingulas ſumebãt. Mos.n.erat ethruſcis unicuiq; regi lictorẽ unũ anteire facẽ uirgaꝝ in quo ĩcluſa eſſet ſecuris ferentẽ. Si uero fieret cõis oĩum ciuitatũ exercitus.xii. illas ſecures uni illi tradebãt:q dux factus eſſet omniũ copiarũ. Alii dicũt alios quoq; reges romãos ante ea.xii. lictoribus fa/ſces ferentibus ornatos ĩceſſiſſe:morẽq; hũc Romulum ĩſtituiſſe. Tamẽ nihil ꝓhibet ĩſignia fuiſſe ethruſcorũ: & ea ſimul cũ reliquis tunc fuiſſe ad Tarqnum lata:ſed nũc quoq; ſeptro:& diademate Romani donant reges. Cũ uolunt illos confirmare:hæc igitur accipiens Tarqui. cognitionẽ eius reiecit ad ſenatũ: & ad populũ. At il/li decreuerũt illa eẽ accipiẽda. Sicq; & ipſe & reliq poſt eũ reges coronã tulerũt aureã:& ueſtẽ purpureã pictã:& ſeptrũ eburneũ aſtãtibus.xii. lictoribus.q ẽt illos euntes anteibãt:& in ſella ſedebant eburnea ius dicturis. Idem.

Pierius in Pileo fol. 293. f. 2.

mos:& cõſulibus mãſit ꝑter coronã aureã:& ueſtẽ purpureã pictã:Hæc.n.ut res inuidioſa ablata ſunt illis:niſi cũ uictores triũphabãt:hæc Diony.at Macro.refert tullũ Hoſtiliũ tertiũ romanoꝝ regẽ debellatis etruſcis ſellã curulẽ:lictores togã pictã:& ꝑtextã inſignia magĩratuũ etruſcoꝝ ad romãos trãſtuliſſe:ſed ꝑtextã illo tpe puerilẽ ætatẽ nõ uſurpaſſe:ſed Tarqniũ priſcũ cũ ſabios ſupaſſet filiũ.xiiii.an.natũ qm̃ hoſtẽ ꝑcuſſiſſet:& ꝓ cõtiõe laudaſſe:& bulla aurea qđ geſtamẽ prius triũphãtiũ erat:& ꝑtexta q̃ ſola magĩratus utebant̃ iſigniſſe:In bulla .n.triũphãtes geſtabãt incluſa remedia cõtra iuidiã ualidiſſima.Hic mos fuit:ut ꝑtexta:& bulla pueri uterent̃.Alii dñt Tarqnũ iſtituiſſe ad ornatũ ingenuoꝝ pueroꝝ:ut pueri ꝑtexta:& bulla uterent̃: Sed ii dũtaxat quoꝝ pr̃es curulẽ magĩratũ geſſerãt:Cæteris ãt uſq; ad eos:quoꝝ pr̃es æquo iuſta ſtipẽdia meruiſſẽt ſola ꝑtexta ꝯceſſa ẽ.¶ Libertinis:& ꝑegrinis uti ꝑtexta nõ licebat.Deĩde cũ i ſcđo bello pũico iſtitutũ eẽt:ut i eo ſacrificio qđ ex collatis pecuniis faciũdũ eẽt libertinæ quoq; ſed ille ſolæ q̃ lõga ueſtæ uterent̃ pecuniã cõferrẽt ꝯceſſum ẽ:ut libertinoꝝ filii:q ex iuſta mr̃e cõcepti eẽnt:ꝑtexta uterent̃:& loꝝ ꝓ bulla i collo ferrẽt.Natos.L.Iunius Brut⁹ filios habuit Titũ & Tyberiũ:hos Brutus ex uxore ſua ſorore uitellioꝝ ſuſtulerat:ſed cũ uitelli ꝯtra rẽpu.de reducẽdis regib⁹ cõiuraſſent:ſua auctoritate filios:Bruti qbus auũculi erãt:in eãdẽ cõiurationẽ traxerũt mox cõiuratiõe ꝑ ſeruũ patefacta Brut⁹ q tũc cõſul erat filios ac reliquos ꝯiuratos uerberib⁹ cedi:& ſecuri ꝑcuti iuſſit.

Infelix.utcunq; ferent ea fata Minores.
Vincet amor Patriæ:laudũq; imenſa cupido.
Quin Decios:Druſoſq; ꝓcul:ſæuumq; ſecuri
Aſpice Torquatũ:& referẽtem ſigna Camillũ.
Illæ autẽ paribus quas fulgere cernis in armis
Cõcordes Animæ nũc:& dũ nocte premunt̃:
Heu quantum inter ſe bellum:ſi lumina uitæ
Attigerint:quantas Acies:ſtragemq; ciebunt.
Aggeribus Socer alpinis atq; arce Monœci
Deſcendens:Gener aduerſis inſtructus Eois.
Ne pueri:ne tanta animis aſſueſcite bella:
Neu patriæ ualidas in uiſcera uertite uires.
Tuq; prior:tu parce:genus q ducis Olympo.
Proiice tela manũ ſanguis meus.

¶SER. Vtcunq; ferẽt ea fata minores:ẽt ſi lauderis a poſteris non extorquere debet ui naturæ amor pr̃iæ.¶ Quĩ decios:qnimmo Decios reſpice: hi duo fuerũt q Mures dicti ſunt:pr̃ & filius:hoꝝ alter ſe bello gallico:alter ſamnitico uouit ꝓ republica: cũ terra & mari uniuerſum bello uellẽt exercitũ perdere.¶ Druſoſq; ꝓcul:& hi duo fuerunt:hoꝝ prior uicit Haſdrubalẽ:Liuius Druſus Salinator:alter eſt filius liuiæ uxoris Auguſti.¶ Sæuũq; ſecuri Aſpice to.Hic Gallũ quẽdã ſingulari certamine ſupauit:& eius ſibi torquẽ ipoſuit:unde & nomẽ accepit.Hic ad urbẽ ꝑgẽs ꝑcepit filio ut tãtũ caſtra tueret̃:ille nacta occaſione uictoriã cõſecutus ẽ.Reuerſus poſtea pr̃ laudauit fortunã populi Romãi:ſed filiũ ut dicit Liui⁹ fuſtuario necauit.Sæuũ ergo iure occidẽdi:nõ ferri genere:nã ſecuri nõ aĩaduertit in filiũ.¶ Referentẽ ſigna camillũ:Brẽno duce Galli apud Aliã fluuiũ deletis legionibus euerterũt urbẽ Romanã abſq; capitolio:ꝓ quo immẽſam pecuniã acceperũt.Tũc camillus abſens dictator eſt factus:cũ diu eſſet apud Ardeã in exilio ꝓpter ueientanã prædã nõ æquo iure diuiſam:& Gallos iã abeuntes ſecutus eſt:qbus interemptis auꝝ omne recepit:& ſigna qđ cũ illic appendiſſet ciuitati nomẽ dedit.Nã piſauꝝ dicitur:ꝙ illic auꝝ penſatum eſt.Poſt hoc tamen factũ rediit in exiliũ:unde rogatus reuerſus eſt.¶ Fulgere:ab eo quod eſt fulgo fulgis accentũ in prima.¶ Et dum nocte premuntur:bene alluſit.Nã dũ pauperes fuerũt:concordes manſerunt:& concordiã in humilitate tenuerunt:cũ nobilitate uero in bella uenerunt.¶ Aggeribus ſocer alpinis:a munimentis alpiũ.Hæc.n.Italiæ murorum exhibent uicẽ.Socer uero quia Pompeius habuit Iuliam filiã Cæſaris:quæ in partu periit.Vnde ẽt iſti facile in bella uenerunt: unde Lucanus Morte tua diſcuſſa fides:bellumq; mouere Permiſſum eſt ducibus.¶ Arce monœci:de Liguria:ubi eſt portus Monœci Herculis.Dictus eſt autem μονοικος uel ꝙ pulſis omnibus illic ſolus habitauit:uel ꝙ in eius templo nunq̃ aliquis deoꝝ ſimul colit̃:Sicut in Iouis Minerua & Iuno:in Veneris Cupido.¶ Aduerſis inſtructus eois:Orientis.n.auxiliis uſus eſt.¶ Aſſueſcite bella:mire dictum eſt.Ab ipſis enim quaſi conſuetudinẽ fecit populus Romanus bellorum ciuiliũ.Octies enim geſta ſunt:Ter a Cæſare contra Pompeianum in Theſſalia.Item cõtra eius filium magnũ in Hiſpania.Item contra Iubã & Catonẽ in Africa.Mortuo Cæſare ab Auguſto contra Caſſiũ & Brutum in Philippis ciuitate Theſſaliæ.Contra Luciũ Antonium Peruſii.Contra Marcũ Antoniũ & Cleopatram in Epiro:& Sextum Pompeium in Sicilia.¶ Tuq; prior tu parce:Cæſari dicit: quẽ clementem circa Pompeianos legimus:cui uult hoc tunc eſſe mandatum:licet Lucre.dicit Cæſar in arma furens nullas niſi ſanguine fuſo Gaudet habere uias:item gaudet tamen eſſe timori:tã magno populis & ſe nõ malet amari.

¶DONA. Infœlix:q̃uis ob commodum publicum te laudent:tamẽ infœlix erit propter natos cæſos.¶ Pueri:nam quiſq; cũ naſcitur puer eſt.Tanq̃ autem optimus pater recte conſulit poſteris:eoſq; ſapienter admonet.

¶CHRI. Inœflix:fuit qdem dignus laude Brutus q patriæ libertatẽ filiis ꝓpoſuerit:ſed & ſi uir optimus tamen infœlix:q in eã calamitatẽ inciderit:ut filios necare coactus ſit.Ergo hominis uirtutẽ laudat fortunã uituperat.¶ Druſos:druſum intelligit:q ſcordiſcos gentẽ thraciæ efferatã reꝑſſit potiuſq̃ eũ qui in promulgatione legis agrariæ magna incendia belli ciuilis relinquit.¶ Torquatũ:erat bellũ cum latinis grauæ:& periculoſum qppe:cũ & mores:& arma:& uirtus cũ romanis par eſſet.Cõſules edixerant ne quis extra ordinem pugnaret.Titus autẽ Mallius conſulis filius ametio equite tuſculano ad ſingulare certamen ꝓuocatus ſiue pudore:ſiue ira recuſare:ꝓhibitus acceſſit ac ſupauit.Mallius aũt cõſul in cõtione q̃do inqt Malli ſpreto conſulari iperio eo me ipuliſti:ut aut meoꝝ aut rei publice obliuiſcendũ ſit nos potius delicto nr̃o plectamur q̃ reſp.ſuo dãno nr̃a peccata luat Triſte exẽplũ:ſed in poſterũ ſalubre inuẽturi erimus.Deinde ſecuri filiũ ꝑcuti iuſſit:ait Liui.in.viii.

^Pierius lib.34.fol 244.f.2.

SER. Ille triumphata: Mumiũ ſignificat. Ipſumq́ꝫ æaciden: neceſſe eſt: ut ille ſubaudiamus. Pyrrhũ eni quem æaciden dicit Curius & Fabricius uicerunt ferentem Tarentinis auxiliũ. Hic poſtea fugit in græciam: & illic occiſus eſt: Nã cum Argos obſideret ictu tegulæ periit. Argos uero & Mycenas alii uicerunt. Qu. Metelus & Mumius. Vltus auos: aut diſtinguendum eſt: ut ſit troiæ Mineruæ pro troianæ: principale pro deriuatiuo aut certe auos Troiæ: non quos Troia habuit auos: ſed qui de Troia fuerunt: ideſt auos Troianorum. Magne Cato: Cenſorinum dicit: qui ſcripſit hiſtorias multas: & etiam multa bella confecit. Nam uticenſem præſente

Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho
Victor aget currum cæſis inſignis Achiuis.
Eruet ille Argos: Agamemnoniaſq́ꝫ Mycenas:
Ipſumq́ꝫ Aeacidẽ: genus armipotẽtis Achilli
Vltus auos Troiæ: tẽpla & temerata Mineruæ
Quis te magne Cato tacitũ: aut te coſſe rliq̃t:
Quis gracchi ge9: aut gemios duo fulmia bel
Scipiadas cladẽ Libyæ: paruoq́ꝫ potentẽ (li
Fabricium: uel te ſulco Serrane ſerentem:

Auguſto: contra quem pater eius dimicauit: & anticationes ſcripſit laudare non poterat. Supra autem Mineruæ templa temerata per ſtuprum Caſſandræ dicit. Coſſe reliquat: Coſſus tribunus militaris fuit: Hic Lartem Tolumniũ a loco dictum occidit: & opima ſpolia reuocauit: Erit autem nominatiu9: hic lar huius lartis. Quis gracchi genus: Gracchos ſeditioſos conſtat fuiſſe: nobiles tamen genere. Namq́ꝫ p Corneliam nepotes Scipionis Africani fuerunt. Vnde Iuuenalis ad eam Tolle tuum præcor Annibalem uictumq́ꝫ Syphacem. Ergo Scipiones dicit per Gracchi genus: Duo autem fuerunt: maior Africanus: Aemilianus minor: qui obſidiõe Carthaginis ab Italia reuocauit Annibalem. Scipiadas: hi gemini fratres fuerunt: qui cum fortiſſime dimicarent in Hiſpania apud Carthaginem nouam: quæ Spartaria dicitur: interempti ſunt: quorum alter pater patruus Scipionis Africani maioris fuerunt. Cladem Libyæ: Scipiones Africanos duos maiorem & minorẽ: quorum alter uicit Carthaginem: alter deleuit. Fabricium: paupertate glorioſum. hic eſt qui reſpondit legatis Samnitum aurum ſibi offerentibus Romanos non aurum habere uelle: ſed habentibus aurum imperare. Serrane ſerentem: Attilius quidam ſenator fuit qui cum agrum ſuum coloret: euocatus propter uirtutem dictaturam. Serranus autem a ſerendo dictus eſt.

DONA. Vltus auos: te uehementer reficit animum filii interitum græciæ: & ultionem troiæ promittẽs. Atq́ꝫ hic enim addit tranſitus quidam ne una: & cõtinua narratio tedioſa ſit hinc enim generibus uarietas naſcitur: & quaſi noua initia aliarum narrationum fiunt.

CHRI. Triũphata. l. Mumiũ ĩtelligit Hic cũ acheis: & beotiis & chalcidenſibus pugnãs ad Iſtmon uicit totãq́ꝫ achaiã ĩ ptatẽ po. ro. redegit. Corynthũ ex. ſ. c. diruit qa ibi romanorũ legati uiolati fuerãt. Thebas quoq́ꝫ & chalcide: qa auxilio achæis fuerãt diruit. Vir adeo abſtinẽs: ut ex tot opibus ornamẽtiſq́ꝫ q̃ p̃diues corynth9 hũit nihil ſibi ſũpſerit. In triumpho ſuo magnã uim ſignorũ æreorũ ac marmoreorũ ac pictarũ tabulatũ fuit. Aeacidẽ: Aeacus auctor huius familiæ fuit Iouis fili ex Aegina Aſopi filia: iſti igitur peleum genuerunt: & ipſe achillẽ ſummis laudibus ab Home. celebratũ: Ex hoc natus eſt Pyrrhus: q & Neoptolemus eſt apppellatus. Ex eadẽ familia lõga ſucceſſione natus eſt Pyrrhus epirotaꝝ rex. Iginus tamẽ in hoc loco remouendum cẽ ſuit. Eruet ille argos ſi ſequif ipſumq́ꝫ æacidẽ. Nam & in illo poſſet eſſe cã quod. L. Mumius qui uicit achaiam uiciſſet argos: & micœnas eiuſdẽ ditionis urbes: ſed hoc ipſumq́ꝫ æacidẽ delẽdũ eſt. Et ſuperuixiſſet Vir. deleuiſſet: qa nullo pacto cõuenit. L. Mumii cũ ætate curii: ſed q̃ſo cur nõ põt ſic legi. Ille triũphata. ſ. nã. L. Mumius deĩde cum dicit ipſum æacidẽ intelligamus ille alius. ſ. Curius: Nã multo obſcurior eſt ĩ Buc. Quid loquar aut ſcyllã niſi quã fama ſecuta eſt Candida ſuccinctã latrantibus inguina nr̃is: Et tamẽ procedit ſnĩa: Quid loquar aut ſcyllã. nĩſi: an aliã ſcyllã quã fama ſecuta eſt. Armipotentis: nã Home. illũ omnium græcorũ fortiſſimum ſcribit. Magne cato: ſi de cẽſorino loqtur iure magnum appellat: nã ſnĩa oĩum tribus maximis rebus excelluit. Maximus. n. orator maximus imperator: maximus ſenator fuit. Inuidia inimicorum quater ac quadragies accuſatus ſemper abſolutus eſt: hic Tuſculi natus fuit: & in ciuitatẽ receptus prĩcipiũ portiæ familiæ præſtitit. Duas habuit uxores: ex prima habuit filiũ q p̃tor deſignatus uiuo pr̃e mortuus ẽ: & ægregios de iuris diſciplĩa libros reliqt. Huius filius fuit. M. Cato cognominatus. Nepos orator ſatis uehemens: & cum Qu. Martio rege in aphrica defunctus eſt: Qui & filium habuit qui ædilis: & prætor factus in gallia narbonenſi eſt defunctus Ex ſecunda uxore: quæ Soloni clientis ſua filia fuit: duos ſubſtulit filios. L. & M. Catonẽ ex. M. Catone natus eſt. M. Cuticenſis omnium uirtutum exemplar. Cuius filius. M. Cato cum Bruto in prælio philippenſi occiſus ẽ. Portia familia: ut apparet in nono macedonici belli libro plebeia erat. Gracchi. T. Gracchus bis conſul: bis triumphator: bis cenſor: Corneliã africani maioris filiam uxorem habuit quam adeo dilexit: ut eius ſalutem ſuæ propoſuerit: & ipſa eo mortuo nuptias Ptolomæi ægyptiorum regis cõtempſit. T. & C. Gracchos filios oratores excellentiſſimos reddit. In Tito aſpectũ: & ingenio humanitatis apparuit. C. aſper & concitatus fuit. Ambo q̃uis diuerſis tẽporibus cum agrariã legem aduerſante ſenatu ferre tentarent cæſi ſunt. Scipiadas: patronomicum pro nomine proprio poſuit metri cauſa: nam Scipiones non recipit exameter uerſus ſic Lucretius. Scipiades belli fulmen carthaginis horror. Fuerunt ii gemini fratres. ſ. Gn. Cornelius Scipio & . P. Cornelius Scipio: Scipiones
quorum. P. Conſul ad ticinum flumen cum Hannibale fortiter dimicando uulneratus ab adoleſcente filio: qui Africanus maior fuit a mortis periculo liberatus eſt. Hi ambo in hyſpania Haſdrubale Hannibalis fratre profligato afrorum milia. xxv. occidere. Decem uero milia cepere. Poſtremo inſidiis afrorum oppreſſi eodem die ambo periere: ſed Gnei filius fuit Gn. Corne. Scipio naſica: qui ſenatus totius iudicio optimus iudicatus ẽ. Et in hyſpania qnquaginta rebellãtium oppida imperio reſtituit. Luſitanos acie uicit cum bois bellum geſſit

quorum.xxv.milia proſtrauit:Dalmaticos repreſſit.Publii filii duo fuerũt.P.Scipio africanus:&.L. Scipio aſiaticus:Publius:ut dixi patrem liberauit Haſdrubalem hyſpania pepulit.Inde carthaginem uicit hic filios duos habuit:Alterum ita a patre degenerantem:ut uecordia:& amentia monſtro ſimilis fuerit. Alterum Publium ſcilicet corpore imbecillem animo uero præſtantiſſimum:qui filiis carens Amilium Pauli æmilii filium adoptauit qui Scipio africanus minor eſt cognominatus:qui celtiberos uaceos: & cantabros uicit chartaginem indeeuertit. Poſtremo in hyſpaniam reuerſus numantiam ſubſtulit.L.autem Scipio ſuperioris africani frater primus ui ultra helleſpõtũ in aſiam traiecit Antiochum uno:& inſigni p̄lio ſuperauit:& quinq̃ginta hominũ milibus cæſis aſiã romano ĩperio adiecit.⁋ Coſſe:Aemelius Mamercus dictator ueientes fidenates:& faliſcos iuxta fidenas p̄lio uicit:ubi Aulus Cornelius coſſus uir nobilis:& corporis aĩ fortitudine excellẽs aĩaduertẽs regem.Tolũnium cũ eq̃tibus omnẽ pugnã ſuſtinere cicato equo eũ ꝑcuſſit ad terrã deiecit: ac mox ipſe deſiliens uulneribus cõfecit:caputq; eius abſciſſum:& pilo affixũ per agmẽ circũferẽs regiis ſpoliis inſignẽ terrorẽ hoſtibus:ſuis uero aĩum auxit. Itaq; ſpolia opima in tẽplũ Iouis feretri iuxta ſpolia Romuli fixit. Erat tunc Coſſus tribunus militũ:ut reliq̃ auctores ante Liuiũ ponunt.Verũ cũ ſpolia opima nõ ſint niſi q̃ dux duci detraxit credit ipſe illum cõſulẽ fuiſſe refertq;.Auguſtũ cũ templũ uetuſtate ꝓlapſum reſtauret affirmaſſe ſe in thorace linteo inueniſſe titulum conſulis:Serane ſunt uero qui intelligant de Attilio ſerrano: quoniam ſerẽti dati ſunt po.ro.honores:alii putãt de.L.Quintio Cincinato hæc dici:quẽ a ſerẽdo ſeranum appellat. Ruperãt eq̃ fœdus & Graccho cloelio duce lauinium:& tuſculanum agrũ ĩuaſerãt:& in algido Minutiũ cõſulem obſidebãt.Erat .L.Quintius Cincinatus:qui trans tyberim:ubi poſtea naualia ferunt quatuor iugeꝝ agrũ colebat quæ prata Quintia appellabantur.Colebat ergo agrũ ſiue arã:ſiue foſſam fodiens:cũ nuncius uenit eũ dictatorẽ eſſe creatum.Quapropter togam a Racilia uxore accipiens in urbem accerſitus uenit: & in dicto iuſtitia nihilq; priuatim agi permittẽs cum maximo exercitu in algidum uenit:Equios prælio uicit.Gracchũq; ducẽ in deditionẽ accepit:& hoſtibus ſub iugũ miſſis:Predam omnem ſuis militibus:nõ autem conſularibus diuiſit: cõſulemq; magiſtratu abire iuſſit:q̃ ignominiam modeſte tulit conſul magis beneficii q̃ ignominiæ memor.Quintius a cõſulari exercitu corona aurea donatus triumphauit.xvi.die dictatura quã in ſex mẽſes acceperat ſe abdicauit

Quo feſſum rapitis Fabii? tu Maximus ille es
Vnus qui nobis cunctando reſtituis rem.
Excudent alii ſpirantia mollius Aera.
Credo eq̃dẽ: Viuos ducẽt de marmore Vultus
Orabunt cauſas melius:Cæliq; meatus
Deſcribẽt Radio:& ſurgẽtia ſydera dicent.
Tu regere ĩperio populos Romane memẽto.
Hæ tibi erũt Artes:paciq; imponere morem.

⁋SER. Quo feſſum rapitis Fabii? Cur me o Fabii feſſum ad ueſtrã narrationẽ: aut certe feſſum triſtem:ut Ter feſſus ualde reſedit.ſ.ꝓpter eorum mortem.Nam trecenti ſex fuerũt de familia una:qui coniurati cũ ſeruis & clientibus ſuis contra ueiẽtes dimicarũt:& inſidiis apud Cremeram fluuiũ interempti ſunt:Vnus tantum ſuperfuit.ſ.Fabius Maximus:qui propter tenerã adhuc pueritiam in ciuitate remanſerat:a quo per temporis ſucceſſionẽ longioris Fabius ille maximus creatus eſt: qui poſtea cum Annibalis impetũ ferre non poſſet:mora eum eluſit:& ad Campaniam traxit:ubi delitiis uirtus eius obtorpuit: hic eſt de quo Ennius:Vnus homo nobis cunctando reſtituit rẽ.Non ponebat enim rumores ante ſalutẽ.Ergo poſt:Magiſq; uiri nunc gloria claret. Sciens enim Virgilius quaſi pro exemplo hunc uerſum poſuit.⁋ Excudent:alii cudendo efficient:& eſt rhetoricus locus.⁋ Spirantia æra:animata.Horatius.Et molles imitabitur ære capillos.⁋ Viuos uultus:hoc eſt quod dixit ſpirantia. Per æra Corinthios indicat:per marmor parios:per actionem cauſarum Atheniẽſes:per aſtronomiam Aegyptios & Chaldæos.⁋ Pacis morem:leges pacis.

Fabis Gens ⁋CHRI. Fabii:familia hæc multis uariiſq; tp̄ibus optime de repu.cum ſua gloria merita eſt: Primus ãt in ea Fabius dictus eſt a fabis.Nã ut refert Pli.cũ in magno ꝑcio agricultura eſſet:q lẽtibus amplioribus reliquos anteiret lentulus:qui ciceribus Cicero:& q fabis Fabius nominatus.Eratq; ampliſſima laus ſiq̃s probus uir:& bonus colonus nominaret̃ dictos eẽ aſſerũt qd̕ prope foderẽt.Primus autem ex fabiorum familia conſul fuit Qu.Fabius:q equos:& uolſcos ſupauit:& tres annos cõſul fuit:ſed &.M.Fabius uolſcos: & ueientes uicit.⁋ Tu maximus:uide Serui.⁋ Excudent:cudere ꝑcutere:excudere uero eſt cudẽdo aliq̃d ꝑficere.⁋ Spirãtia: ita exacta arte ꝑfecta ut ſpirare.i.uiuere uideant̃.Oẽ.n.animal qd̄ ſanguinẽ hẽt pulmonẽ quoq; hẽt: quo ueluti follibus q̃buſdã aer haurit̃ & remittit̃:quo cor multo ſanguine calefactũ refrigeratur:ergo uitã ſine hoc ſpiritu ducere non põt:ut diximus ibi uitales carpis auras.Quæ uero ſanguine carent pulmone quoq; carent: ut ſunt cicadæ formicæ apes:& cætera inſecta in quibus nulla eſt quæ naſcitur ex ſpiritu illo a pulmonibus remiſſio:& in ore reuerberatio.⁋ Viuos uultus:ideſt mutationes illas facies q̃ ex affectibus diuerſis animorũ diuerſe gignunt̃: q̃ niſi in uiuẽtibus eẽ nõ poſſunt.⁋ Spirantia era:ars ipſa aut ſubtilis eſt ut in marmore:aut plaſtice:ut in terra:& gypſo aut fuſilis:ut in ære cæteriſq; metallis.⁋ Meatus cœli:motus:& fluxus:& cõuerſiones cœloꝝ & ſtellarũ: quã ſcientiã ĩuenerũt uel ægyptii uel aſſyrii:Vel ut aliis placet Atlas Libyæ filius.⁋ Radio:de hoc ĩ Buco.⁋ Tu romane:quaſi dicat in quo ꝑfecta abſolutaq; eſt diſciplina reipu.adminiſtrãdæ:hinc Cic.in tuſculã. Rem uero publicã noſtri maiores certe melioribus tẽperauerũt & ĩſtitutis:& legibus.⁋ Populos.q.d.cui tanta inierit prudentia:tanta animi magnitudo:tantaq; iuſtitia:& in ipſa iuſtitia tãta ĩnocẽtia:ut nõ ſolũ ſeipſum:ſed reliquos quoq; populos recte adminiſtrar̃ poſſis.⁋ Hæ artes.q.d.tam admirabiles artes:& reliquaꝝ oĩum ꝑclariſſimæ quæ ſalutẽ:& dignitatẽ publicã cõtinẽt.nam bonũ quãto magis uniuerſale eſt:tãto ꝑclarius. Adminiſtratio uero reipu.oĩa complectitur.Ergo cæteris omnibus uirtutibus eſt præponenda.⁋ Tibi: quaſi dicat: & non aliis.

Excudo Cudo

¶SER. Spoliis marcellus opimis: Hic Gallos & Pœnos eq̄ſtri certamine ſupauit. Viridomorũ ẽt Gallorũ ducẽ manu ꝓpria ĩteremit: & opima rettulit ſpolia: q̃ dux detraxerat duci: ſicut Coſſus Larti Tolũnio. ¶ Supeminet omneis: uirtutis ſecũdũ genere. ¶ Rẽ romanã: ſtatũ reipu. ¶ Turbãte. t. iõ tumultu: q̄a res in Italia gerit̃. ¶ Siſtet: cõfirmabit: corroborabit. ¶ Tertiaq; ar. p. Captaq; hæc tertia opima ſpolia ſuſpẽdet prĩ. i. Ioui. ¶ Capta qui: q̄lia & Quirinus ceperat. i. Romulus de Acrone rege Cenĩnẽſiũ: & ea Ioui ſuſpẽderat: poſſumus & qđ eſt melius ſecũdũ legẽ Numæ hũc locũ accipe: q p̃cepit prima opima ſpolia Ioui Pheretrio debere ſuſpẽdi: quod iã

Parcere Subiectis: & debellare Superbos.
Sic pater Anchiſes: Atq; hæc mirãtibus addit.
Aſpice ut inſignis ſpoliis Marcellus opimis
Ingredit̃: uictorq; uiros ſupereminet omneis.
Hic rem romanam magno turbante tumultu
Siſtet eques: ſternet Pœnos: Gallumq; rebellẽ.
Tertiaq; arma patri ſuſpẽdet capta Quirino.
Atq; hic Aeneas (una nanq; ire uidebat
Egregium iuuenẽ forma: & fulgẽtibus armis:
Sed frõs læta parum & deiecto lumina uultu)

Romulus fecerat: ſecunda Marti: quod Coſſus fecit: tertia Quirino: qđ fecit Marcellus Quirinus autem eſt Mars: qui p̃eſt paci: & ĩtra ciuitatẽ colitur. Nã belli Mars extra ciuitatẽ tẽplũ habuit. Ergo aut ſuſpẽdet prĩ. i. Ioui: aut ſuſpẽdet prĩ Quirino. Varie de hoc loco tractant cõmentatores Numæ legis ĩmemores: cuius facit mẽtionẽ Liuius. ¶ Egregiũ forma iuuenẽ & fulgẽtibus armis: Tria ſunt ſecũdũ Carminiũ: pulchritudo: ætas: & uirtus. Significat aũt Marcellũ filium Octauiæ ſororis Auguſti: quẽ Auguſtꝰ ſibi adoptauit. Hic. xvi. anno ĩcidit ĩ ualitudinẽ: & piit. xviii. ĩ Baiano cũ ædilitatẽ gereret. huius mortẽ ciuitas uehemẽter doluit: nam affabilis fuit: & Auguſti filius: ad funeris huius honorẽ Auguſtus ſexcẽtos lectos intra ciuitatẽ ire iuſſit. Hoc autẽ apud maiores glorioſum fuerat: ẽt dabat̃ pro q̄litate fortunæ. Nã Sylla ſex milia habuit Igit̃ cũ ingenti gloria & põpa elatus & in cãpo Martio eſt ſepultus. Ergo mõ in Auguſti adulationẽ q̄ſi epitaphion ei dicit. Etiã cõſtat hũc librũ tãta ꝓnũtiatiõe Auguſto & Octauiæ eẽ recitatũ: ut fletu nimio imperarẽt ſilẽtiũ: niſi Virgilius finẽ eẽ dixiſſet: q pro hoc ære graui donatus eſt. i. maſſis. Nã ſic & Liui. Argẽtũ graue dicit. i. maſſas. ¶ Sed frõs læta parum: omẽ eſt mortis cito futuræ: contra alibi: Incipe parue puer riſu cognoſcere matrem.

¶CHRI. Parcere ſubiectis: deſignat qd ꝓpriũ ſit eorũ q reſpu. præſunt. Cum. n. quies: & pax ciuitatis ſummũ bonum ſit: Ea maxime rõne bella gerenda eẽ uideant̃: ut nihil niſi pax q̄ſitum eſſe uideatur: itaq; erit eorũ officiũ quietos: & legibus obtemperãtes tutos eẽ iubere: eoſq; ab omni iniuria prohibere: ſuperbos uero: & cõtumaces: qui aduerſus leges alienum ocium ſua immanitate cõturbãt bello ĩſectari: & ut legibus optemperẽt cogere: & illorũ ceruices frangere. Marcellus ſpoliis opimis poſtulat locus: ut de Ioue feretrio quædam altius repetamus. Romulus ergo: ut ait Dony. halicar. cẽnienſium exercitu in fines romanos irruente cæſo urbem ipſam ĩgrediẽs Acronẽ illius regẽ cũ ualida mãu ſibi obuiã ĩtra urbẽ factũ ſua manu ĩterfecit. Supauit ẽt antemnates. Deĩde Acrõtis ſpoliis ĩſignis uictor rediit domũ p̃dã oẽm reducẽs. Diiſq; comã lauro coronatus: & q̄drigis ĩuectus ſequentibus eq̄ſtribus pedeſtribuſq; copiis egregie ĩſtructus diiſq; primũ p̃dæ primitias offerens multa ſacrificia fecit: ultimuſq; iis poſt põpã ibat purpurea ueſte amictus deos laudãtibus cũ uerſibus patriis q ẽt ducẽ ipſum ex tẽporaneis carminibus extollebãt: cũcti etiã illi obuiã ex urbe uenerũt cũ uxoribus: & liberis ex utraq; uiæ p̃te lætitiã ex uictoria oſtẽdẽtes. Vrbẽ aũt ĩgreſſi crateribus uino plenis occurrũt potare uolentibus: & menſæ apud excellẽtiores familias ĩ prõptu erãt oĩ genere epularũ refertæ. Victorialis igit̃ & tropheophera põpa & ĩmolatio: quã romani triũphũ uocãt a Romulo huiuſcemodi prima ĩſtituta fuit: q̃ nr̃a ætate ſũptuoſiſſima & ĩſolẽs: & ad diuitiarũ potius oſtẽtationẽ q̃ uirtutis decãtata priſcæ percitatis formã prorſus exuit. Poſt põpã uero & ſacrificiũ Romulus extructo tẽplo in capitolio Ioui quẽ feretriũ rõani uocant nec magno: nam adhuc ueſtigia extãt ubi maiora latera denum pedum habet minora q̄nũ pedum cennienſiũ regis ſpolia ſua manu cæſi cõſecrauit: hũc aũt feretriũ ſiqs uelit tropheũ uocare: ſiue ut aliis placet ſcylophoron: ſiue q̄a oẽs excellit: oẽmq; rerũ naturam in circuitu cõprærhendit rerũ naturã hypperetẽ nõ obſtabit: hoc Diony. Liui. aũt ſcri. Romulus igit̃ tẽplũ cõditurus ita ait: Iuppiter feretri hæc tibi uictor Romulus rex regia arma ferens tẽplũ his regionibus q̄s modo animo metatus ſum dedico ſedem opimis ſpoliis q̃ regibus ducibuſq; hoſtium cæſis me auctorẽ ſeq̄ntes poſteri ferrẽt. ¶ Feretrius: Iuppiter appellat̃ qđ fulmĩe ſillius Tertia q tulerit ſublimis opima tonãti. Numa põpilius in cõmẽtariis ſuis: ut Plutarchus meminit ſpolia opima ſit cõſecrari ĩſtituit. Prima Ioui feretrio cũ. ccc. aſſibus: ſecũda Marti cũ. lxxx. aſſibus: tertia Quirino cũ cẽtũ aſſibus: Poſt Romulũ ſecutus ẽ Coſſus de quo dictũ ẽ: tertius fuit Marcel. M. Claudiꝰ Marcel. M. Claudii fi. a Marte nomẽ accepit pp p̃ſtãtiã rei militaris: ut Poſſidõiꝰ ſcri. græcis litteris eruditꝰ prio ædilis curulis: ĩde augur. poſtrẽo cõſul creatꝰ: & miſſus cõtra gallos ĩſubres Britomachũ: uel ut alii dicũt uiridomarũ ducẽ cecidit: cuius opima ſpolia Ioui feretrio tulit. Tertius a Romulo q̄nq̄es cõſul factus fuit: Quarto cõſulatu euertit ſyracuſas ſecũdo bello punico in quo ſæpenũero exercitũ pœnorũ cecidit: Quĩto cõſul apud brutios uaticinio monẽti nõ credidit ĩſidiis ab Hãnĩbale circũuẽtus ĩterfectus ẽ. Corpus Hãnibal dẽpto ãnulo magnifice cremauit: reliq̄aſq; ĩ argẽteo uaſe ad filiũ reiſit: q̄s ut ait Cor. nepos Nũidæ obuii raptas diſſiparũt. Liuius & Auguſtus illæſas delatas aiũt. Eius nepos Marcellus q ĩteriit cũ in africã naues traiiceret mõimẽtũ erexit: ut Pediãus Aſcãius cũ tali titulo. Hic ſiti ſũt Marcel. tres nouies cõſules: Auus q̄nq̄es: filius ſemel: nepos ter. ¶ Egregiũ. ſiu. Miro ĩgẽio & artificio laudat iuuenẽ ab ĩdole: q̄m p ætatẽ nihil p̃ſtar̃ potuit: qđ laudẽ dignũ eẽt p̃ter ſpẽ futurarũ uirtutũ. Itaq; cũ a prĩcipio ſũmã captaſſet attẽtionẽ: oñdẽs æneã tã cupidũ ſciẽdi laudat eũ a forma corpis & aſpe futur̃ fortitudinis. Captat & ſũmã cõmiſerationẽ ex eo qđ ſit frõs læta parũ. Demõſtrat. n. tãtæ uirtuti fortunã ĩuiſurã. Neq; paſſurã illã p̃fici poſſe.

Feretriꝰ Iupiter

*bello Punico [?] ... aliquando Romani etiam equis superiores esse, cum prius robur omne eorum in legionib. consisteret. Pier. Valer. in equo. f. 34.*

Quis Pater ille uirū qui ſic comitatur euntē?
Filius an ne aliquis magna de ſtirpe Nepotū?
Quis ſtrepitꝰ circa comitū? q̃tū iſtar ī ipſo ē?
Sed Nox atra caput triſti circūuolat umbra.
Tū pater Anchiſes lachrymis īgreſſus obortis:
O Nate ingentem luctum ne quære tuorum.
Oſtendent terris hunc tantum Fata:neq; ultra
Eſſe ſinent:nimium uobis Romana propago
Viſa potēs Superi:ꝓpria hæc ſi dona fuiſſent.
Quātos ille uirum magnā Mauortis ad Vrbē
Cāpus aget gemitus? uel quæ Tiberie uidebis
Funera:cum tumulum præterlabere recentē?
Nec puer Iliaca quiſq̄ de gente Latinos
Intantū ſpe tollet auos:Nec Romula quondā
Vllo ſe tantum Tellus iactabit Alumno.
Heu Pietas:heu priſca Fides:inuictaq; bello
Dextera.non illi quiſq̄ ſe impune tuliſſet
Obuius armato:ſeu cum pedes iret in hoſtem:
Seu ſpumātis Equi foderet calcaribus armos.
Heu miſerāde Puer:ſiqua fata aſpera rumpas:
Tu Marcellus eris:manibus date Lilia plenis
Purpureos ſpargā flores:animamq; Nepotis
His ſaltem accumulem donis:& fungar inani
Munere.ſic tota paſſim regione uagantur:
Aeris in campis latis:atq; omnia luſtrant.
Quæ poſtq̄ Anchiſes Natū ꝑ ſingula duxit:
Incenditq; animum famæ uenientis amore:

¶SER. Virum qui ſe comitat̃ euntē:Marcellū cui ſimilis eſt.¶Quis ſtirpe:ꝓpter ædilitatem.¶Inſtar:ſimilitudo:& eſt nomē quod nō recipit præpoſitionem. Ad inſtar enim nō dicimus:quod Probus declinat.¶Oſtēdent terris hunc tantum fata:parum illuceſcet:& mox peribit.¶Viſa potens ſuperi:cum indignatione dictum. Inuidiſtis gloriæ Romanæ:& ueſtris muneribus. Nam felicitas ueſtra ſunt munera.¶Propria:ꝑpetua:ut Propriamq; dicabo.¶Mauortis campus:in quo eſt ſepultus.¶Funera:propter ſexcentos lectulos.¶Intantum ſpe tollet auos:Eriget generis antiquitatem & rhetorice ſpem laudat in puero: quia facta non inuenit. Eſt autem Cicero in dialogo cauſa difficilis laudare puerum. Non enim res laudanda:ſed ſpes eſt.¶Nec romula quōdam:pro Romulea:ut Quos africa terra triumphis Diues alit:quondam autem poteſt & præteriti eſſe & futuri.¶Foderet calcaribus armos:ſpecies pro gere. Equi armos pro equo poſuit. Nō enim poſſunt armi calcaribus fodi.¶Fata aſpera rumpas:poſſe aliqua ratione fata dirumpi per tranſitum docet.¶Tu Marcellus eris:talis qualis eſt Marcel.ille uir ampliſſimus ſuperius dictus.¶Purpureos flores:ut ſæpe diximus propter ſanguinis ſimilitudinem: quia aut anima eſt:aut ſedes animæ.¶Nepotis: poſteri. Non enim re uera nepos fuit.¶Inani Munere: ſecundum Epicureos nō profuturo.¶Sic:iſta noſcētes.¶Aeris: aeriis in campis colliſionem fecit. Locutus eſt autem ſecundum eos qui putant elyſium lunarem eſſe circulum.¶Incenditq; animum:Nam ſupra ait:Et dubitamus adhuc uirtutem extendere factis.

¶DONA. Quis pater ille uirum:interrogat Aeneas cum admiretur formam iuuenis & triſtitiam in fronte equi ſit.¶Manibus date lilia plenis:affectū dolentis expreſſit dicendo date:cum nō eſſet preſto qui darent.¶Manibus plenis:plena officia ſignificat. ¶Sic tota paſſim regione uagantur: non compleuit omnia quæ apud inferos agebantur: eſſet enim uitium ſi totum uellet ſuo carmine complecti:quia & longum & impoſſibile.

¶CHRI. Lachrymis obortis:nō potuit commodius alia ratione extollere nomen adoleſcentis q̄ oſtēdere q̄ iniquo animo illius immaturum interitum ferat Anchiſes:cui totius generis cognitio data eſſet. ¶Luctum ne quære:dixit ne q̄re q̄ſi dicat ꝙ & mihi narrāti & tibi audienti moleſtiſſimum ſit futurum. ¶Luctum:quia nihil niſi luctum allaturum ſit.¶Ingentem:ꝙ eſt plus q̄ magnum.¶Tuorum:ac ſi dicat populariter omnium ueluti quæ actura ſic omnino publica.¶Oſtēdēt terris.q.d.tādiu uiuet:donec magnam de ſe ſpē apertiſſime præbeat:nec ultra progreditur:ne quid præſtare poſſit.¶Nimium uobis:pleniſſima indignatione exclamatio. Nec enim niſi maximam Romani generis iacturam uideret tam pius uir deos inuidia accuſaret: ſed ſuperauit affectus magnitudo ipſam rationem:quod niſi ex magno dolore accidere non potuit.¶Nimium potens:quaſi uelit inferre ꝙ humanam conditionem tanto ciue tranſcenſura ſit.¶Propria:perpetua ut da propriam tymbreæ domum. Domū enim dei oportuit eſſe tantum uirum:ſed non fuit diuturnum.¶Quantos gemitus:qui ex uero dolore proueniunt:nam non accidit gemitus niſi præ ſumma anguſtia animi:neq; illa eſt niſi a ſummo dolore. Vides ergo quot locos:ut laudaret ibi inuenerit ubi pene nullos putares.¶Virum:ideſt fortiſſimorum hominum quibus niſi res maximi ponderis ſit: nihil graue eſſe ſolet. Proprie etiam genitus uirorum dixit:quia plorare aut eiulare ut dixit Cicero uiro non datur. Igitur non ſolum muliebres & plebeios citabit luctus:ſed etiam uirorum fortium gemitus.¶Quæ funera:nam magna funera nō parantur:niſi magnis.¶Nec puer:cum plurima dixiſſet in laudem tandem concludit ꝙ q̃uis & troiani maximos humerint uiros:& Romani:q̃uis a Romulo filio martis ſint:de numine maiora ſperare poterunt.¶Heu pietas:dolet tantas uirtutes incohatas perituras: nam pietas & fides uniuerſam iuſtitiam amplecti uidentur:Qua nihil in hominum ſocietate ad quietem continendam melius eſt:Fortitudo autem re militari omnia pericula arcet quæ in hoc & pedeſtris ſumma erat & equeſtris.¶Heu:dolet quia peritura eſt. Pietas autem nō ſolum in ſanguine coniunctos:ſed in uniuerſam patriam officium ſuum præſtat.¶Fides priſca:integerrima:qualis apud priſcos fuit.¶Tu Marcellus eris:Marcellus: ille de quo ſupra dictum eſt propter mirificas innumeraſq; uirtutes reliquorum omnium marcellorū famam: gloriamq; ita occupauit:ut eum huius nominis mentio facta eſſet ille ſolus per quandam antonomaſiam in-

telligeretur. Verũ ſi fata ſua hic frangere poſſit illum ita ſuperauit: ut cum Marcellus abſolute nominetur non amplius ille ſed hic intelligatur marcellorum familia maximum detrimentum accepit de morte eius marcelli pro cuius reſtitutione extat gratiarum actio ciceronis ac Cæſarem. Poſtremo in huius Marcelli qui Augusti ex ſorore nepos fuit morte penitus uiſa eſt extingui. Fuit in eo magna indolis ſpes. Decem autem & octo annos natus ingraueſcẽte per biennium morbo in baiano ſuo mortuus eſt ædilis curulis. Corpus tranſlatum eſt Romam cõmuni luctu in campo martio magnificentiſſime ſepultum prope tyberim. Octauia mater ſub filii Marcelli nomine theatrum & bibliothecam dedicauit.

Exin bella Viro memorat quæ deinde gerẽda.
Laurenteſq; docet Populos: Vrbemq; Latini:
Et quo queq; modo fugiatq;: feratq; laborem.
Sunt geminæ Somni Portæ: quarũ altera fert̃
Cornea: qua ueris facilis datur exitus umbris.
Altera candenti perfecta nitens Elephanto.
Sed falſa ad cælum mittunt inſomnia manes.
His ubi tum natum Anchiſes: unaq; Sibyllam
Proſequitur dictis: portaq; emittit eburna.
Ille uiam ſecat ad naueis: ſocioſq; reuiſit.
Tum ſe ad Caietæ recto fert littore portum.
Anchora de prora iacitur: ſtant littore puppes.

Explicit Liber ſextus.

¶SER. Exin: deinde. Confertur autem in compẽdium narrationis prolixitatem. Sic Terentius ꝓpter longum actum ait: Intus deſpondebitur: intus tranſigetur: ſi quid eſt quod reſtat. ¶ Sunt geminæ ſomni portæ: pro ſomniorum. Eſt autem ĩ hoc loco Homerum ſecutus.

ξειν ἤτοι μὲν ὀνειροι αμηχανοι ακρητομητοι
γινονταυδετι παντα τελειεται ανερωποισι
δοιαι γαρ τε πυλαι αμενηνων εισιν ομειρων
αιμεν γαρ κεραεσι τετευχαται: αι δε ελεφαντι
των οι μεν: και ελθωσι διαπριςου ελεφαντος
οιτε λαφρενονται επακεραχαντα φεροντες
οι δε δια ξεςον κεραων ελθωσι θυραξε
οιρε τυμα κραινουσι βροτοις οτε κεν τις ιδηται

In hoc tamen differt: ꝙ ille per utranq; portam ſomnia exire dicit: hic umbras ueras per quas ſomnia indicat uera: & poetice apertus eſt ſenſus. Vult autem ĩtelligi falſa eſſe omnia quæ dixit. Phyſiologia uero hoc habet. Per portam corneam oculi ſignificantur: qui & cornei ſunt coloris: & duriores cæteris membris. Nam frigus nõ ſentiunt: ſicut etiam Cicero dicit in libris de deorum natura. Per eburneam uero portam os ſignificatur a dẽtibus. Et ſcimus quia quæ loquimur falſa eſſe: poſſunt: Ea uero quæ uidemus ſine dubio uera ſunt. Ideo Aeneas per eburneam emittitur portam. Eſt & alter ſenſus: Somnum cum cornu nouimus pingi: & qui ſcripſerunt de ſomniis dicunt ea quæ ſecundum fortunam: & perſonæ poſſibilitatem uidentur habere effectum: & hæc uicina ſunt cornu: unde coronea uera fingitur porta: ea uero quæ ſupra fortunam ſunt: & habẽt nimium ornatum: uariamq; iactantiam dicũt falſa eſſe: unde eburnea quaſi ornatior porta fingitur. ¶ Falſa inſomnia: ideſt ſomnia. ¶ Secat: tenet: unde ſectas dicimus ab eo quod propoſitum tenent. ¶ Ad caietæ portum: a perſona poetæ prolepſis. Nam Caieta nundum dicebatur.

¶DONA. Exin bella: narrauit primo læta: Triſtia prætermiſit ꝑter q̃ de Marcello deinde docuit quomodo quædam æquo animo ferre poſſet. ¶ Viam: ſcilicet Quid enim primus facere debuit q̃ ſuos reuiſcere: ¶ Recto littore: at qui nullum littus rectum: ſed dicimus rectam uitam agere quando nihil aliud agimus: niſi iter continuum & nullo alio actu illud rumpimus: Nam cupida ſuorum mens nihil aliud agere debuit. ¶ Caietæ: ex perſona poetæ loquitur: Nam adhuc non erat Caieta.

¶CHRI. Exin bella uiro: Artificioſiſſime locutus eſt anchiſes. Prius enim accendit illum amore futuræ gloriæ quam dura & aduerſa quæ uentura erant prædiceret. Aequo enim animo ferimus aduerſa: ex quibus iocunda & honorifica peruentura ſint. Nihil enim difficile eſt uiro excelſo animo prædito: unde tandem gloriam ſpectet. Deinde cum aduerſa prædixiſſet: proponit ſpem euadendi: cum huiuſcemodi illa eſſe oſtendat ut partim perferri a fortiſſimo uiro: partim uitari a ſapientiſſimo poſſint. ¶ Sunt geminæ: placent quæ de portis referuntur a Ser. ſed excellentiſſima Macrobii ſnĩa eſt. Ait enim cum geminas ſomni portas ponat Maro & quædam uera: quædam falſa eſſe: amplecti illum Porphyrii ſententiam: qui inquit Latet omne uerum. Hoc tamen anima cum ab officiis corporis ſomno eius paululum libera eſt interdum aſpicit: nonnunq̃ intendit aciem: nec tamen peruenit in cognitionem: & cum aſpicit non tamen libero & directo lumine uidet: ſed interiecto uelamine quod nexus naturæ caligantis obducit. Hoc autem in natura eſſe idem Virgilius aſſerit in ſecũdo libro ubi ait: Aſpice: nãq; omnem quæ nunc obducta tuẽti: Mortalis hebetat uultus & humida circum Caligat: nubem eripiam. Hoc igitur uelamen cum in quiete ob uerum uſq; aciem animæ introſpiciẽtem admittat de cornu creditur: cuius natura eſt ut tenuatum per uiam ſit uiſui. Cum autem a uero hebetem reddit obtutum atq; repellit ebur putatur: cuius corpus ob denſitatem ne tenuatum quidem uiſum admittit. ¶ Somni: non eſt apocope: ut ſit ſomni pro inſomnii: ſed porte per quas ſomno umbræ: ideſt obſcura & adumbrata ſomnia proueniunt. ¶ Veris umbris: ueris ſed obſcuris ſomnis. ¶ Porta emittit: ut oſtẽdat quæ ſcribit omnia ficta eſſe. ¶ Recto littore: omnia littora in curua ſunt: ergo non recta ſed uoluit oſtendere eũ q̃ breuiſſimo itinere uſum fuiſſet: ut nuſq̃ deflecteret: ut dicimus recte ad me profectus eſt.

Explicit Liber ſextus.

TV quoqꝫ littoribus noſtris: Vt & in principio diximus in duas partes hoc opus diuiſum eſt. Nã primi ſex libri ad imaginem odyſſeæ ſunt dicti: quos perſonarũ & allocutionum uarietate conſtat eſſe grauiores. Hi autem ſex ad imaginem iliadis dicti ſunt: qui in negociis ualidiores ſunt. Nam & ipſe hoc dicit: Maius opus moueo: & re uera tragicum opus eſt: ubi tãtum bella tractãtur. ¶ Tu quoqꝫ: ſicut Miſenus & Palinurus. ¶ Noſtris: italicis: ut Non eadem arboribus pendet uindemia noſtris. Non ut Donatus ait nauigabilibus. ¶ Aeneia nutrix: hãc alii æneæ: alii Creuſæ: alii Aſcanii nutricem uolunt. Lectum tamẽ eſt in philologiis in hoc loco caſu incenſam claſſem eẽ troianã: unde Caieta dicta eſt απο του καιειν. ¶ Seruat: tenet poſſidet: ut Seruantem ripas alta non uidit herba. ¶ Heſperia in magna: magna ad hiſpãiæ diſcretionem. ¶ Si qua eſt ea gloria: ſecundum epicureos cum ea res nihil ad mortuorum uoluptatem attineat ſentiendam: bene autẽ ĩtereſt funeri; poſtq̃ ab ĩferis rediit: ſicut interfuit anteq̃ deſcenderet: ut medium oſtẽderet. ¶ Quierũt: auctor Hebrus quierant legit. ¶ Tẽdit iter uelis: quia prout uela extẽſa fuerint: ita etiam curſus extẽditur: in quo nauis eſt iter ĩproprie dictũ: Nam ait ſupra: flecte uiam uelis: aliud eſt iter uelis tẽdere: aliud per uela iter qđ ſi dicimus bene procedit: & tendit uiam uelis ut in ipſis uelis ratio ſit uiæ.




¶ DONA. Tu quoqꝫ: uiderat apud ĩferos q̃ neceſſariũ eẽt defunctis ſepulchrũ: Ergo ut pi9 nutrici illud inſtituit: Meruerat.n. ipſa quia tam pium & religioſum romani imperii principẽ prudẽtẽ: fortemqꝫ uirꝝ nutrierit. ¶ Tu quoqꝫ: repete ĩde: & optime cõiunge. At pius æneas ingenti mole ſepulchrũ Impõit: ſuaqꝫ arma uiro remumqꝫ tubamqꝫ. Deinde remotis iis q̃ de ĩferis narrant̃ ſeq̃re. ¶ Tu quoqꝫ littoribus noſtris & cetera. ¶ Tu quoqꝫ: quæ admirandæ memoriæ uideris ſupremo officio cõiungi meruiſti. ¶ Nr̃is: ita: ergo ibi es ſepulta: ubi ipſe cũ ſuis eſſet regnaturus. Honoratur ergo a luco. ¶ Aeternam mori: Argumentũ a contrario nã creuit fama cũ deberet morte minui. ¶ Nunc: etiam his temporibus quo hæc ſcribuntur. ¶ Siqua eſt gloria: Sciebat nihil ſentire mortuos: ſed ut ſacrificaret religioni.

¶ CHRI. Caieta: ſeq̃tur opinionẽ illorũ qui hanc urbem a nutrice Aeneæ illic ſepulta dictam uolunt. Stra. cũ hoc idẽ non p̃tereat addit laconas urbẽ hormiã poſuiſſe: & ſinum ipſum in medio poſitum Caietã nominaſſe. Curua.n. oĩa caietas appellaſſe lacõas. Formas autẽ dicũt ante latinum fuiſſe dicta a Latino leſtrygonum rege. Addũt ẽt in portu quam caietam dicũt fuiſſe opidulũ epice ab Epica nutrice Aeneæ denominatũ Home. caietã non nominat: ſed Lamũ cũ leſtrygonibus. Volũt alii caietã appellatam a nutrice Creuſæ: alii a nutrice Aſcanii. Alñ dicũt ꝓpter cõbuſtas ibi naues caietã fuiſſe appellatã nã καιειν urere ẽ. ¶ Heſperia ĩ magna: nõ ſolũ dixit magna: ut diſtĩgueret italiã ab hiſpania uerum ut oſtenderet gloriã ſuã: ut non ſolum urbi nomẽ dederit: ſed urbi in tam celebri natione cõſtitutæ. ¶ Siqua eſt ea gloria: nõ temere dubitat an hæc gloria ad mortuum ſpectet: nã & Socrates & Diogenes & Anaxagoras Clazomenius uana oĩa q̃ circa mortuos præſtant̃: & nihil ad ipſos mortuos pertinere oſtendunt. Multi contra mortales de ſepultura anxiæ curauerunt. Verũ Cice. in ſuis tuſculãis: ut ẽ ĩ reb9 oĩb9 grauis & ſapiẽs optĩe cõcludit: ait.n. Totus igit̃ hic loc9 cõtẽnẽd9 ẽ nobis ñ neglegẽd9 ĩ nr̃is. Ita tñ ut mortuoꝝ corpa nihil ſentir̃ uiui ſentiamus. Quãtũ ãt cõſuetudini famæqꝫ dãdũ ſit: id curẽt uiui: ſed ita ut ĩtelligãt nihil ad mortuos pertinere.

ADILON.

Septimus Aeneam reddit fatalibus aruis.

Modeſtini Iuriſconſulti. Argumentũ. VII.

HIc quoqꝫ caietã ſepelit: tũ deide ꝓfect9
Laurẽtũ uẽit: hãc uerbis cognouit iuli
Fatalẽ terrã: menſis en ueſcimur inq̃t.
Centum oratores ueniam: pacemqꝫ petentes
Ad Regem mittunt leti tum ſorte latinum
Qui cum pace etiam: Natæ cõnubia pactus:
Hoc forte Alecto Iunonis diſſipat ira:
Concurrunt dictis: q̃uis pia fata repugnent:
Belli cauſa fuit uiolatus uulnere Ceruus.
Tũ gẽtes ſociæ arma parãt: fremit arma iuuẽt9

P. Virgilii Maronis Aeneidos Liber. VII.

TV quoqꝫ littoribus nr̃is Aeneia Nutrix
Aeternam moriens Famã Caieta dediſti.
Et nunc ſeruat honos ſedẽ tuus: oſſaqꝫ nomen
Heſperia in magna: ſiqua eſt ea gloria: ſignat.
At pius exequiis Aeneas rite ſolutis
Aggere compoſito Tumuli: poſtq̃: alta q̃erunt
Aequora: tendit iter uelis: Portumqꝫ relinquit.

¶SER. Aſpirãt auræ in noctem:quia ut diximus temporum mutatione uẽtus uel minuitur: uel augetur. In noctẽ aũt circa noctem:Et quoties tempus exprimitur:accuſatiuum regit iſta ꝑpoſitio.¶Luna negat: liptotes.Nam dicit large præſtat:ut Munera nec ſperno.¶Tremulo ſub lumine: ita enim mobilitas aquæ facit uideri.¶Circææ raduntˀ littora terræ:ut diximus ſupra:mons iſte ante hac ĩſula fuit.Paludibus.n.a continenti ſegregabatˀ:quas excluſit limus de albanis montibus fluens:& dicebatˀ:æũus ab horrore tranſeuntiũ:quo homines mutabantur in feras:in hoc ſummo opidũ fuit: quod & circæum dictũ eſt a Circe & Circæi: nã utrunq; Liuius dicit.¶Diues:nõ addidit cuius rei: cũ ſoleat: ut diues equũ diues pictai ueſtis & auri:diues opum uariarũ.¶Inacceſſos: inacceſſibiles:inaccedendos:nã Vlyxes illuc uenit.Ergo inacceſſos non ad quos nullus acceſſit:ſed ad quos nullus debeat accederˀ:ut Aut illaudati neſcit buſiridis aras:hoc eſt illaudabilis. Nã ab Iſocrate laudatus eſt.¶Reſonat cantu: reſonare facit:hoc ex Homero.

Aſpirant auræ in noctem:nec candida curſum
Luna negat:ſplẽdet tremulo ſub lumĩe Põtus.
Proxima Circææ raduntur littora terræ:
Diues inacceſſos ubi Solis Filia lucos
Aſſiduo reſonat cantu:tectiſq; ſuperbis
Vrit odoratam nocturna in lumina Cedrum:
Arguto tenues percurrens pectine telas.
Hinc exaudiri gemitus:iræq; Leonum
Vincla recuſantum: & ſera ſub nocte rudẽtũ:

ευρον δεν βησσησι τετυμενα δωματα κιρκης
ξεστοισιν λαεσσι περισκεπτω ενι χωρω
αμφι δε μιν λυκοι ησαν ορεστεροι ηδε λεοντες.
τους αυτη κατε θελξεν επει κακα φαρμακ εδωκαν

Et paulo poſt.

κιρκης δεν δον ακου ον αει δουσης οπι καλη
ιστον εποιχομενης μεγαν αμβροτον οια θεαων
λεπτα τε και χαριεντα και αγλαα εργα πελονται.

¶Superbis:nobilibus:propter antiquam oppidi magnitudinẽ.¶Odoratã:pro odoriferam: & hoc ideo quia uſus olei apud maiores non fuit:præcipue in Italia.¶Arguto pectine:ſtridulo:ſonanti:ut Forte ſub arguta conſederat illice daphnis.¶Percurrens telas: aut manu percurrens tactu pectinis:ut uidemus:aut quia apud maiores ſtantes texebãt:ut hodie linteones uidemus: eſt aũt Homeri qui ait ιστον εποιχομενην.¶Gemitus iræq;: gemitus iraſentiũ leonum endyadis.¶Sera ſub nocte.q.eo tp̃e quo naturali libertate uti cõſueuerũt. Sub ſera nocte:ꝑpter ſerã noctẽ.¶Rudẽtũ:ru naturaliter longa eſt.Perſius.Findor ut arcadiæ pecuaria rudere dicas.Syſtolẽ ergo fecit.Ruditus autem proprie eſt clamor aſinorum:ut grunitus porcorum: Ranarum autem coax: quæ omnia a ſono uocis conſtat eſſe compoſita.

¶DONA. Vrit odoratam:uigilans & uoce & odorato lumine ad ſe incautos attrahere mittebatur.Cedrus tanq̃ oleo madens incendia ſemper inſidiis & uoce nutrit.

¶CHRI. Candida:micãs & rutilans:a ferri.n.candore dicitˀ cãdidus.¶Tremulo ſub lumine:de imagine rei exp̃ſſum eſt.Enni.Lumine ſic tremulo terra & caua cerula cãdent:& Lucre.Præterea ſolis radiis iactatur aquæ humor in lucẽ tremulo rareſcit ab æſtu.¶Circææ terræ: Circeos appellarũt locũ quẽ olim inſulam fuiſſe tradunt:deinde ut ait Serui.ex limo q ex ꝑximis mõtibus longo tẽpore fluxit repletis anguſtiis aquarũ q̃ circæos a continẽti diuidebãt ipſi cõtinẽti iuncti ſunt.Sin autẽ Home.credimus ĩſula fuit olim ĩmẽſo mari circũdata. Ergo ut ait Pli.qcqd terraꝝ ẽ ꝑter.x.M.p.q̃ mẽſurã Chlitarchus poſuerat ambitũ annexũ inſulæ erat.Eſt ãt hic locus antiq latii terminus:cuius longitudo a tyberi hoc erat.L.M.P.Filia ſolis circẽ ĩtelligit:a q̃ ĩſula circei dicta eſt.Hãc pleriq; ex antiquis filiã ſolis fingũt:& ſororẽ ææ tæ colchorũ Regis:q̃ qdẽ ipſe ſol ex Perſe Occeani filia: ut placet Homero:uel ut Cice.ex aſterie ſorore latonæ genuit:quã opinionẽ ſequitˀ nũc poeta.Dio.ãt ſiculus ſic ait Soli.duos fuiſſe filios. Aeætẽ & pſeũ & ææ tẽ colchorũ:Perſeũ uero Tauricæ regiõis regẽ extitiſſe:utrũq; crudelitate ĩſignẽ.Perſen aũt hecatẽ filiã habuiſſe:q̃ paternã crudelitatẽ ſuperauit:nã cũ uẽatione delectaretˀ: homines ꝑ feris arcu uulnerabat:& uenenis peſtiferis operã dans id ĩuenit:qd̃ ακονιτον nominãt:in hoſpitibus aũt uenena experiebantˀ.Demũ cũ patrẽ ueneno extinxiſſet regnũ occupauit & tẽplũ.Dianæ cui hoſpites ĩmolarẽtur:cõdidit:concubuit inde cũ ææ tæ patruo.Et ex eo cõcepit Circẽ & Medeã filias filiũq; ægialeũ.Circe:& arte materna:& ſua ĩduſtria oẽs mortales in uenenis cõparãdis ſupauit:adeoq; omniũ herbarũ uim ꝯſpicata ẽ:ut nihil ĩueniẽdũ poſteris reliq̃rit:adinuenit:& pharmacũ:qd̃ ad cõciliandã beniuolentiã ualeret. Nupſit ſcythe ſarmarũ regi eoq; uenenis ſublato regnũ occupauit:ex quo tandẽ ob crudelitatẽ pulſa:ĩde ad occeanũ ſecũdũ aliquos prouecta:in ĩſula deſerta ſibi comitibuſq; fugæ ſedes poſuit. Alii dicũt in Italiã deuectã promontoriũ:qd̃ inde Circæũ dicũt tenuiſſe. Hæc Diodo. Quid uero poetæ de Cice in Italia cõſtituta referãt alibi expreſſum ẽ. Home.ãt ſcribit.Eæam olim ĩſulã fuiſſe:quã Circe habitabat in loco edito circũ errabãt:& urſi & leones:quos illa ueneficiis cibo & potui ĩmixtis ex hominibus feras fecerat:tamẽ in hoĩes nõ ſæuiebãt:ſed ueluti canes blandiebantˀ:illa ſocios Vlyxis in cæna uertit in porcos:p̃ter Eurylochũ:qui fraudẽ in edificio eẽ ſuſpicatus nõ intrauit:intus texebat Circe tales telas:q̃les deæ texũt:& ſuaſiſſime canebat.¶Cedrũ:hæc arbor nõ ea eſt quã uulgo cedrũ appellamus,illã.n.dicimus citrũ: cuius poma maxima ſunt:ſed lõge alia duo eius genera:ut Pli.placet:lyria & phœnicia.Differũt folio.Nã q̃ durũ acutũ & ſpinoſum habet oxycedros uocatˀ ramoſa & nodis ĩfeſta: Altera odorẽ p̃ſtat:Fructũ ferũt myrti magnitudine:dulcẽ ſapore:itẽ maioris cedri duo genera: Quæ floret fructũ non fert:fructifera non floret:& in ea antecedentẽ fructũ occupat nouus Semen eius cupreſſo ſimile quidã cedre latem uocant.Ex hac reſina laudatiſſima.Materiæ ipſi æternitas itaq; ſimulachra deorum ex ipſa factitarunt.Cedrinus erat apollo Romæ e ſeleucia aduectus.Hæc Pli.Dioſcorides autẽ ait Cedrus arbor eſt: unde fit pix cedrina.Quædam eſt parua ac ſpinoſa fructu iuniper ſimilis. Alia maior fructus eius cypræſſo ſimilis:ſed minor & cedrides uocatˀ in materia maxima æternas putant hebenum cypreſſum & cedrum in templo Dia/

næ epheſiæ:quod tota aſia extruente quadringẽtis annis peractũ eſt:tectum eſt ex cedrinis trabibus Habes de cedro.Quod autem inducat Circem cedrum urere:ab Homero eſt.Ille enim in odyſſea libro quindo de calypſo:ubi Mercurius a Ioue miſſus nuncius eſt. πυρ μὲ νεπὲς χαροφη μεγαναιετο τηλοσε δοσμη κεδρου τεῦ κεατοιο θειον ταναυησον οδωδει δαιομενων. Succo ergo cedri illis temporibus ad nocturna lumina utebantur.Ait enim Plinius Cedri ſuccus quo modo fieret diximus.Magni autem eſt ad lumina uſus ni capitis dolorem inferret.Recte aũt meminit de ſucco cedri nondũ oleo in Italia naſcẽte.Refert enim Feneſtella regnante Tarquino nondũ neq; in Italia neq; in Hiſpania neq; poſtea in Africa oleum fuiſſe: neq; illud prӕteribo.Nam apud eundem Pli.inuenies iliacis temporibus nullum adhuc unguẽtũ fuiſſe. Sed nec etiã thure ſupplicabãt:cedri tantũ: & citri ſuorum fructicum in ſacris fumo conuolutũ nidorem uerius q̃ odorem nouerant.Cãtu autẽ ad ſe homines allicere Circem:allectoſq; in uarias feras conuertere: quid aliud habet: niſi ꝙ qui uoluptuoſæ uitæ deduntur:hominem exuunt. Amittunt enim rationem quam ſola homines ſumus & ruunt in uarias animi perturbationes:quæ cum ex rationis priuatione perueniant: brutorum potiuſq̃ hominum dicendæ ſunt.Vlyxes autem non tranſmutatus a Circe:quia ſapiens non modo non uincitur a uoluptate.Verum cauſa eſt ꝙ ſocii ſui iã mutati in priſtinam formam redeãt:nam & dum recte agit exemplo malis eſt:quo redeant ad meliorem uitam:& ſua doctrina aliis ut recte uiuant: perſuadere poteſt.

¶SER. Præſepibus:caueis ubi alunt̃:nõ.n.re uera pſepia habẽt.¶Dea ſeua:aut per ſe:aut herbis potentibus ſæua.Circe aũt ideo Solis fingit̃ filia: qa clariſſima fuit meretrix & nihil Sole clari⁹:& hoc ex Hom.
αιαιην εσυησον αφινο μεθα ενθα δεναιεν
κιρκη ευπλοκαμος δεινη θεος αυδηεσσα
αυτοκασι γνητηολοο φρονος αιηταο
αμφω δε γεγατην φαεσι μβροτου ηελιοιο
μητερος δεκ περσης την ωκεανος τεκε παιδα.
Hæc aũt libidine ſua & blãditiis homines ĩ ferinã uitã ab humana deducebat:ut libidini & uoluptatibus operã darẽt:unde fabulæ datus eſt locus.Ora.Sub domina meretrice fuiſſet turpis & excors.¶In uultus ac terga ferarũ: corrumpebant̃.n.in illis ſenſus.Aĩus nanq; manebat idem.

Setigeriq; Sues:atq; in præſepibus Vrſi
Sæuire:ac formæ magnorũ ululare Luporum:
Quos hoĩum ex facie Dea ſæua potẽtib⁹ Herbis
Induerat Circe in uultus:ac terga ferarũ.
Quæ ne monſtra pii paterent̃ talia Troes
Delati in portus:neu littora dira ſubirent:
Neptunus uentis impleuit uela ſecundis:
Atq; fugã dedit:& præter uada feruida uexit:
Iamq; rubeſcebat radiis Mare:& æther̃ ab alto
Aurora in Roſeis fulgebat Lutea Bigis:

οι δε συων μεν εχον κεφαλας φωνην τε ψυχας τε και δεμας, αυταρ νους ην εμπεδος: ως το παρος περ.

¶Pii peterent̃ troes:ergo ĩpii:qui pertulerũt.ſ.occidẽdo ſolis armẽta.¶Neptunus uẽtis ĩpleuit uela ſecũdis:phyſice locutus eſt motu.n.aq̃ uẽtus creat̃:ut uidemus in bõbis.¶Præter uada feruida:piculoſa nauigãtibus:& eſt tmeſis.¶In roſeis fulgebat lutea bigis: lutea ẽ crocei coloris:ut Croceo mutauit uellera luto:unde multi iũgũt in roſeis.i.nõ rubicũdis ne ſit cõtrariũ:tamẽ ſecũdũ Homerũ dictũ ẽ:qui ĩterdũ ροδοδακτυλον auroram: Interdũ κροκοπεπλον dicit: ideſt crocei coloris circundatam ueſte.

¶DONA. Quæ ne monſtra pii: ꝓpterea debuerũt liberari ab iis monſtris: quoniã pii erant neq; ſceleratis erãt cõparãdi.¶Iãq; rubeſcebat:Bõis auſpiciis recepti ſunt.ſ.pura luce:& pura aurora: & lenitate uenti. Hilaritas ãt auiũ populorũ letitiã ſignificabat:ẽ ergo ita ĩgreſſ⁹:ut elemẽta obſeq: & aues uẽiẽti illi gratulari uideret̃.

¶CHRI. Formæ:apit figmẽtũ fabulæ:nõ.n.poteſt homo neq; alia animalis ſpecies in aliã tranſfigurari:ſed ut forma ſit ſola qua tale animal dicimus:& hõ deditus uitiis:id ſolum ſit qđ eſt lupus ꝑfecto lupus dici poteſt. Hoc quoq; modo multi Platonici intelligũt trãſitũ illũ aĩorũ nr̃orũ in uaria brutorum corpora a Platone ĩtelligi:non ut tranſmigrent in corpora aliorũ animaliũ ſed in mores ipſorũ.¶Neptunus:ut in primo oſtẽdimus neptunũ poni pro ratione ſupiori:ſic & in hoc loco.Nã ſuperior rõ.i.ipſe ĩtellectus q maxime põt ĩ hoĩbus piis .i.uirtutibus ciuilibus purgatis facit ne ꝑcipitent̃.i.mõſtra.i.ĩ maximas & efferatas ꝑturbationes:ſed ut aptius intelligat̃.Ponũt Platonici duas alias:ꝑ q̃s animi humani ad cælũ euolẽt:iuſtitiã & religionẽ: & per iuſtitiã cuius pars eſt pietas:ĩtelligũt morales uirtutes:per religionẽ & ĩtellectiuas dicuntq; ſummũ bonũ cõſiſtere in cõtẽplatiuis:qa illis fruimur deo qđ ſummũ bonũ ponit Plato ſicut etiã Chriſtiani:ſed tamẽ ĩcipiendũ eẽ uoluit a moralibus: qbus animus purgatur.Nam in animũ ĩmundũ negant poſſe ĩgredi ſapientiã:quia ut ipſi aiunt auctore Socrate purum impuro attingi nefas eſt.Hoc idem ſentiunt chriſtiani:unde eſt illud in animam maliuolam nõ intrabit ſpiritus ſapientiæ.Ergo Neptunus.i.ſapientia qui mare.i.ꝑturbationes piis:ideſt morali uirtute purgatis pacat eripit eos a talibus monſtris.i.a talibus uitiis:quia ſapientia eſt qua bona a malis cognoſcimus:& ĩſpirat optĩos uẽtos.i.ĩſpirat optimã uoluntatẽ: Nã ut nauis uẽto:ſic aĩus ſua uolũtate fert̃:& uoluntas q̃ ẽ a ſapiẽtia fert ad bonũ uitato malo.Quapp bona mẽs a ſapiẽtia inſpirata unde ẽ cognitio ueri: eripit pios a talibus mõſtris:q̃ ſunt: ut hõ ĩ ferinã naturã cõuertat̃.¶Præter uada feruida uexit:cõpoſitiõe iſta uerborũ exprimit atq; pene depingit:& celeritatẽ illã depulſæ claſſis & ſtrepitũ aq̃ ea celeritate a naue ꝑcuſſæ:& uadis illiſæ. ¶Aurora lutea ĩ roſeis bigis: Atq nõ idẽ color ẽ roſeis q ad ruborẽ tẽdit:& lute⁹ q croceu⁹ ẽ uerũ uoluit poeta duplicẽ colorẽ q ĩ aurora depndit̃ oñder̃.Prĩo.n.ea ps hẽiſpii ad q̃ uẽtur⁹ ẽ ſol:qm̃ & pl⁹ tenebrarũ hẽt pp noctẽ & mĩus ſplẽdoris:qm̃ lõgi⁹ adhuc ab ẽ ſol rubicũdior ẽ. Cũ uero ſol iã ꝓpĩqor fit ille rubor:iã pl⁹ illuceſcẽte die ĩ croceũ colorẽ redit.Ergo duo epitheta q̃ Home.aurore dat:ut mõ ροδοδακτυλον mõ κροκοπεπλον eã noĩet poeta ĩ hoc loco cõiũxi.Ergo Troiãi pii.i.uirtutib⁹ moralib⁹ purgati a uitiis uẽiũt ĩ italiã.i. ĩ cõtẽplationẽ in qua ſummũ bonũ eẽ depĥẽdit̃ illuceſcẽte iã die.i.apparẽte iã lumine rõnis remota nebula erroris.

ℭSER. Cũ uẽti poſuere:cũ ortu diei quieuere:poſuere.n.ẽ qeuere:ſicut cõtra flantes ferẽtes dicĩus:ut Fieret uẽto mora ne q̃ ferẽti.i.flanti.¶ Omniſq; repẽte reſedit Flatus:oĩs.i.& q ripæ ẽ & q pelagi:q altanus uocaẽ.¶ Tõſæ:remi:dicti a decutiẽdis fluctibus:ſicut tõſores a tondẽdis & decutiendis capillis.¶ Lucũ ꝓſpicit: in quo erat fluminis numẽ.Nã ut diximus nunq̃ lucũ ſine religione ponit.¶ Hũc inter:per hũc.Terẽtius:Dũ rus eo cœpi egomet mecũ inter uias.Eſt ãt crebra Frõtonis elocutio.¶ Amœno: umbroſo:ſiluis circũdato.¶ Multa flau⁹ harena:epitheton ꝓpriũ.Et ſciẽdũ exitũ tyberini fluuii naturalẽ nõ eſſe niſi circa hoſtiã:ubi prima Aeneas caſtra cõſtituit.Nã aliter non ꝓcedit:qđ ait Muroꝝ in parte ſiniſtra Oppoſuere aciẽ.Nã dextra cingiẽ amni:Nã poſtea in laurolauinio caſtra fecit ingẽtia:quorũ ueſtigia adhuc uidenẽ.¶ Aſſuetæ ripis uolucres: bono cõpendio uſus eſt.¶ Aethera mulcebãt cantu: lenibãt:corporalia.n.ſunt elementa:ut dixĩus ſupra: nõ.n.mulceẽ niſi:qđ corporale eſt:ſupra ait: Totãq; infuſa p artus.¶ Nũc age:hic ẽ ſequẽtis opis initiũ:antedicta.n.pẽdẽt ex ſuperioribus.Sane Erat o pro Calliope poſuit.¶ Quæ tẽpora reꝝ:quia ut ſupra dixĩus ſcđm Lucretiũ:Tẽpora niſi ex rebus colligantur: per ſe nulla ſunt.¶ Latio antiquo:quia duo ſunt uetus & nouũ:ſicut & in iure lectũ eſt.¶ Exordia pugnæ:cerui interitũ.¶ Actos:aut collectos: aut re uera cõpulſos:qđ eſt ueriſimile ꝓpter illud:Lõga placidas in pte regebat.¶ Totamq; ſub arma coactã:collectam:ut Tityre coge pecus.Totam autem hyperbolice dixit.

Cum uenti poſuere:omniſq; repente reſedit
Flatus:& in lento luctantur Marmore tonſæ:
Atq; hic Aeneas ingentem ex Aequore lucum
Proſpicit:hũc inter fluuio Tyberinus amœno
Vorticibus rapidis:& multa flauos harena
In mare prorumpit:uariæ: circumq;: ſupraq;:
Aſſuetæ ripis uolucres:& fluminis alueo
Aethera mulcebant cantu:lucoq; uolabant.
Flectere iter ſociis:Terræq; aduertere proras
Imperat:& lætus fluuio ſuccedit opaco.
Nunc age qui reges Erato:quæ tẽpora rerum:
Quis latio antiquo fuerit ſtat⁹:aduẽa claſſem
Cum primum auſoniis Exercitus appulit oris
Expediã:& primæ reuocabo exordia pugnæ.
Tu Vatem:tu Diua mone:dicã horrida bella
Dicam acies:actoſq; animis in funera reges.
Tyrrhenamq; manũ:totãq; ſub arma coactã
Heſperiã:Maior rerum mihi naſcitur ordo:
Maius opus moueo:Rex arua Latius:& urbes
Iam ſenior:longa placidas in pace regebat.

ℭDONA. Circũ ſupraq;:Sex deſcripſit partes.Nã circũ ſignificat dextrã:& leuã a tergo & ante.Itẽ duas infra & ſupra.Infra oſtendit cũ dicit Fluminis alueo:ſupra cũ dicit Aetherã.Lætus pp tot fœlicia auguria.¶ Nũc age:exquiſitis inuẽtionibus accumulat æneæ laudes.Facit.n.aduẽtus nouũ exordiũ: ut alia ps uideaẽ eẽ erroꝝ:alia geſtoꝝ ĩ Italia : Sub imagine ĩuocatiõis ꝓpoſitionẽ fecit:ut lectorẽ ipſius ordinis quẽ habiturus eſſet doctũ reddat.¶ Aduena:Magna laus qđ pegrini ſua uirtute in alienis locis ĩngẽti fultos ſubſtãtia ſupauerit.Ergo potuiſſent & Troiã defendere niſi Iunonẽ aduerſariã habuiſſẽt.¶ Tu uatẽ: Vates dñr poetæ:qa muſaꝝ ſacerdotiũ ꝓfitenẽ:& ut ſunt uates q deoꝝ reſpõſa ad hoĩes perferũt:ita iſti uates erũt p quos ita muſæ loq phibeanẽ:ut dii p ſuos ſacerdotes.¶ Totã coactã:alia ꝓpoſitiõis pars & plena ſeminibus laudũ æneæ:Quoniã tãtã cõiurationẽ Regũ parua mãu ſupauit.¶ Horrida bella:Nã & plura & horrẽda.

ℭCHRI. Ingentẽ lucũ:Cũ uenit in terrã chartaginenſiũ.i.uitã ciuilẽ ingreſſus eſt ſiluã repletã feris: ut ſunt urſi & ſimilia:qa uita ciuilis circa corpea uerſaẽ ubi ẽ ipſa materia:q̃ uitiis abũdat.Nũc ingrediẽ lucũ.i.ſyluã ſacrã:qa uita cõtẽplatiua dũ adhuc in corpore ſumus:& ſi a natura nõ oĩno diſcedat:Tamẽ habet illã defecatã ab oĩbus uitiis.¶ Neq; erãt:terreſtria aĩalia:ſed aerea:ut ſunt aues:q̃ cãtu oĩa mulcebãt.Cõtẽplatio.n.nihil agit tumultuoſe:ſed obſeruabat in rebus oĩbus agẽdis uerã quãdã armoniã.¶ Nũc age q reges:bipartita fuit a principio ꝓpoſitio poetæ.ſ.ut primo narret errores æneæ ad immitationẽ odyſſeæ:Deinde ad ſimilitudinẽ iliados expõeret Bella q̃ in Italia geſſit.Ergo explicatis erroribus cũ principiũ Belloꝝ ſit:renouat inuocationẽ:& more homerico eodẽ tẽpore & inuocat muſaꝝ auxiliũ:& proponit q̧ explicabit:q in Italia regnauerint:Cũ æneas illuc appulerit:& quis reꝝ ſtatus fuerit.Nã tempora ipſa a ueritate reꝝ diſtinguntur.Vnde & ſœlicia & infœlicia tempora dicimus:ut ipſe ſtatus rerum fœlix infœlix ue in illis temporibus eſt.Hinc illud eſt.O mores o tẽpora.¶ Erat o:unam muſam inuocans omnes inuocat.Sic alibi.Vos o calliope p̃cor:uel locutus ex ſententia illorum:qui cum ſingulis muſis ſingulas attribuant doctrinas.Erat o hiſtoriam aſſignat:ipſe autẽ priſcæ hiſtoriæ cognitionem cupit:iure ergo erat o inuocauit:in hac autẽ propoſitione & inuocatiõe reſtaurat exordium.Captat.n.beniuolentiam a perſona ſua ex modeſtia:qua negat ſine diuino auxilio præſtare ex ſe poſſe.Item ab opera:induſtriaq; ſua qua priſca ex obſcuritate uetuſtatis in lucẽ eruendo uoluptatẽ:utilitatemq; auditoribus proferat.Captat attentionem:demonſtrat.n.rem difficilẽ & cognitu dignam:& a memoria ſuorum tempoꝝ remotam.Captat poſtremo docilitatẽ.Captat.n.reꝝ diſtinctim proponi in eo autem mirificum eius apparet ingeniũ.Nam cũ deinceps bella ſibi canenda proponat ſtilũ quamuis ſublimis fuerit:ita tamen extollit:ut bellicũ quoddam ſonare uideaẽ:in quo quidem ſtilo & ſi perſeueraturus ſit:tamen cũ poſt propoſitionem narrationem a rebus quietioribus incohet:illum de induſtria inflectit cum ea carmina intonuerint.Maior rerum mihi naſcitur ordo:Maius opus moueo:Mitius ſic ſequiẽ:Rex arua latinus & urbes.Iam ſenior placida cõpoſtus pace regebat.Eſt enim maximo ingenio & ſumma eloquentia præditi uiri:ut quanuis ingens aliquod argumentũ ſibi propoſuerit:proptereaq; grãdiori ut ita loquar ore canendũ ſit:tamen ut res nonnunquam uariatur:ita uariet etiam dicendi figurã.Quod quidem apud alios poetas raro abſolutum perfectumq; inuenies.

Hũc Faũo & Nympha genitũ laurẽte Marica
Accipimus:Fauno Picus pater: iſq; parentem
Te Saturne refert:tu ſanguinis ultimꝰ auctor.
Filius huic fato Diuom:proleſq; uirilis
Nulla fuit:primaq; oriens erepta iuuenta eſt.
Sola domum:& tantas ſeruabat Filia ſedes
Iam matura Viro:iam plenis nubilis annis.
Multi illam magno e Latio:totaq; petebant
Auſonia:petit ante alios pulcherrimus omneis
Turnꝰ Auis:Atauiſq; potẽs:quẽ Regia cõiux
Adiungi Generum miro properabat amore:
Sed uariis portenta Deum terroribus obſtant.
Laurus erat tecti medio in Penetralibus altis
Sacra comã:multoſq; metu ſeruata per annos.
Quam pater inuentã primas cũ cõderet arces
Ipſe ferebatur Phœbo ſacraſſe Latinus.
Laurentiſq; ab ea nomen poſuiſſe colonis.
Huius Apes ſummũ denſæ(mirabile dictu)
Stridore ingenti liquidũ trans Aethera uectæ
Obſedere apicem:& pedibus per mutua nexis
Examen ſubitum ramo frondente pependit.
Continuo Vates:externum cernimus inquit

¶SER. Hũc fauno & nympha genitũ laurẽte marica Accipimus:qdã deus eſt Fatuelus:huius uxor eſt Fatua.Idẽ ſunt Faunus & Fauna:dicti ãt ſunt a uaticinãdo.i.fando:unde & fatuos dicius incõſiderate loquẽtes:Ergo Faunæ & Fatuæ nomẽ q̃ſi aſperũ fugit poeta:& Maricã dixit uxorẽ fuiſſe Fauni:q̃ ẽ dea littoris minturnẽſiũ iuxta lirim fluuiũ.Oratius:Innantẽ maricæ littoribus tenuiſſe lirim:qđ ſi uoluerimus accipere uxorẽ Fauni Maricã nõ ꝓcedit:dii.n.topici.i.locales ad alias regiões nunq̃ trãſeunt:ſed põt dictũ eẽ ꝑ poeticã licẽtiã laurẽte marica:cũ ſit minturnẽſis.Dicũt alii ꝑ maricã Venerẽ intelligi debere:cuius fuit ſacellũ iuxta maricã:in quo erat ſcriptũ ναον της αφροδιτης:ſane Heſiodus Lanũ Circes & Vlyxis filiũ dicit:qđ & Vir. tangit dicẽdo Solis aui ſpecimẽ.Sed qa tẽpoꝝ rõ non ꝓcedit:illud accipiẽdũ ẽ Igini:q ait latinos plures fuiſſe: ut intelligamus poetã abuti(ut ſolet)noĩum ſimilitudine.¶ Accipimus:ꝑꝑ uarias opiniones hoc adiecit ut Sal.Vrbẽ romã ſicuti ego accepi cõdidere atq; habuere in initio troiani.¶ Vltimus auctor: primus ut ſupremũ ſummum dicimus.Proh ſupreme Iuppiter. ¶ Primaq; oriens erepta iuuẽta:ꝑ trãſitũ tãgit hiſtoriã.Amata.n.duos filios uolũtate patris Aeneæ ſpõdentes ſororẽ factiõe interemit.unde & erepta dixit q̃ſi ꝑ uim.Fato ãt dicit uoluntate: Nã dii id fanť qđ ſentiũt non ut hoĩes de qbus lectũ eſt:aliud clauſum in pectore:aliud in lingua prõptũ habere.¶ Iã matura uiro iã plenis nubilis annis:nõ eſt iteratio: ſed ſecundũ ius locutus eſt:in quo & ex annoꝝ ratiõe: & ex habitu corporis ætas ꝓbatur:primũ ergo ad habitũ ſcđm ad annos ꝑtinet.¶ Latio:latiũ pars eſt auſoniæ:unde dixit prius qđ minus eſt.ſic intulit Totaq; auſonia.¶ Petit ante alios:aut añ alios petit:aut certe pulcherrimus ante alios.¶ Miro amore: noua intẽperãtia:ſed uariis ꝑꝑ apes & incẽdiũ & ꝑꝑ oraculũ Fauni.¶ Portenta:ſigna q̃ ſunt media.Nã & bona & mala ſũt portẽta.¶ Laurꝰ erat:Latius poſt mortẽ Lauini fr̃is quũ lauiniũ amplificaret:ab iuẽta lauro: laurolauiniũ appellauit.¶ In penetralibus: penetrale eſt oĩs interior ꝑs domus:licet ſit intecta:unde lauꝝ fuiſſe in penetralibus nõ eſt mirũ.¶ Metu:religiõe:q̃ nata ẽ ꝑ timorẽ.¶ Primas cũ cõderet arces: prías circa lauꝝ.ſ.Nã iã ciuitas fuerat.¶ Trãs æthera: ætherẽ ꝓ aere poſuit.¶ Obſedere apicẽ:uerbũ oppugnatiõis ẽ futuræ.¶ Per mutua iuicẽ:& ẽ abſolutũ.Meliſſus q de apibꝰ ſcripſit ait duobꝰ pedibꝰ ſe tenẽt:& duabꝰ alis ſe ſuſtinẽt.¶ Vates diuinꝰ:ꝑ quã ãt artẽ nõ dixit:nec nomẽ eiꝰ:ſed dať ĩtelligi cõiecturis eũ qbuſdã dixiſſe futura.

hinc eodẽ ſenſu Val. Flaccus lib. II. de sacris bonae deae in Samothracia institutis. Mane sacrisq. metum seruemus opertis i.e. religionem.

¶DONA. Vltimus auctor:qa primus fuit latinus:a quo factũ ẽ initiũ narrãdi:Ergo iſte ultimus: ut in ſcalis ſi deſcẽdas primus ẽ ſummus ultimus:q eſt imus:Si aſcẽdas cõtra fiet:Sic Cice.in rhetori.inquit ab ultimo principio huius ꝑceptionis:hinc de latino ipſum dicere ſequẽtia indicãt:quãuis poſſet credi de Saturno.¶ Primaq; oriẽs:nõ naſcẽdo:ſed moriẽdo extincta eſt:& qđ magis dolẽdũ in ea ætate extincta ẽ:unde ſpes cœperat. ¶ Multi:Et qa unica eẽt:& qa ſenis filia ex quo regnũ ꝓ dote ueniret.¶ Ante oẽs.ſ. pulcherrimus nõ ãt ãte oẽs ꝑiit.Oĩa ãt ſupra dicta ĩ laudẽ ſunt æneæ:ne ignobilẽ:aut ſibi imparẽ ducere uideať:qm̃ illã uicini ſpreuiſſent. Vterq; a Satur.ẽ:ab illo.n.Iuppiter:ab Ioue uẽus:a Veneř æneas:ſic a ſaturno picꝰ:a pico Faunꝰ:a Faũo Latinꝰ: a latino hæc.Ergo par ſanguis:ſed uirtꝰ ĩ ænea maior.Laurus põit portẽta: qbus connubiũ Turni ꝓhibebať.

¶CHRI. Hunc fauno:artificioſa omnino narratio.Nã & dilucida eſt ut plane intelligatur & breuis:ut memoria retineatur & ueriſimilis ut omnia facile credanť.Qui.n.dareť æterno uiro ea puella: ad quã ſolam regnũ ſpectabat:quæ omniũ eſſet pulcherrima:& a multis petita:niſi deoꝝ monitis italis dari prohibereť. Rurſus quõ eam extorſiſſet Tornus:aut illi ceſſiſſet Latinus niſi ipſe & nobilitate elatus:& regnos præpotẽs & animi corporiſq; uiribus audax:ac poſtremo reginæ fauore ſuffultus fuiſſet ac demũ quæ nam tãta fuiſſet æneæ gloria:niſi aduerſus potentiſſimos reges:ferociſſimos populos:florentiſſima regna:ac demum niſi aduerſus diræ furiæ alectos:& potentiſſime omniũ deæ Iunonis machinas pugnandũ eſſet.Huiuſcemodi igitur narratione ea cuncta q̃ inferre uoluit poeta uériſimilia redduntť.¶ Hunc fauno:locũ exornat adnominatiõe & apoſtrophe.¶ Marica:ait pomponius fuiſſe reginã larinatiũ:& ab ea forſan eſt marica ſylua in exitu liris fluminis: ubi ſunt minturnæ.Maro ait eſſe nymphã ex qua & Fauno ſit natus latinus:alii uolunt fuiſſe filiũ Herculis: & ab ipſo fuiſſe cõmendatũ Fauno ab origenũ regi:proptereaq; eius uolunt filiũ putatũ.Heſio.Latinũ Circe & Vlyxis filiũ ſcri.Volũt aũt quidã Circẽ & Vlyxẽ tres genuiſſe Thelegonũ:Latinũ:& Auſoniũ:ſed omnem ambiguitatem.Iginus ſoluit:qui ſcribit in latino plures fuiſſe reges latinos appellatos.Dicunt ꝑterea duos latinis filios fuiſſe cæſos in prima ætate fraudæ uxoris amatæ illorũ nouercæ.¶ Te ſatur.Emphaſim hẽt.¶ Te.q.d. maxi-

Marica
Latinꝰ

mũ deoꝝ.¶ Nulla fu.ſ.eo tp̃e quo æneas ĩ Italiã uenit.Nã priꝰ fuerat:uñ addit.Priaqꝫ extĩcta iuuẽta.¶ Matura uiro & ãnis nubilis:Ex iure ſũptũ.¶ Præterea:laꝰ ẽ ab ætate.Nã nõ trãſacta iã iuuẽta nupſerat ut multis euenit: ſed ĩ ip̃o ætatis flor̃ ab oĩbus expetita ẽ.¶ Multi illã:qd mirꝫ ſi nobiliſſimã ĩ flor̃ ætatis cõſtitutã:ſi pulcherrimã ſi tãti regni heredẽ multi peterẽt.Multi augmẽtũ a nũeroſitate petẽtiũ.¶ E latio:laꝰ a regiõe: nã multũ ĩtereſt q̃ qſqꝫ natiõe ſit.¶ Auſõia:De auſonibꝰ ita ait Pli.a locris Italiæ frõs ĩcipit magna Græcia appellata ĩ tres ſinꝰ recedens auſonii maris: quoniã auſones tenuere primi.¶ Pulcherrimus: nobilitatis meminit & pulchritudinis: Qm̃ hæc duo p̃cipue mouẽt matres ĩ aſciſcẽdis ſibi generis:cũ patres altiori cõſilio de generi uirtutibus q̃rant.

Aduentare uirũ:& partes petere agmẽ eaſdem
Partibus ex iiſdẽ:& ſumma dominarier arce.
Præterea caſtis adolet dum Altaria tædis:
Et iuxta genitorem aſtat Lauinia Virgo
Viſa(nefas)lõgis comprendere crinibus ignẽ:
Atqꝫ omnẽ ornatũ flãma crepitante cremari:
Regaleiſqꝫ accenſa comas:accenſa coronam
Inſignem gemmis:tũ fumida lumine fuluo
Inuolui:ac totis Volcanum ſpargere tectis.
Id uero horrendum ac uiſu mirabile ferri.
Nanqꝫ fore illuſtrem Fama:fatiſqꝫ canebant
Ipſam:ſed Populo magnũ portendere bellum
At rex ſollicitus monſtris oracula Fauni
Fatidici genitoris adit:lucoſqꝫ ſub alta:
Cõſulit Albunea:nemorũ quæ maxima ſacro
Fonte ſonat:ſæuamqꝫ exhalat opaca mephitin.
Hinc Italæ gentes:omniſqꝫ Oenotria tellus
In dubiis reſponſa ferunt:huc dona Sacerdos
Contulit.& cæſarum ouiũ ſub nocte ſilenti
Pellibus incubuit ſtratis:ſomnoſqꝫ petiuit.
Multa modis ſimulacra uidet uolitantia miris
Et uarias audit uoces:fruiturqꝫ Deorum
Colloquio:atqꝫ imis Acheronta affat̃ auernis.
Hic & tum Pater ipſe petens reſpoſa Latinus
Centum lanigeras mactabat rite bidentes:
Atqꝫ harum effultus tergo:ſtratiſqꝫ iacebat
Velleribus:ſubita ex alto uox reddita Luco ẽ.
Ne pete connubiis Natam ſociare latinis:

¶SER. Partes petere agmẽ eaſdẽ:ĩtelligimus ab infero mari apes ueniſſe:uñ troiani.partes ãt eaſdẽ ſummitates reꝝ petere dicit:ſicut:apes apicẽ lauri.Q d' ãt ĩ laurũ ſedere:oſtẽdit̃ aduenarũ futura uictoria.¶ Caſtis:piis.Et ĩtelligimus Latinũ ſacrificaſſe iuxta abſtãte Lauinia.¶ Nefas:abſoluta parẽtheſis ẽ:& eſt hypallage.¶ Cõprẽdere crinibus:ignẽ:quũ ignis crinẽ cõprehẽdat.¶ Fumida:ĩ quo fumꝰ ẽ cã lachrymarũ.¶ Volcanũ ſpargere:ĩcẽdiũ belli ſignificat:his.n.duobꝰ hoc ab augurio diſtat aſcãii funo:& aſp̃ſiõe flãmarũ.¶ Faũi:Faunus απο της φωνης dictꝰ ẽ:ꝙ uoce nõ ſignis futura oſtẽdit.¶ Lucoſqꝫ.i.ĩ lucis.¶ Sub albũea .i.in albunea.¶ Alta:qa ẽ ĩ tiburtinis altiſſimis mõtibus:& albunea dicta ẽ ab aq̃ q̃litate:q̃ ĩ illo fõte ẽ: unde ẽt nõnulli ipſã Leucotheã uolũt.Sciendũ ſane unũ eẽ nomẽ fõtis & ſiluæ.¶ Fõte ſacro:nullus.n.fõs nõ ſacer pp attributos illis deos:q fontibus p̃eſſe dicũtur.¶ Mephitin:mephitis p̃prie ẽ terræ putor: q de aqs naſcit̃ ſulphuratis : & ẽ ĩ nemoribꝰ grauior ex dẽſitate ſiluarũ.Alii Mephitin deũ uolũt Leucotheæ cõnexũ:ſicut eſt Veneri Adonis:Dianæ Virbius: alii Mephitin Iunonẽ uolũt:quã aerẽ eẽ cõſtat.Nouimus.n. putorẽ nõ niſi ex corruptiõe aeris naſci:ſicut ẽt bonũ odorẽ de aere ĩcorrupto:ut ſit Mephitis dea odoris grauiſſimi.i.graue olẽtis.¶ Hinc Italæ gẽtes: cõmendatio oraculi.¶ Oenotria tellus:p̃prie ſabinorũ tractꝰ:ab œnotio rege.¶ Incubuit:ĩcubar̃ p̃prie dicunt̃ hi q dormiũt ad accipiẽda reſpõſa:unde ẽ Ille ĩcubat Ioui.i.dormit in capitolio:ut reſpõſa poſſit accipere.¶ Sub nocte ſilẽti:p noctẽ ſilẽtẽ.i.p noctis ſilẽtiũ:quũ oẽs tacẽt.¶ Varias audit uoces.ſ.pp multa ſimulacra petẽtibꝰ oracula apparẽtia.¶ Fruit̃:paſcit̃:qđ de rebꝰ tãtũ bõis dicimus.¶ Acherõta affat̃ auernis: poteſtates q̃ ſũt ĩ acherõte:ad quẽ p auernũ uẽit̃ hoc ãt iõ qa Faunus dr̃ ĩfernꝰ deꝰ:& ꝯgrue:nã nihil ẽ terra ĩferiꝰ ĩ q̃ hitat faunus:hĩc ẽ ꝙ eũ Hor.ĩducit nocẽtẽ dicens: Leuis ĩcedas ab eaſqꝫ paruis æquꝰ alũnis.¶ Pater ip̃e: aut honoris ẽ:aut re uera pp Lauiniã.¶ Cẽtũ:aut pro qualitate fortunæ.unde & rite dixit:aut certe finitus ſit pro ĩfinito:ideſt multas.¶ Tergo:pro tergoribus.

¶DONA. Virũ:nõ dixit cernimꝰ uirũ ueluti p̃ſentẽ:ſed cernimꝰ uirũ æternũ aduẽtare.¶ At rex:nõ dixit uirginis pr̃.Nã publicꝰ ſtatus:q̃ filiæ potior fuit.¶ Italæ.g.Ergo oẽs.¶ In .d.ergo maioris meriti oraculũ.¶ Huc dona:põit morẽ petẽdi oraculi.¶ Ipſe pr̃:Ergo nõ miſit alterũ ſed ipſe prexit:Vt patris & regis diligẽs adhiberet officiũ:& p mollibus plumis & ornatu regio nõ recuſauit pelliũ ſtratũ.¶ Vxor ſubito:Propter meritũ petẽtis.

¶CHRI. Caſtis.i.ipſa caſta:ut dicimus manibus piis.¶ Albunea:albunea nemus ẽ iuxta aniẽnẽ cũ fõte eiuſdẽ nõis:ſiue a colore aq̃ ſulphureæ:ſiue ꝙ albunea latie ſit qđ Græce leucothea:Sed ĩ hac ſylua fontes ſunt ſulphurei appellati albulæ.ut Strabo:& Plinius ſcribũt.¶ Oenotria:De oenotria iã diximꝰ.¶ Pellibus incu.apud priſcos.n.factis ſacris ſolebant in deorũ tẽplis ſomnum capere:ut ab eo deo cui ſacrificaſſent p ſomnum futura acciperent.Quod & Plautus in capadoce lenone oſtẽdit:q in templo Aeſculapii:ut ualitudini remedium acciperet incubuit.Et Cicero de diuinatione:atqꝫ etiam qui præerat lacedæmoniis nõ cõtenti uigilantibus curis in Paſiphes domo:q̃ eſt in agro pp urbẽ ſomniãdi cauſa excubabant:qa quietis oracula uera ducebant.¶ Stratis: autem refert in agro ſamio baſilicam fuiſſe Calchantis: cui petentes oracula nigrum ſacrificabant arietem & ſtrata in pelle dormiebant.¶ Miris modis:nã quæ ſomniando nobis apparent uariis & horrendis figuris ſeſe offerũt: Fuit aũt mirũ poetæ ingeniũ ut diceret miris:ut quod uerbis exprimere nõ ualebat:auditoris iudicio explicandũ relinqueret.¶ Subita:ut oſtẽdat patrem filio præ cæteris reſpõdiſſe.Neqꝫ diutius incertũ tenuiſſe.

O mea Progẽies: Thalamis neu crede paratis:
Externi ueniunt Generi: qui ſanguine noſtrũ
Nomẽ in aſtra ferãt: quorũq; a ſtirpe Nepotes
Omnia ſub pedibus: qua Sol utrunq; recurrẽs
Aſpicit Oceanum: uertiq;: regiq; uidebunt.
Hæc reſponſa patris Fauni: monituſq; ſilenti
Nocte datos: non ipſe ſuo premit ore latinus:
Sed circum late uolitans: iam Fama per urbes
Auſonias tulerat: cum Laomedontia pubes
Gramineo ripæ religauit ab aggere claſſem.
Aeneas: primiq; Duces: & Pulcher Iulus
Corpora ſub ramis deponunt arboris altæ:
Inſtituuntq; dapes: & adorea liba per herbas
Subiiciunt epulis: ſic Iuppiter ipſe monebat:
Et cereale ſolum pomis agreſtibus augent:
Conſumptis hic forte aliis: ut uertere morſus
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi:
Et uiolare manu: maliſq; audacibus orbem
Fatalis Cruſti: patulis nec parcere Q uadris:
Heus etiam menſis conſumimus inquit Iulus.
Nec plura adludens: ea uox audita laborum
Prima tulit finem: primamq; loquentis ab ore
Eripuit Pater: ac ſtupefactus numine preſſit.
Continuo Salue fatis mihi debita Tellus:
Voſq; ait o fidi Troiæ ſaluete Penates:
Hic dom⁹: hæc pria ẽ: Genitor mihi talia nãq;
(Nũc repeto) Anchiſes fatorũ arcana reliquit.
Cum te Nate fames ignota ad littora uectum

¶SER. Thalamis neu crede paratis: ꝓpter Turnũ. ¶ Veniũt: melius ueniũt: ut iã eos uenire ſignificet. ¶ Generi: plurali ꝓ ſingulari uſus eſt. ¶ A ſtirpe: ſtirpẽ quũ de genere dicimus tãtũ Fœ. quũ de arbore. Ma. g. & Fœ. ĩuenit̃ ut ſed ſtirpẽ teucri nullo diſcrimĩe ſacrũ: & Fœ. ut Hora. Cũ ſtirpeſq; raptas & pecudes & domos. ¶ Sub pedibus: ſub imperio ſuo ac ptãte. ¶ Monituſq;: alibi: monita dixit: ut Carmentis nymphæ monita & deus auctor apollo. ¶ Nõ ipſe ſuo pmit ore latinus: quo a ſe repelleret generos. ¶ Sed circum late uolitans: tmeſis eſt: circũuolitans. ¶ Adorea liba: Ador proprie genus farris: liba autẽ ſunt placentæ de farre & melle & oleo ſacris & aptæ. ¶ Subiiciũt: ſupponũt in epulaꝝ locũ. ¶ Ipſe: qui ꝑ harpyiam uaticinatus eſt: ut Quæ phœbo pater omnipotens. ¶ Et cereale ſolũ: Solũ dr̃ oẽ qđ aliqd ſuſtinet: unde de mari ſupra ait ſubtrahiturq; ſolũ: & Oui. primo Meta. Neu regio foret ulla ſuis aĩalibus orba aſtra tenẽt cæleſte ſolũ ſicut nũc panitias menſas: id eſt epulaꝝ ſuſtentaculum ſolum uocauit. ¶ Forte aliis: abundat forte. ¶ Fatalis cruſti: ad negocium reſpexit Aeneæ: cui hic erat finis laboꝝ. Cruſtũ aũt & cruſtra neutro dicimus de his ꝗ comedi poſſunt. Horatius: Vt pueris olim dant cruſtula blandi doctores. Iuuenalis Nos colaphum incutimus lambenti cruſtula ſeruo. Fœminino autẽ genere fragmẽta dicimus ꝗ nõ ſunt eſui: ut Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ. ¶ Quadris: aut menſis: & eſt antonomaſia. Nam ſupra orbẽ dixit: aut q̃dris fragmentis accipiamus: ut Iuuenalis: Vt bõa ſumma putes aliena uiuere q̃dra. ¶ Ad ludẽs: aut uacat ad: & ludentẽ ſignificat: aut certe ad ludẽs ad reſpõſi fidẽ uerba cõponens. ¶ Laboꝝ finẽ. ſ. maritimoꝝ. Nã in terra multa paſſurus eſt: ut ait ſibylla: ſed terræ grauiora manẽt. ¶ Primãq; loquẽtis ab ore Eripuit pr̃: hoc eſt adhuc loquẽte Aſcanio intellexit famẽ: quã fata ꝑdixerant. ¶ Numine pſſit: oraculi fide ab Heleno & Anchiſa ꝑdicti: pſſit ãt uocẽ Aſcanii: quo poſſet ipſe numina depcari. ¶ Fatis mihi debita tellus: bona piphraſis ẽ: ne fatalis diceret: qđ eſt mediũ: & in pcibus nihil eſſe debet ambiguũ. ¶ O fidi: Aeneæ. ſ. & nõ troiæ: quã nequiere ſeruare. ¶ Hic domus: aut familia: ut Da propriã thymbræe domũ: aut ordo ẽ: Hic patria: hic domus: ante enim patria eſt ꝗ ſit domus.

¶DONA. Circum: cum eo quod eſt tullerat iungendum eſt: ut ſit circum tullerat.

¶CHRI. O mea progenies facit fidẽ. q. d. quã fallere nõ debeo. ¶ Thalamis paratis: erat. n. opus ut ante hæc ꝑdicerent̃ ꝗ troiani inuenirent: ne commẽta res eſſe uideret. ¶ Verti: Quia ſuo imperio ſubigẽt. ¶ Regi: qa ſubactos clementer adminiſtrabãt. ¶ Adorea: ador qđ ſit expſſimus in Georg. ¶ Per herbam. ſ. apium. Diony. n. in lib. i. ait in agro laurente: ubi confederant Troiani aqua flebat uſq; ad mare. Nunc in cauo loco eſt ſcatens fons ſacer phœbo cum duabus ædiculis: in quibus Aeneas primum ſacrifeauit: & ibi troiani cibum ſumpſere in ſoloſtrato ex apio ſiue ex cruſtulis panis ad ciboꝝ mundiciẽ paratis: ac conſumptis cibis qdam ex illo apio ſiue & cruſtis comedere cœperunt. ¶ Tũ quidam ex filiis Aeneæ ſiue aliis ex diſcũbentibus inquit. at. n. menſa iã comeſa eſt nobis: Quo audito tumultuarũt oẽs tanꝗ ſi finita eſſent prima oracula: Reſpõſum. n. acceperat ſiue a dodoneo oraculo: ſiue ab erythris idæ tegurio ubi ſibylla habitabant nympha ĩdigena fatidica: ꝗ ipſos monuit: ut in occaſum nauigarent: donec eo ꝑuenirent: ubi mẽſas comederẽt: hoc ergo nũc aduenifſe dicebant. ¶ Et cereale ſolũ: rem minorẽ ꝗ in heroico carmine cõueniret tranſlatione & denominatione duobus coloribus rhetoricis honeſtauit: ut nominibus pro nominibus poſitis uiliora ꝗ eſſent maieſtatem q̃dam reciperent. ¶ Quadris: ſic Iuue. aliena uiuere q̃dra: quadrã aũt panem dixerunt qđ apud antiquos quadratas ſectiones haberent panes. Martialis: Cum mittis turdũ ue mihi q̃dram ue placentæ. ¶ Heus etiam menſis: miſerã hominũ inſcitiam oſtendit poeta. Nam ut perſæpe quæ timenda ſunt non timent ita ꝗ non ſunt timenda timent. Vt ueriſſimum ſit illud in Cice. Tuſculanis: ignaris homines in uita moribus errant. ¶ Eripuit: nondum. n. perfecerat orationem Aſcanius: cũ æneas oraculũ interpraetatus eſt: in quo & acumen ingenii & lætitia demonſtrat. Nam neq; tam cito hebes intellexiſſet: neq; quod intellexerat tam celeriter niſi lætus elocutus fuiſſet: Salutat autem terram quoniam eam eẽ cognouit: quam fata portendebant: agit gratias penatibus: quoniam eo incolumen illum perduxerant.

Quadra

¶In ſignibat:ſigno ſuo clarum eſſe faciebat.¶Argu/
mentũ in:aut fabula:ut Cice.argumẽta erant in ual/
uis: aut re uera argumentum:ideſt probationẽ : quo
ſe græcum comprobare cupiebat:hoc enim ẽt ama/
ta ſuperius dixit:Inachus acriſiuſq; patres : mediæq;
mycenæ.¶Cuſtos:ne reuerti poſſet in formam prio
rem.¶Pater ina.pater non tantum eius:ſed auctoro/
riginis Turni.¶Totis Agmina campis:qui oculis po
terãt ſubiacere.¶Denſantur: denſeo denſes dicimus:
aliter non.¶Argiuaq; pubes:& hoc ad generis ut di/
ximus ſupra pertinet probationẽ: quod eum ſequæ/
bantur argiui.¶Vetereſq; ſicani:bene ueteres : Nam
ubi nunc roma eſt ibi fuerunt ſicani: quos poſtea Pe/
pulerunt aborigines.¶Sacranæ acies: dicunt quẽdã
corybantem ueniſſe ad Italiam & tenuiſſe loca : quæ
nunc urbi uicina ſunt:& ex eo populos ducentes ori/
ginem ſacranos appellatos.Nã ſacrati ſunt matri deũ
corybantes:alli ſacranas acies ardeatiũ uolũt: qui aliquãdo cũ peſtilentia laborarẽt uer ſacrum uouerunt:unde
ſacrani dicti ſunt uer ſacrũ autẽ ĩmolationis eſt genus.mos.n.italis fuit ut magnis in ꝑiculis adducti uouerẽt q̃/
cũq; ꝓximo uere nata eẽnt apud ſe aĩalia ĩmolaturos.¶Picti ſc.la.Glaucus Minois filius uenit ad italiã: & cũ ſi/
bi imperiũ poſceret:nec acciperet:ideo qđ nihil ꝑ̃ſtabat:ſicut eius pater ꝑ̃ſtiterat:zonã eius traſmittendo: cum
ante hac diſcincti eſſent:& oſtẽdit & ſcutũ militare:a quo & ipſe Labicus dictus eſt:& ex eo populi ἀπὸ τῆς λα
βῆς:quã latĩe anſam uocamus.Picti ãt ſcuta.i.ĩ bello freq̃uẽter ꝓbati.Nã apud maiores uirorũ fortiũ picta erãt
ſcuta:cõtra inertiũ & tyronũ pura erant:unde eſt parmaq; ĩglorius alba.i.nõ picta.¶Qui ſal.ty.t.nõ originẽ:ut
ſupra diximus.¶Sacrumq; nu.l.a.ut iã tũc ſacrũ: aut prolepſis eſt a cadauere Aeneæ:nam ſacratus eſt numicus
poſtq̃ ĩuentũ eſt illic cadauer Aeneæ.¶Littus.a.littus fluminis:ut Viridiq; in littore cõſpiciẽ ſus: cũ ripæ ꝓprie
fluminũ ſunt:littora maris ut Oui.Pro ripis littora pulſant.¶Circæũq; iu.circa hũc tractũ cãpaniæ colebaẽ pu
er Iuppiter:q anxurus dicebaẽ quaſi ἄνευ ξυρᾶς:ideſt ſine nouacula:quia barbam nũq̃ raſiſſet : & Iuno uirgo:
quæ Feronia dicebatur:eſt autem fons in campania iuxta terracinam: quæ aliquando anxur eſt dicta.¶Et ui.
gaudens feronia luco:non uacat ꝙ addidit uiridi:nam cum aliquando huius fontis lucus fortuito arſiſſet in/
cendio: & uellent inde incolæ transferre ſimulachra ſubito reuiruit.

¶CHRI. Aetneos:tantos quantos effundit ætna.¶Tam magis illa fremens : uel poeticæ dixit ꝙ tanto ma/
gis creſcerent flammæ:quanto magis crudeſceret pugna:cum re uera non eſſent flammæ ſed ſimulachra flã/
marum:uel hoc uoluit exprimere ꝙ & ſi forma chymeræ in galea horrorem incuteret : tamen in ardenti pu/
gna horribilior apparebat.¶Sublatis:quaſi extantibus ex ſcuto . ¶Setis:ſetæ horridæ ſunt :ut in ſuibus uide/
mus.Lana contra molliſſima neq; eſt niſi in ouibus:Pili autem medii ut neq; molles:ut lanæ:neq; rurſus rigẽ
tes ut ſetæ itaq; ſetas pro pilis poſuit.¶Celataq; amnem:fluuiorum enim dii ita pingebantur:ut bubula habe
rent cornua:& ex urna aquam funderent.¶Vetereſq; ſicani:gens hæc hiſpaniæ eſt quæ per ſeditionem popu/
larem relicta patria in Italiam uenit:dicti ſunt ſicani a ſicori hiſpaniæ fluuio.Hi pulſi ab umbris inſulam occu/
parunt:quæ ſicilia a ſiculis appellabãt.¶Rutuli:argiui fuerunt:qui rege Rutulo in Italiam uenerant.¶Argiui:
Epei:& Phœneate uenerunt cum Hercule cretenſes cum Saturno.¶Et ſacranæ acies : memorant Corybantẽ

quendam ueniſſe in latinum & oſtendiſſe myſtica Cybeles. Ab hoc qui fluxerunt propter ſacras cerimonias ſacrani appellati ſunt. Alii dicunt ſacranos eſſe dictos ardeates ob ſacrum uotum. Quod uidetur ſentire Sillius cum ait Sacra manus rutuli.

Qua Saturæ iacet atra Palus:gelidusq; ꝑ imas
Quærit iter ualles:atq; in mare cōdit Vfens.
Hos ſuper aduenit Volſca de gente Camilla
Agmen agēs eqtum:& florēteis ære cateruas
Bellatrix:nō illa Colo:calathis ue Mineruæ
Fœmineas aſſueta manus:ſed prælia uirgo
Dura pati:curſuq; pedum præuertere Ventos
Illa uel intractæ Segetis per ſumma uolaret
Gramina:nec teneras curſu læſiſſet Ariſtas:
Vel mare per medium fluctu ſuſpenſa tumēti
Ferret iter:celeres:neq; tingeret æquore plātas.
Illam omnes tectis:agriſq; effuſa iuuentus
Turbaq; miratur matrum:& proſpectat euntē
Attonitis inhians animis:ut regius Oſtro
Velet honos leueis humeros:ut Fibula crinem
Auro īternectat: Lyciā ut gerat ipſa pharetrā:
Et paſtoralem præfixa cuſpide Myrtum.

Explicit Liber Septimus.

SER. Qua ſaturæ iacet atra palus: ſecundū hāc lectionem re uera ſaturam paludem ītelligimus: ſed alii aſturæ legunt: quod ſi eſt paludem pro flumine poſuit:nam haud lōge a terracina oppidum eſt aſtura:& eius cognomine fluuius. ¶ Quærit iter ualles: ſatis ſignatis uerbis expræſſit flumen anguſtum: cōtra de Tyberino ait In mare prorumpit. ¶ Hos ſuper aduenit uolſca de gente camilla:prudenter poſt completam commemorationem uirorum tranſit ad fœminas ita enim de troiāis legitur:qui ultimum amazonum poſtularunt auxilium:quæ res ab Homerus prætermiſſa eſt:ſane iam præſagium infelicitatis futuræ:quod inter ipſa principia armātur & fœminæ. ¶ Volſca de gēte:de priuerno uolſcorum oppido:ut Priuerno antiqua metabus cū excederet urbe. ¶ Florēteis ære cateruas Ennius & Lucretius florēs dicūt omne quod nitidum eſt:hoc eſt ſecutus Virgilius aliter acyrologia eſt. Lucanus Florebat nauibus poteſt. ¶ Calathis ue mineruæ:Minerua & armoꝝ dea ē:& lanificii:ſed Camilla animum ad arma ſolum contulerat. ¶ Curſuq; pedum:bene pedum adiecit:ne per equum eius gloria minueretur:qđ ei obicitur. Quid tamen egregium ſi fœmina forti fidis equo? ¶ Ariſtas:primas ſpicæ partes:dictas ab eo quod prīo areſcant. ¶ Tingeret:mergeret:ut Tinguat equos. ¶ Iuuētus Turbaq; miratur matrum:ante ornatū eius poſt arma dicturus eſt: unde hyſteron proteron eſſe uoluerunt in reſpondendo:ut ornatum matres: uiri uero arma mirentur:ſed melior ſenſus eſt:ut ſicut dictum eſt accipiamus ea enim ſexus uterq; miratur:quæ ſunt poſita:contra opinionem:ut miretur fœminæ arma in muliere: uiri ornatum in bellatrice. ¶ Inhians: ſtupore quodam patefacto ore. ¶ Lyciam pharetram:quaſi lycians ut legimus cretenſes ſagittas. ¶ Paſtoralem præfixa cuſpide myrtum:non haſtam myrteam ſed ipſam myrtum quia hac pugnare paſtores ſolent. Sta. Lernæam iacit ille trabem.

CHRI. Vfens:fluuius hic haud lōge a terracina in tyrrhenum cadit mare:eſt & ufens alter fluuius in gallia ciſalpina:qui ex alpibus cadens padum ingreditur. ¶ Camilla: camillos antiqui miniſtros dixerunt. ¶ Illa: uel intactæ:pulcherrimæ hyperbolæ:quas latini ſuperlationes nominant quæ quāuis apertum mendacium perferant:tamen magnum inde fit:aut augmentum aut imminutio.

Explicit Liber Septimus.

VT belli ſignum laurenti Turnus ab arce:apud maiores noſtros tria erant militiæ genera in bellis gerendis.Nam aut legitima erat militia:aut coniuratio aut euocatio. Legitima erat militia eorum:qui ſinguli iurabant pro republica ſe eſſe facturos: nec diſcedebant niſi complectis ſtipendiis:ideſt militiæ temporibus:& ſacramentum uocabatur aut certe ſi eſſet tumultus:ideſt bellum italicum:uel gallicum:in quibus ex periculi uicinitate erat timor multus : quia ſingulos interrogare non uacabat:qui fuerat ducturus exercitum ibat ad capitolium:& exinde proferens duo uexilla:unum roſeum quod pedites euocabat:& unum cæruleum:quod erat equitum.Nam cæruleus color eſt maris a cuius deo equum conſtat inuentum:dicebat:Qui rem publicam uult ſaluam eſſe me ſequatur:& qui conueniſſent ſimul iurabāt: & dicebatur iſta militia coniuratio.fiebat etiam euocatio.Nam ad diuerſa loca diuerſi propter cogendos mittebantur exercitus : Modo ergo duo ſunt genera militiæ cōiuratio & euocatio:quippe in tumultu:ſane incongruum nō eſt quod ſignum belli: ideſt uexilli eleuationem Turno dat : cum de rege Latino dixerit ſupra Rerumq; reliquit habenas. Belli autē ſignum dixit generaliter.Nam multa ſunt:ſed uexillum ſignificat:quod eſt tractum a ueli diminutione: ut uelū uexillum. ¶ Strepuerunt cornua : quæ ſimul ſonabant:ut Aereaq; aſſenſu conſpirant cornua rauco. ¶ Vtq; acres concuſſit equos:hoc ad equites pertinet. ¶ Vtq; impulit arma: hoc ad pedites. Eſt autem ſacrorum:nam is qui belli ſuſceperat:curam ſacrariū Martis īgreſſus:primo ancilia commouebat poſt haſtam ſimulachri ipſius:dicens Mars uigila. ¶ Extemplo:aut ſubito:aut re uera ex ipſo templo : ideſt poſt diuina arma commota. ¶ Tumultu trepido : feſtino more ſuo.Coniurat nota de re bona coniurationem dici poſſe. Nam coniuratio των λεσων. ¶ Iuuentus Effera:efferata per furiam. ¶ Meſappus & ufens : bōa electio perſonarum ad delectum habendum unus eques bonus:ideſt Meſſapus mittit̄: alter pedes egregius:ideſt ufens. ¶ Conteptorq; deū Mezētius:qs enī iuſtius : quam ſacrilegus contra pios & præpararet bellum:& gereret.

¶ DONA. Simul:Simul & omne dixit.i.uno tempore omnibus in unum coeuntibus.Coniuratio aūt totius latii:& tumultus:ideſt timor multus & concitatio tot populorum ad laudes æneæ pertinēt: inſeruit etiam æneæ hic tumultus: ne peregrinus in hoſpites & ſocius in fœderatos impius uideatur : ſi primus Bellum moueat. ¶ Cogunt:nō congregant : ſed cum cogunt timidiores. In qua re etiam ipſi duces timorem ſuum oſtēdunt.Magna laus æneæ:ut Mezentius contemptor diuum : aliquando inuenerit : quem timeret.

¶ CHRI. Vt belli ſignum laurenti turnus ab arce : Ex more Romano : illi enim rubrum uexillum ex arce proponebāt Bellum moturi: Eſt autem ut: ideſt quam primum ſtatim q. ¶ Extemplo:nulla interpoſita mora. ¶ Turbati animi : non enim ſolum moti ſunt ad arma : ſed uehementer moti : & fuerat ille motus ſumma perturbatio:hoc autem refert poeta ut exprimat effectum furiæ. ¶ Simul : quaſi dicat eodem tempore omnes: quod niſi furiæ opera factū non eſſet.Qui.n.potuiſſent omnes eodem momēto tantopere cōmoueri niſi furiæ impulſu. ¶ Tumultu trepido: nō potuit expſſius demōſtrare ingētē aiorū motū:ut appareret & feſtiatio & cōcitatio aiorū. ¶ Iuuentus:hæc enim ætas facilius excandeſcit ad iram.



ADILON.

Præparat octauo bellū quos mittat in hoſtes.

Modeſtini Iuriſcōſulti.Argumentū. VIII.

DAr belli ſignū laurāti Turnꝰ ab arce.
Mittit̄ & magni Venulus Diomedis ad urbem
Qui petat auxiliū:& doceat q̄ cauſa petendi:
Aeneas Diuom monitis adit Arcada regem:
Euandrū Arcadiæ ꝓfugū noua regna petentē.
Accipit auxiliū huic natū: & ſocia agmia iūgit
Euander:Palas fatis comes ibat iniquis.
Iamq; habilis bello:& maternis lætus in armis
Fataq;:Fortunaſq; ducum:Caſuſq; ſuorum
Sortitus:Clypeo diuina intentus in arte eſt.

P.Virgilii Maronis Aeneidos.Liber. VIII.

VT belli ſignum Laurenti Turnus ab arce
Extulit:& rauco ſtrepuerūt Cornua cantu
Vtq; acres concuſſit Equos: utq; īpulit arma:
Extēplo turbati animi:ſimul omne tumultu
Coniurat trepido Latium:ſeuitq; iuuentus
Effera:ductores primi Meſſapus:& ufens:
Contemptorq; Deum Mezētius undiq; cogūt

Auxilia: & latos uaſtant cultoribus agros
Mittit̃ & magni Venulus Diomedis ad urbẽ
Qui petat auxiliũ: & Latio cõſiſtere Teucros:
Aduectum Aeneam claſſi: uictoſq; penates
Inferre: & fatis regem ſe dicere poſci:
Edoceat: multaſq; uiro ſe adiungere gentes
Dardanio: & late Latio increbreſcere nomen:
Quid ſtruat his cœptis: quẽ: ſi fortũa ſequat̃:
Euentum pugnæ cupiat: manifeſtius ipſi
Quam Turno regi: aut regi apparere Latino.
Talia per Latium: quæ Laomedontius Heros
Cuncta uidens: magno curaꝝ fluctuat æſtu:
Atq; animũ celerẽ nũc huc: nũc diuidit illuc:
In parteſq; rapit uarias: perq; omnia uerſat.
Sicut aquæ tremulum labris ubi lumẽ Ahenis
Sole repercuſſum: aut radiãtis imagine Lunæ
Omnia peruolitat late loca: iamq; ſub auras
Erigitur: ſummiq; ferit laquearia tecti.
Nox erat: & terras animalia feſſa per omnes
Alituũ: pecudumq; genꝰ ſopor altus habebat:

¶SER. Vaſtant cultoribus agros: abducendo cultores: uaſtos & deſertos efficiunt. ¶ Mittitur & magni uenulus diomedis ad urbẽ: Diomedes poſtq̃ repperit ira Veneris a ſe uulneratæ uxorem ægialiam apud argos turpiter uiuere noluit reuerti: ſed tenuit partes apuliæ: & edomita omnis gargani montis multitudine: in eodem tractu ciuitates plurimas condidit. Nam beneuentum: & equituticum ipſe condidit & arpos: quæ Argirippa dicitur: ad quam nunc Venulus mittitur non arpinum: quam conſtat eſſe campaniæ: unde Cicero arpinas. Sane ſciendum apuliam uno dictam uocabulo: ſed huius partem quam Diomedes tenuit meſſapiam & peucetiam a duobus fratribus dictam: qui illic imperarunt: alii aliter ſentiunt de meſſapiæ noĩe in anthedonis. n. ora quæ beotiæ eſt mons ſtat meſſapius a duce meſſapo nominatus: qui aduẽtans in iapygiam ab ſe meſſapiam regionem appellauit. Item dauniam a Dauno regæ apuliæ. ¶ Venulus: hunc fuiſſe conſtat argiuum: nam tiburs eſt: ut ille indicat locus Prædam tiburtũ ex agmine raptam Portat ouans. Conſiderate hic ergo ad Diomedem mittit̃: ut eum quaſi ciuis poſſit mouere. ¶ Conſiſtere: iam eſſe conditos. i. fundaſſe ciuitatem. ¶ Regẽ ſe dicere poſci: unde illud eſt expectate ſolo laurenti & dicendo poſci: agit ſubtiliter: nam ſi non uenit errore: ſed fato omnem ſibi utiq; eſt uendicaturus Italiam: ſine dubio & Diomedis imperium. ¶ Viro ſe adiungere gentes Dardanio: bene non Aeneæ dixit: ſed uiro dardanio: ut non ſit mirum ſi ſequebantur hominem ſibi cognatione ſociatum: ut Hinc dardanus ortus Huc repetit. ¶ Quid ſtruat his cœptis: quum hæc iam cœperit: & participialiter dixit ab eo quod ẽ incipio: cœptus facit: hinc eſt cœptus. ¶ Quem ſi fortuna ſequatur Euentum pugnæ cupiat: ſi eum fortuna comitetur: quem ſuæ finem uelit eſſe uictoriæ ipſum melius noſſe: qui iam antiquus eſt hoſtis: uult autem intelligi Aeneam etiam contra Diomedem bella geſturum: nõ tantum propter præſens imperium: ſed cauſa hoſtilitatis antiquæ. ¶ Talia per latium: gerebantur ſubaudis: & eſt formoſa eclypſis. ¶ Cuncta uidens: animo pertractans: nam non uidebat. ¶ Curarũ fluctuat æſtu: his uerbis futuram præoccupat comparationem: quæ eſt Apollonii de uerbo ad uerbum. ¶ Sole repercuſſum: aut uacat re: aut bene repercuſſum: quia primo aquam ferit: inde poſtea tendit ad tecta. ¶ Radiantis imagine lunæ: Negant omnes phyſici lumen lunæ aliud ex ſe reddere: & uituperat̃ hoc dicto Virgilius: quod tamen tolerabile eſt: quia non lunam ſed imaginem dixit lunæ: quam a ſole lumen accipere manifeſtum eſt. ¶ Laquearia: multi lacunaria legunt: unde eſt in Horatio: Nec mea renidet ĩ domo lacunar. ¶ Alituum: pro alitum: ſed metri cauſa ut ſupradiximus addidit ſyllabam.

¶DONA. Mittitur & magni: magnum ſignum timoris: ut etiã ab externis auxilium petant. ¶ Aduectum æneam: quaſi quem uicerat ne deſperet de uictoria. ¶ Regem ſe poſci. q. d. mentit̃ in hac re. ¶ Multis: adiungit hæc uera: ut etiam falſa credantur. Vult igitur inferre timorẽ Diomedi: ut ſua cauſa pellat æneam ſed nõ tantũ terrorem: ut deſperet de uictoria ſi properabit: eſt autem in ſingulis repetendum edoceat. ¶ Cuncta uidens: ideſt nihil ex iis quæ hoſtes agerent illum latuit. ¶ Laomedontius heros: uirtute & caliditate Laomedonti reſpondens Aeſtu curarum: ꝑpter exiguas copias ſuas & tantos hoſtiles apparatus.

¶CHRI. Auxilia: more Romão: Nã ĩ legiõibus nõ militabãt niſi ciues Romãi ſiue romæ oriũdi ſiue donati eẽnt ciuitate. Extra uero legiões erãt auxiliares: & auxilia appellabantur. ¶ Venulus: Diomedes turpitudine Diomedes
uxoris q̃ ſtimulãte Venere ꝑꝑ uulnus ab ipſo acceptũ adulteriis ĩdulgebat in Italiã uenit in apuliam Dauni regis filiã: duxit cõdiditq; arpos: q̃ argirippa & argoſippiũ noĩat̃. Hunc ergo tanq̃ Troiani noĩs hoſtẽ in auxiliũ uocat Turnus. ¶ Qui petat auxiliũ: ſemina ſunt artificioſiſſimæ orõnis. Illinc. n. educunt̃ iſta: Eſſe obuiandũ æneæ anteq̃ plures ſe illi adiungãt. Neq; deeſſe ſibi uires: cũ uenerit claſſe neq; auctoritatẽ: cũ dicat ſe fatis poſci neq; fidẽ cũ iã plures ſe adiũxerit. ¶ Ergo eẽ formidãdũ: itaq; extãt loci ab utili: hõeſto & neceſſario & cũ illũ pene repugnabilẽ ponat tñ relinqt poſſe ſuparі a Diomede: qm̃ alias ab ipſo ſupatus ſit. Ac poſtrẽo debere illã rẽ ſuſcipere: qm̃ antiq̃ hoſtilitate diomedẽ ꝑter cæteros petiturus ſit: neq; defuturas ſibi uires: ſi alios ſupauerit in q̃ re apparet mirificũ poetæ ingeniũ: & cõſiliũ ſapiẽtiſſimũ cũ pauciſſimis uerbis relinq̃t locos ad copioſiſſimã: efficaciſſimãq; orõnẽ cõtexendã. ¶ Magno curaꝝ fluctuat æſtu: Nõ cædit magnitudini ꝑiculoꝝ inuictus aĩus æneæ ſed quo pacto ꝑicula declinet oĩ cura cogitat. ¶ Fluctuat: nã cõſultãti ĩ rebus dubiis multa ꝓ re: multa itidẽ cõtra rẽ occurrũt: unde aĩus dubitabũdus ita ambiguus relinquitur ueluti carina a diuerſis uẽtis certo curſu cõſiſtere nequit: ſed mõ huc mõ illuc labit̃: ſic ipſe mõ in illã mõ in aliã ſentẽtiã inclinat. ¶ In pteſq; rapit uarias: tãta erat uis ingenii: ut eodẽ pene momẽto ꝑ quæcunq; aut ad rẽ facerent aut rei aduerſarent̃ diſcurreret.

Cum pater in ripa:gelidiq; ſub ætheris axe
Aeneas triſti turbatus pectora bello:
Procubuit:ſeramq; dedit per mẽbra quietem.
Huic Deus ipſe loci fluuio Tiberinus amœno
Populeas inter ſenior ſe attollere frondes
Viſus:eum tenuis glauco uelabat amictu
Carbaſus:& crines umbroſa tegebat harundo.
Tum ſic affari:& curas his demere dictis.
O ſate gente Deum:troianã ex hoſtibus Vrbẽ
Qui reuehis nobis:æternaq; Pergama ſeruas
Expectate ſolo laurenti:aruiſq; latinis:
Hic tibi certa dom9:certi(ne abſiſte) Penates:
Neu belli terrere minis:tumor omnis:& iræ
Conceſſere Deum.
Iamq; tibi:ne uana putes hæc fingere ſomnũ:
Littoreis ingens inuenta ſub ilicibus Sus
Triginta capitum fœtus enixa iacebit
Alba ſolo recubans:albi circum ubera nati.
Hic locus urbis erit:requies ea certa laborum.
Ex quo terdenis urbem redeuntibus annis
Aſcanius clari condet cognominis Albam.
Haud incerta cano:nunc qua rõne quod inſtat
Expedias uictor paucis(aduerte)docebo.

¶SER. Sub ætheris axe:ideſt ſub aere.¶ Seramq; dedit per membra quietem:tardam quippe in bellicis curis:ab Homeri dictum eſt qui dicit. ου χρη παννυχιον ευδειν βουληφορον ανδρα οι λαοι τε επειθε:τραφεται και τοσσαμε υηλευ. ¶ Tiberinus:bene tiberinus quia ſupradixerat deus.Nam in ſacris tiberinus:in cœnolexia:ideſt communi ſermone tiberis:in poemate tibris uocatur. ¶ Senior:atqui ubiq; flauum eum eſſe dixit:ſed ſenior aut propter ſpumas dictus eſt:aut ad reuerentiam pertinet:ſic Lucanus:de urbe roma adhuc florente:Turrigero canos effundens uertice crines.¶ Curas his demere dictis:habitum futuræ orationis oſtendit.¶ O ſate gente deum:alibi Certiſſima ꝓles:& uigilas ne deũ gens.¶ Vrbemq; qui reuehis nobis:ut Ilium in Italiam portans:urbem ergo pro ciuibus poſuit.Reuehis autem propter Dardanum:a quo troiani deſcendunt.¶ Expectate ſolo laurenti:dat affectum etiam locis:ut Ipſe te tityre pinus:Ipſi te fontes:ipſa hæc arbuſta uocabant.¶ Hic tibi certa domus:quod ſuperius ab Apolline popoſcerat:hoc nũc indicat tiberis:ut da propriam thymbrææ domum:da mœnia feſſis.¶ Tumor omnis & iræ conceſſere deũ:aliqua hemiſtichia in Virgi.tam ſunt imminuta ſenſu:q̃ uerbis:ut ecce hoc loco.Nãq; non poſſumus intelligere quieuiſſe omnem tumorem & iram deorum:quũ & adhuc inimica ſit Iuno:& ad troianoꝝ perniciem addant aliqua alia numina ut furia ut iuturna:unde quidã mire concluſit hunc uerſum dicens:Cõceſſere deũ profugis noua mœnia teucris.Quod ſi ita acceperimus ut dicat teucros conſtituere ciuitatẽ:nec ea numina q̃ ſunt irata uetant:nihil erit cõtrarium. Nam & ipſa Iuno hoc dicit.Non dabitur regnis eſto prohibere latinis:Atq; immota manet fatis lauinia coniux:hic autem ſenſus etiã ſi detrahas ſubauditionem:poteſt accipi a ſuperioribus:ut ſit tumor omnis & iræ conceſſere deũ ut hic ſit tibi certa domus:certi penates.¶ Littoreis:licet poſſimus de fluuio ẽt littus dicere:ponit tamen diſcretionẽ:ut ſub ilicibus paulo poſt Viridiq; in littore conſpicit̃ ſus:hanc aũt porcam ut diximus ſecũ habuere troiani:quã amiſſam in cãpania inuenere cũ fœtu circa laurentẽ agrũ:quam ideo Aeneas immolauit Iunoni:quia ipſa dicitur terra:ut Coniugis in gremium lætæ deſcendit. Scimus.autẽ hoc animal inimicum eſſe frugibus ut caprũ uitibus qui Libero immolat̃.¶ Enixa iacebit:participio utens tangit hiſtoriã.¶ Solo recubans:ſolo uidetur abundare.¶ Ex quo:qua ratiocinatione.¶ Quod inſtat:cura enim Aeneæ præſentis fuerat neceſſitatis.

¶DONA. Ne uana putes:Quia ſolent multi in ſomnis decipi dat ſignum:quo cognoſcat hoc ſomnium uerum eſſe.¶ Arcades:breuitate utitur:ne tedio afficiat æneam.Genus enim dicit & nomẽ & urbem & ſpem dat auxilii:cum hoſtibus illi hoſtes ſint & peregrini:quos iure oderint latini.Hic ergo pollicetur homini ignaro uiam ſe oſtenſurum.

¶CHRI. Aeneas triſti:Oſtendit numen iis qui pro uirili ſua periculis reſiſtunt nunq̃ deeſſe.¶ Procubuit:Quaſi uictus neceſſitate naturali.Non.n.ſponte iacuit:ſed uictus a ſomno procubuit.¶ Glauco:color aquæ cõuenies.Colorum facies multiplex & uaria eſt.Vocabula aũt ipſos exprimẽtia hæc ſunt rufi autem colo.ſpecies ſunt fuluus:flauus:rubidus:phœniceus:rubeus:luteus:ſpadix.Hæ omnes appellationes ſunt rufi coloris:aut incendentes:aut uiridi admiſcentes:aut nigro infuſcantes:aut uirenti ſenſim alba illuminantes:nam phœniceus iam latinum eſt & rutilus & ſpadix qui is color eſt exuberantiam ſplendoremq; ruboris ſignificat:quales ſunt fructus palmæ non ad modum ſole incocti:unde & ſpadicis & phœnicis nomen eſt.Spadica enim dorici uocant tramitem e palma cum fructu auulſum.Fuluus de ruffo & uiridi mixtus eſt.In aliis plus uiridis in aliis plus rufi habet.Ergo fulua aquila:fuluum aurum fulua iaſpis dicitur:& fuluus leo.Flauus ex uiridi albo & ruffo eſt hinc flauæ comæ flauæ frondes oliuarum dicuntur:& Pacuuius flauam aquam & flauum puluerem dixit:ſic Cedo tamen pedem flauis lymphis flauum:ut puluerem manibus iiſdem:quibus Vlyxem ſæpe permulſi abluam.Rubidus rufuſq; atrior eſt & nigriore mixto.Luteus contra:rufus dilucidior:ceſiam latini dixere quæ græce glaucopis:ut Nigidius ait de colore cœli:quaſi celia.Sate oratio eſt in genere deliberatiuo ab omni parte abſoluta.Primis enim uerbis non ſolum beniuolentiam captat a perſona æneæ.Commendat enim a genere:commendat a meritis q; troiã reuehit.Quæ tanta res niſi a magno uiro fieri nõ poteſt:cõmendat ex eo q; a fatis ſit uocatus:Verum etiam iiſdem iſtis rebus dat ſpem non mediocrem futuram eſſe:quæ ſibi prædicit.Poſtremo mõſtro ſuis remouet dubitationem omnem:ne forte ſuſpicetur hæc ſomnia uana eſſe.

Arcades his horis genus a Palante profectum
Q ui regem Euandrū comites qui ſigna ſecuti
Delegere locum:& poſuere in montibus urbē.
Palantis proaui de nomine Palanteum.
Hi bellum aſſidue ducūt cum gente Latina.
Hos caſtris adhibe ſocios:& fœdera iunge.
Ipſe ego te ripis:& recto flumine ducam:
Aduerſum remis ſuperes ſubuectus ut amnē.
Surge age Nate Dea:primiſq; cadētibus aſtris
Iunoni fer rite preces:iraſq;:minaſq;
Supplicibus ſupera uotis.mihi uictor honorē
Perſolues:ego ſum pleno quē flumine cernis
Stringentem ripas:& pinguia culta ſecantem
Cæruleus Thybris:Cælo gratiſſimus amnis.
Hic mihi magna dōus:celſis caput urbibꝰ exit.
Dixit:deinde lacu Fluuius ſe condidit alto
Ima petens:Nox Aeneam:Somnuſq; reliquit.
Surgit:& ætherei ſpectans orientia ſolis
Lumina:rite cauis undam de flumine palmis
Suſtulit:ac taleis effudit ad Aethera uoces.(eſt
Nymphæ laurētes:nymphæ:gēus ānibꝰ unde

¶SER. Arcades his oris genus a palāte ꝓfectū:Euāder arcas fuit nepos Palātis regis arcadiæ:hic āt cū patrē ſuū occidiſſet ſuadēte mr̄e Nicoſtrata q̄ ēt Carmētis dicta ē:qa carminibus uaticinabaᷓ:dimiſſa ꝓuīcia ſua uenit ad Italiā ad pulſis aboriginibus tēuit loca ī qbus nūc rōa ē:& modicū oppidū fundauit ī mōte palatino: hic āt Palatinus mōs ſecūdū Vir.a Palāte auo Euādri ē dictꝰ ſcđm Varro.& alios a filia Euandri Palātia ab Her.uitiata & poſtea illic ſepulta:uel certe a Palante eiꝰ filio illic ſepulto:alii a balatu ouiū Balāteū uolūt dictū:ex inde per antiſtœchon Palanteum dictū:ſed ſi a balatu hoc nomē uenerit:pa breuis eſt:ſicut eā Martialis ponit plerunq;:ſi autē a Palāte pa lōga fit:ut eā pōit ubiq; Vir. ſcđm ſuā opinionē.¶ Gēus a palāte ꝓfectum: ꝓfectū ad has oras genus a pallāte nō a palāte ꝓfectum.¶ In montibus:ut diximus ſupra in minoribus illis colliculis.¶ Palātis ꝓaui:confundit noīa ut plerūq;:ſolet: Nā auus fuit:ſicut & illud dixit Lucoꝝ ſorte parētis pilūni Turnus: & alibi Pilūnuſq; illi quartus pater. ¶ Bellū aſſidue ducunt cum gente latina: ducūt:aut gerunt:aut in longū trahunt:& bene p̄ſtandoꝝ auxilioꝝ exprimit cauſam ne magis Turno q̄ſi græco fauere credanᷓ.¶ Fœdera iūge:legiᷓ & fœdere.¶ Recto flumine ducā:recto fluminis itinere: & ſic dixit ut Tunc ſe ad caietæ recto fert littore portū:hoc eſt a littore nō recedēs:ſicut ergo nūc a littore fluuii non recedētē ſignificat.Eſt & alia expoſitio: ut recto flumine edomito frenato & in trāquillitatē redacto intelligamus:qđ ēt fecit ut Mitis ut in morē ſtagni placidæq; paludis:ut ſit recto p̄teriti tēporis:participiū. ¶ Iunoni ferrite præces: ſicut etiā Helenus monuit. ¶ Mihi uictor honorē perſolues:bene adimit ei bellicam curā ꝓmittēdo uoti fore compotem.¶ Stringentē ripas:radentē:imminuentē. Nam eſt tiberini fluuii ꝓpriū: adeo ut ab antiqs rumon dictus ſit q̄ſi ripas ruminans & exedēs:etiā in ſacris ſerra dicebaᷓ: unde ait nunc.Et pinguia culta ſecantē:in aliq̄ etiam urbis parte terētum diciᷓ eo quod ripas terat.¶ Cæruleus thybris:altus ꝓfundus.¶ Cælo gratiſſimus: pro his q in cælo ſunt.¶ Hic mihi magna domus.ſ. circa exitum ſuū.Alii romam dicunt tiberini eē domicilium.¶ Celſis caput urbibus exit: de tuſcia quā illis cōſtat multum floruiſſe tēporibus. Nā & lucumones reges habebat:& maximā Italiæ ſuperauerat partē.¶ Nox æneā ſomnuſq; reliquit:ut Feſſos uentus cū ſole reliqt.¶ Vndā de flumine palmis Suſtulit:qa diciᷓ etiā nox ſolo ſomno polluere:unde eſt. Et noctem flumine purgat.ſecretior etiā rō eſt:qa ſacrificaturus ſuperis de uiuo haurit flumine.¶ Nymphæ: hic diſtinguendū eſt ut generalitatē ſequaᷓ ſpecialitas:ut in georgicis Mater cyrene mater.Nā uitioſum eſt poſt ſpeciē genus inferre:genus amnibus unde eſt:quidā hic hypallagē putant:ut ſit nymphæ quæ amnibus genus habetis:ſane cum unde hodie ad locum referamus:ueteres & perſonis applicabant:ita ut ad omne genus & ad omnem numerum referrent:ut hoc loco genus femininum & pluralem numerum poſuit cum alibi maſculinum & ſingularem numerum poſuerit:genus unde latinum:quod plenius in initio primi libri æneidos dictum eſt.

¶DONA. Iunoni:matutinū tēpus cōgruū ſacrificiis oſtēdit.Docet potētū ira ſupplicādo potiuſq̄ repugnādo ſupari.¶ Ego ſum:non arrogāter ſed neceſſario laudat ſuū officiū.¶ Nymphæ:pōt ſic diſtingui. Nymphæ laurētes:qm̄ ipſe in tēpore fuerant neceſſariæ:deinde pone nymphæ genus:amnibus unde eſt:poſſumus ēt intelligere eſſe publicationē.Tertia diſtinctio eſt:ut dicas.Nymphæ ut generaliter proferaᷓ.Deinde ad ſpeciē redeat & dicat laurentes nymphæ q̄ erant p̄ferendæ.¶ Genitor:honoris cauſa uel qa ſubit:ut pater conſuluerat.

¶CHRI. Arcades:poſtq̄ fidē fecerat:q̄ dicturus erat eſſe credēda:narrat unde auxiliū petat.¶ Euādrū:annis ſexaginta ante bellū Troianū.Euāder ſuſpectus apud populares cæde paterna cū magna manu Arcadū & mr̄e carmēta:q̄ fuit filia Pallantis:& ipſius licaonis regis arcadiæ.Hi diuinationē a Palade habuere:qa Iuppiter pallada pallāti educādū dederat.Arcades græca gēs ſecūda poſt Pelaſgos ī Italiā uenit.¶ Hi bellū:argumētū a uerisimili: nā ſi latinis hoſtes ſunt libēter ad ꝓpellēdū cōem hoſtē cū Troiāis cōueniēt.¶ Ipſe ego: Dat ſpē poſſe illū ad Euādrū ꝑuenire.¶ Supplicibus.ſ.Et ī hoc dat ſpē ꝑficiēdi.Nā placata Iunōe oīa tuta erāt ſperāda.Neq; dubitādū quin placari poſſet poſtq̄ imperat ꝙ ſuperet.Nā nō īperat deus q̄ p̄ſtari nō poſſunt.¶ Victor.q.d.nō poſtulo niſi cū ueneris.¶ Ego ſum pleno:Vt fidē ſibi cōciliet ſeipſum māifeſtat:& cū addat ſe eſſe gratiſſimū cœlo ꝑſuadet ſe facile p̄ſtare poſſe q̄ ꝓmiſerat.¶ Nox æneā.ſ.cū ꝑ qetē uiderit:atq; audierit paꝝ ante lucē credenda uidebanᷓ.Nā Pla.ac Ariſtote.teſtibus ſomnia q̄ matutino tēpore obueniunt:uera eſſe cōſueuerūt.¶ Cauis:in cōcauitate redactis.¶ Oriētia lumina:nā iccirco nox abibat:qa ſol oriebaᷓ.¶ Effudit:affatim emerſit:& recto ordine ꝓgreſſus ē:ut prio corpus luſtraret aq̄ deinde luſtratus p̄ces effunderet.Nā īpurū puꝝ affari haud decet.

¶SER. Tu o genitor:cũ flumine:ſic enim in uocabatur in p̃cibus adeſto tiberine cũ tuis undis.Tibrim uero:alii a rege aboriginũ uolũt dictũ:q iuxta dimicãs interẽptus ẽ.Alii ab eo rege quẽ Glaucus Minois filius ĩ Italia iteremit.Alii inter quos & Liuius ab albano rege q in eũ cecidit.¶Arcete periclis:hypallage eſt,ꝓ a me ꝓhibete pericula.¶Quo te cunq; tenet lacus:lacus eſt quoddã adhuc latẽtis aq̃ receptaculũ:& dictus quaſi lacuna quædã ex q̃ erũpẽs aq̃ efficit fontẽ:q cũ fluere cœpit:alueum facit:unde iſta tria dixit alueum fontem lacũ: hoc enim ẽ Quocũq; ſolo pulcherrimus exis:q̃q multi hoc uerſu eius ſupfuſionẽ uelint ſignificari:iõ autẽ hoc dixit Aeneas qa audierat Hic mihi magna domus celſis caput urbibus exit.¶Semp̃ honore meo:ſatis Aeneas pie pollicet̃:quum tiberis uerecũde popoſcerit: ait nãq; mihi honorẽ uictor p̃ſolues.¶Corniger:flumina iõ:cũ cornibus pingunt̃:ſiue quo mugitũ boũ imitat̃ murmur undarũ:ſiue qd' plerũq; in cornuũ ſimilitudinẽ curuatas cernimus ripas: unde amnes: qa am.i.circũ:nant.i.circunfluũt ĩ modũ cornuũ flexoꝝ.¶Heſpidũ regnator aq̃rũ:bñ addit heſperidũ.i.italicaꝝ.Nã eridanus rex ẽ fluminũ heſperiæ:ut Fluuioꝝ rex eridanus.Fluuius uocatiuus antiquus eſt:q apud maiores in oĩ forma ſimilis erat noĩatiuo: ſed mõ aliter ẽ ĩ ſecũda tãtũ forma:nanq; ſi ꝓpriũ fuerit nomen:& i ante us habuerit us p̃dita.facit uocatiuũ: ut Terẽtius ti nullo excepto.Si ãt appellatiuũ ĩ emittit uocatiuũ:ut pius pie:fluuius fluuie:ex cepto fili9. Nã fili facit.plerũq; tñ poetæ euphoniæ cã antiqtatẽ ſequnt̃:addũt & aliq deus q nõ dee ſed deus facit. ¶Et ꝓpius:& ꝓprius legit̃ & ꝓpius:ſi ꝓprius familiarius ſignificat:ut Et ꝓprius res aſpice noſtras:ſi ãt ꝓpius citius.Cice.ĩ uerrinis.Nec qcq̃ ẽ ꝓpius factũ q̃ ut illud exemplũ de hadriano ſyracuſas iferretur: & hoc ẽ melius:Nã & ſtatĩ ẽ porca conſpecta:& Aeneas non dubitat de fide oraculi:ſed popoſcit celeritatem. ¶Tua numĩa:tua oracula & ꝓmiſſa.¶Mõſtrũ:qa ſubito & cũ triginta porcellis ẽ uiſa.¶Viridiq; in littore:fluuiali ſcilicet.¶Conſpicit̃ ſus.Horatius:Et amica luto ſus.Sciendũ tamẽ hoc eſſe uitioſum in monoſyllabũ finiri uerſum:niſi forte ipo monoſyllabo minora explicent̃ animalia:ut Parturiẽt mõtes:naſcet̃ ridiculus mus:gratioſiores enim ſunt iſti uerſus ſecũdum Luc. ¶Tibi enim:uacat enĩ:& tãtũ ad ornatũ p̃tinet:Integrũ ẽ ergo tibi:ut ex iteratiõe creſcat augmẽtũ.Terẽ.O Miſis Miſis.¶Maxima Iuno:q̃ſitum ẽ q̃ ſit Iuno maxima.Nam ut diximus uariæ ſunt eius poteſtates:ut Curetis: lucina:matrona:regina:& dicũt theologi ipſam eſſe matrẽ deum:q̃ terra dicit̃:unde etiã ei porca ſacrificat: ergo perite elegit epitheton ut maxĩa diceret.¶Mactat:mactatio poſt ĩmolationẽ unde bono uſus eſt cõpendio. Sane hyſteron proteron eſt in hoc uerſu:primum enim cum grege ſiſtit ad aram.& ſic mactat.i. auget p̃ficit: ¶Quã longa ẽ nocte:in quãtum longa ẽ:ut Nunc hiemẽ iter ſe luxu q̃ lõga fouere.¶Refluẽs:uelut in alueum ſuum recurrẽs:ut Aeneas cõtra undas pergẽs:deſcẽdẽtis celeritate ꝓpemodum uteret̃.¶Aequor aquis:ipſius æqualitatẽ.¶Rumore ſecundo:hoc ẽ bona fama:cum neminẽ læderet:aut certe dicit eos ante ueniſſe: q̃ fama nũciaret eſſe uẽturos:aut rumore ꝓ rumone poſuit:nã ut ſupradiximus rumon eſt dictus:unde & ficus ruminalis:ad quã eiecti ſunt Remus & Romulus:q̃ fuit ubi ẽ nunc lupercal ĩ circo:hac enim labebat̃ tiberis ante q̃ Vertunus factis ſacrificiis auerteret̃:quis ficum ruminalem alii a Romulo uelint dictã q̃ſi Romularem:alii a lacte infantibus dato:Nam pars gutturis ruma dicit̃:ergo ſi fuerit rumone ſecundo:fauẽte fluuio ĩtelligimus.

a Pier. valer. in tauro. p. 25.

Tuq; o Thybri tu o genitor cũ flumine ſancto
Accipite Aenean:& tandem arcete periclis.
Quo te cunq; lacus miſerãtem incõmoda nr̃a
Fonte tenet:quocũq; ſolo pulcherrimus exis:
Semper honore meo:ſemp̃ celebrabere donis.
Corniger Heſperidũ fluuius regnator aquarũ.
Ad ſis o tãdem:& propius tua numina firmes.
Sic memorat:gemĩaſq; legit de claſſe Biremes:
Remigioq; aptat:ſocios ſimul inſtruit armis.
Ecce autẽ ſubitũ atq; oculis mirabile monſtrũ
Candida per ſiluam cũ fœtu concolor albo
Procubuit:uiridiq; in littore conſpicitur Sus.
Quã Pius Aeneas:tibi enim:tibi maxĩa Iuno
Mactat ſacra ferens:& cũ grege ſiſtit ad aram.
Thybris ea fluuiũ q̃ longa eſt: nocte tumentẽ
Leniit:& tacita refluens ita ſubſtitit unda
Mitis ut in morem ſtagni:placidæq; paludis
Sterneret æquor aqs:remo ut luctamẽ abeſſet.
Ergo iter inceptũ celerant rumore ſecundo.

¶DONA. Quocunq;:lacum & quocunq; fonte.Alterum ad eius originem:alterum ad exitum pertinet. Fons eſt aquæ initium.Lacus ubi fontis aqua colligitur.¶Regnator:ut oſtendat omnibus fluminibus potiorem.¶Placidus:& mente & flumine propter nauigationem.¶Monſtrum:ideſt quod eſt contra rationem naturæ.¶Mactat:prius ſiſtit:deinde mactat.¶Ergo:ordo eſt.Quam æneas tibi ad aras cum grege ſiſtit: & cum grege mactat:ut intelligatur etiam fœtus mactaſſe.

¶CHRI. Tandem:poſt diuturnos errores.¶Numina firmes:nam confirmabitur numen ſi facta promiſſum ſequetur.Quod euenit:nam paulopoſt ſus apperuit.¶Tibi maxima:nam audierat Iunonem ſupplicibus ſupera donis.Ecce autem refert Dionyſius æneæ ſacrificanti porcam aufugiſſe:quam naui ſecum adduxerat: & oraculum fuiſſe ut ibi urbem cõderent:ubi illa cõſtitiſſet.Ergo illam inſecuti ſunt uſq; ad collem qui tribus millibus paſſuũ diſtat a mari:auditaq; eſt hic uox ut cõſiſterent & ſuẽ parientem obſeruarent: quandoqdem totidẽ annos poſtea quot illa fœtus pereret Troiani ſedes immutaturi eẽnt cũ meliori fortũa:atq; illa die ſeq̃nti.xxx.edidit porculos & poſt.xxx.annos ab aſcanio ſedes in albam traductæ ſunt.¶Tybris ea:reſpõdit re ipſis promiſſis: & oſtendit q̃ta ſint merita æneæ qui tante curæ immortalibus diis ſit.¶Rumore ſecundo:quaſi dicat:omnibus ex lætitia plaudentibus.Nã cũ manifeſtũ uiderẽt oraculũ:uarii erãt uulgo ſermones.¶Labitur: oſtẽdit facilitatem ex reflexu fluminis.¶Abies:denominatio:ponit materiam pro naui:quæ ex ea materia ſit.

Labitur uncta uadis Abies: mirant̃ & Vndæ:
Miratur nemus inſuetum fulgentia longe
Scuta uirum Fluuio: pictaſq; innare carinas:
Olli remigio noctem: diemq; fatigant.
Et longos ſuperant flexus: uariiſq; teguntur
Arborib⁹: uirideſq; ſecāt placido æquor̃ ſiluas:
Sol medium Cæli cōſcenderat igneus orbem:
Cum muros: arcemq; procul: & rara domorū
Tecta uident: quæ nūc romana potentia Cælo
Aequauit. tum res inopes Euander habebat.
Ocyus aduertunt proras: Vrbiq; propinquāt.
Forte die ſolennem illo rex Arcas honorem
Amphitruoniadæ magno: Diuiſq; ferebat
Ante urbem in luco: Palas huic filius una:
Vna omnes iuuenū primi: pauperq; Senatus
Thura dabāt: tepiduſq; cruor fumabat ad aras
Vt celſas uidere rates: atq; inter opacum
Adlabi nemus: & tacitis incumbere remis:
Terrentur uiſu ſubito: cunctiq; relictis
Conſurgunt mēſis: audax quos rumpere Palas
Sacra uetat: raptoq; uolat telo obuius ipſe.
Et ꝓcul e tumulo: Iuuenes quæ cauſſa ſubegit
Ignotas tentare uias? quo tenditis inquit.
Qui gēus? un domo? pacē ne huc fertis an ar(ma?
Tū pater Aeneas puppi ſic fatur ab alta:
Paciferæq; manu ramum prætendit Oliuæ.
Troiugenas: ac tela uides inimica Latinis:

¶SER. Labit̃ uncta uadis abies: deſcēdētis celeritate prope cōſcēdit. Sta. de diſco Similiſq; cadēti Creſcit in aduerſum. ¶ Miraſ̃ & undæ: laus troianoꝝ per phantaſiā quandā ex undaꝝ uel rumoris admiratione uenientē. ¶ Noctēq; diemq; fatigant: ut Siluaſq; fatigant: pro ipſi fatigantur. ¶ Superant flexus: hic oſtendit non eſſe alueum fluminis rectū. ¶ Variiſq; tegunt̃ arboribus: hoc eſt Hunc inter fluuio tiberinus amœno. ¶ Secant placido æquore ſiluas: oſtendit adeo perſpicuā fuiſſe naturā fluminis: ut in eo apparerent imagines nemoꝝ: quas troianæ naues ſecabant. Terentianus: Sic eſt natura fluminis ut obuias imagines receptet in lucē ſuā. ¶ Sol medium cæli conſcenderat igneus: alterius. ſ. diei. ¶ Cū muros arcēq; ꝓcul: palatinum uidit nec ſitū p̄ſentē conſiderare debemus: tūc. n. nullis obſtātibus ædificiis: p luper cal tiberi: ut diximus fluente: facile mons poterat uideri palatinus. ¶ Forte diem ſolēnem illo: ευσυώβολωσ: ideſt bono homine uictori deo troianis uenīētibus ſacra celebrant̃: bona ēt uſus ē œconomia. ¶ Amphitruoniadæ magno diuiſq; ferebat: amphitryo rex thebanorū fuit. Cuius uxorē alcmenā Iupiter adamauit: & dū uir eius œchaliā ciuitatē oppugnaret: de trinoctio facta una nocte cū ea cōcubuit quæ poſt duos edidit filios unū de Ioue. i. herculē: alterum de marito qui iphiclus appellatus ē: ergo aſſumpſit epitheton amphitruoniadæ ſatis peritæ. Nā cuiuis deo ſacrificaret̃: neceſſe erat poſt ipſum ēt reliquos inuocari. ¶ Ante urbē: ſecundū antiquū ſitū: tunc. n. ciuitas breuis fuerat. Pallas huic filius pro cū hoc. ¶ Iuuenū primi pauperq; ſenatus: totā oſtendit ætatē: nā p ſenatū ſeniores ſignificāt̃. Paup āt aut ad numeꝝ retulit: cētū. n. ſub Romulo fuerūt: aut re uera paup qđ romāi īperii oſtendit̃ parſimonia pro laude tūc habita. ¶ Tepiduſq; cruor: fruſtra qdā cruorē pecudū: ſanguinē hominū uolūt. Nā Iuue. ait Sanguis & a magno ceruix ferienda miniſtro. Vir. Atq; atros ſiccabat ueſte cruores. ¶ Celſas uidere rates: qa dixit Geminaſq; legit de claſſe biremes. ¶ Inter opa. adlabi nemus: p nemus: ut Hūc īter fluuio tiberin⁹ mœno: & ē hōeſta elocutio: ut ſi dicas Inter cœnā locut⁹ ſum. i. p cœnā: & meli⁹ dū cœnat̃ & ī cœnæ tpe: ut īter agēdū. i. dū agis: & īter eūdū. i. dū itur. ¶ Tacitis remis: ꝓ ipi taciti: hoc ē ſine celeuſmate: nā celeuſma nautic⁹ ē clamor ad hortādū. ¶ Audax qu. rū. pa. Sacra uetat: ne īterruptiōe ſacrificii piaculū cōmitteret̃: unde ēt in. iii. Helenus: ne q̄ īter ſanctos ignes in honore deoꝝ hoſtilis facies occurrat: deniq; quū ludi circēſes Apollini celebrarent̃: & Annibal nūciatus eēt circa portā collinā urbi īgruere: oēs raptis armis cōcurrerūt reuerſi poſtea cū piaculū formidarent: inuenerūt ſaltātē ī circo ſenē quēdā: q quū īterrogatus dixiſſet ſe nō interrupiſſe ſaltationē: ductū ē hoc ꝓuerbiū Salua res ē ſaltāte ſene: audacē āt dixit ubiq; Vir. quoties uult oſtēdere uirtutē ſine fortuna: uñ ēt turnū audacē uocat. ¶ Iuuenes q̄ ca. ſubegit: ſuccīcta & plena īterrogatio: cui p ſingula reſpōdet Aeneas. ¶ Qui ge. quo genere. ¶ Vñ domo? de q̄ ciuitate. ¶ An arma? tropū fecit cā metri. Nā ꝯſeq̄ns erat ut diceret an bellū. ¶ Paciferæq; ma. ra. p̄. o. nemorā faceret in reſpōſiōe. ¶ Tela. u. ini. bōa cōciliatio: nā audierat Hi bellū aſſiduæ ducūt cū gēte latia.

¶DONA. Paup ſenatus: & numero & opibus intellige. ¶ Audax: nō temerarius: ſed ꝓpria uirtute cōfidēs. ¶ Et procul: cum aſſiduum bellum gererent: cum gente latina non mirum ſi anxiæ cūcta exploraret. ¶ O iuuenes: oratio neceſſariis in tanto metu interrogationibus plena. ¶ Quo tenditis: quia ex deflexu uidebat illos uelle deſcendere. ¶ Superbo: quia iniuſtum. ¶ Profugos: ut oſtendat iuxta peregrinos immites.

¶CHRI. Mirant̃ & undæ: mira phātaſia poetæ ad laudē Troianoꝝ: mirant̃ ergo tāq̄ neq; naues neq; arma aut uiros tales hactēus uidiſſent: hēt āt mirā iocūditatē iſte locus: qñ ſenſum dat rebus q̄ ſenſu carēt. Neq; fluminis amœnitatē elegātius pingi poterat: ut ex pulchritudīe nauigatiōis q̄dā fœlicitas portendi uideret̃. ¶ Forte diē: diuinitus factū uidet̃: ut huiuſcemodi heros amicitiā cū Euādro ī ſacris maximi oīum heroū Herculis iniret. ¶ Vt celſas: nā cū nihil pctñ cum finitimis haberēt: ad oēs caſus trepidabāt uigilanterq; oīa explorabāt. ¶ Audax palas: iā nunc format uiꝝ egregium: q & ſacrificio ſimul & ſaluti publicæ cōſulit. ¶ Et procul: cautus adoleſcens: nā modo audiret̃ nō expectauit donec ad eos ꝑueniret. ¶ Et tumulo: unde facilius: & uideret̃ & audiret̃. ¶ Paciferæ: in tāta ꝓperatiōe id ſignū dedit: qđ īſtar lōgæ oīonis eſſet. Deinde cū dixit: Troiugenas ac tela inimica latinis: oſtendit & q eſſent: & ꝙ amici uenirent: nā amicos eſſe oportebat: q inimicis inimici eſſet.

Quos illi bello profugos egere ſuperbo.
Euandrum petimus:ferte hæc:& dicite lectos
Dardaniæ ueniſſe uiros ſocia arma rogantes.
Obſtipuit tanto perculſus nomine Palas.
Egredere o quicunq; es:ait:coramq; parentem
Alloquere:ac noſtris ſuccede Penatib⁹ hoſpes.
Excepitq; mãu:dextramq; amplexus inhæſit.
Progreſſi ſubeunt luco:fluuiumq; relinquunt.
Cum regem Aeneas dictis affatur amicis.
Optime Graiugenum:cui me Fortuna ꝓcari
Et uicta comptos uoluit prætendere ramos
Nõ equidẽ extimui Danaũ ꝙ ductor:& Arcas
Quodq; a ſtirpe fores geminis cõiũctus Atri-
Sed mea me Virt⁹:& ſancta oracula diuõ(dis:
Cognatiq; patres:tua terris dedita Fama
Coniunxere tibi:& fatis egere uolentem.
Dardanus Iliacæ prius pater Vrbis:& auctor

¶SER. Quos illi bello ꝓfugos:ſicut & uos:& mouet cõciliationẽ ẽt ex ſimilitudine fortunæ.¶ Ferte hæc: hoc ad ramũ ptinet.¶ Dicite:ad uerba.¶ Tãto pculſus noĩe:Dardãi.ſ.cõmemoratiõe.¶ Quicũq; es:hoc ad nomẽ Aeneæ ptinet.Nã eſſe troianos audierat.¶ Dextrãq; amplexus inhæſit:oſtẽdit uiꝝ & uirtutis & hoſpitalitatis amatorẽ.¶ Subeũt luco:more antiquo dicto iunxit cũ alibi iuxta uſum pſentẽ cõiunxerit:ut æneæ ſubiit mucronẽ:fluuiũq; relinquũt:hypallage in ſenſu:nã primũ eſt fluuiũ relinquere demũ lucum ſubire.¶ Optime graiugenũ:qtũ ad Aeneã ptinet græci neq; boni neq; meliores ſunt:ergo optime graiugenum ſuperlatiuus eſt pro poſitiuo.Nã optimus maloꝝ nõ poſſumus dicere:ſuperlatiuus.n.ſuo tantũ iungit̃ generi:ſic ergo dixit:ut Homerus δικαιότατος κενταύρων.i.iuſtiſſimus centauroꝝ pro iuſtus:quũ cẽtauri fuerint crudeles & impii.¶ Cui me fortuna ꝓcari:antiquũ ẽ.Nã mõ quẽ ꝓcari dicimus.Ter.Credo q mihi ſic oret.Itẽ Facite ut uobis decet Salu.Locũ editiorẽ q̃ uictorib⁹ decebat:& eſt græcũ εὔχεο ἀπόλλωνι.¶ Victa comptos ramos:ut in pacis petitione ramus oliuæ cũ uictis offerat̃:partim fabulæ:partim naturæ efficit rõ. Nã cum de nomine athenaꝝ Neptunus & Minerua cõtẽderent:& iuſſiſſet Iuppiter ut illius noĩe diceret̃ ciuitas:qui munus melius obtuliſſet equũ Neptun⁹: oliuã Minerua protulit:& ſtatim uicit:unde quũ ramus eius alicui offertur:indicat eũ eſſe meliorẽ:hinc eſt illud prouerbiũ.Herbam do.i.cedo uictoriã: qd̃ Varro in ætiis ponit:quũ in agonibus herbã in modũ palmæ dat aliqs ei cũ quo cõtendere nõ conat̃:& fatet̃ eſſe meliorẽ.eſt etiã oliua per etymologiam ab elea.i.olea dicta quæ miſericordia dicitur.i.ἔλεος.uictas aũt habet ramus oliuæ iõ ut inertiã & imbecillitatẽ oſtendat offerentis.Scimus.n.oues egere alieno ſemper auxilio.¶ Voluit:hinc eum laudat: quod tantus eum uir rogare compellit̃.¶ Danaum quod ductor & arcas :nec quod multitudinem haberes extimui:nec quod eſſes arcas:ut illuc hoc tẽdat.i.Agamẽnoni & Menelao coniunctus:& hoc ad Euandri laudẽ ptinet:q per q̃litatẽ moꝝ meruit nõ timeri.¶ Fores: ꝓ fuiſſes:ſed notandũ fores de præterito: geminis coniunctus atridis:aliter gemini uno partu editi:quærit̃ ſane q̃re euãder atridis genere fuit cõiunctus:q̃uis Heſiodus dicat qualiter atridis cõiunctus ſit euander:tamen qdã thyeſtæ filias ledã & hypermneſtrã aiunt fuiſſe:ledæ & tyndari filias:Clytẽneſtrã helenã:& timãdrã quã duxit uxorẽ echinus arras cuius filius Euander: Clytẽneſtrã & helenam notum eſt agamemnõi & menelao cõiunctas fuiſſe.Alii tradũt.Steropes & atlãtis ænomaũ & maiam fuiſſe:œnomai hippodamiã filiã:unde atreus natus.At maiæ filius Mercurius:ex quo arcades de qbus euãder:quod actius in atreo plenius refert.Alii narrãt ita: Atlas cõplures habuit filios:ſed de uno pelopem genuit: pelops genuit atreũ:atreus agamemnonẽ & menelaũ:Mercurius deĩde ex nicoſtrata q̃re euandri Mercurium maia filia atlãtis:ſic euander atridis cõiunctus eſt.Troianis aũt ſic iungit̃ ex electra atlantis filia & Ioue Dardanus naſcit̃:eius filius ericthonius:ex eo aſſaracus:ex eo Capys illo anchiſes:ex illo æneas.¶ Mea me uirtus:hæc arrogatio ad honorem Euandri pertinet.¶ Sancta oracula diuom:tiberini.ſ.uel apollinis ut uia prima ſalutis quod minime reris graia pandet̃ ab urbe.¶ Dedita fama:diuulgata:ut Deditur hic ſubito troiana per agmina rumor.¶ Fatis egere uolentẽ:qd̃ uoluntas fuerat egit neceſſitas fati.¶ Dardanus iliacæ primus pater urbis & auctor:reddit qd̃ ait ſupra Cognatiq; patres:Sane ſciendũ Atlantes tres fuiſſe:unũ maurum qui eſt maximus: alterũ italicũ patrẽ Electræ:unde natus eſt Dardanus:tertium arcadicũ patrẽ Maiæ:unde natus ẽ Mercurius: ſed nunc ex nominũ ſimilitudine:fecit errorẽ:& dicit Electrã & Maiã filias fuiſſe Atlantis maximi:nec præter rationẽ ait & maximi:& Atlas idem generat:Nã & ipſe habuit etiam hoꝝ nominum filias.i. Electrã & Maiã.

¶DONA. Dicite:quia non ſolus in tanto tnmultu uenerat Pallas.¶ Quicunq;:ad hominem non ad originem referas.¶ Coram parentem allo.¶ Optime:ſummum iudicium ſeruat parenti:& regi.

¶CHRI. Quos illi:nã nõ ſatis fuerat oſtẽdiſſe ꝙ eſſent inimici latinis:nã ſi ob illatã illis iniuriã fuiſſent poterãt:& arcadibus ſuſpecti eſſe.Poſuit aũt huiuſcemodi:& interrogationẽ:& reſpõſionẽ poeta: ut mira quadã breuitate pfectaꝝ orationũ abſolutũ officiũ ĩpleret.Sicq; & tẽpori in quo ꝓperato opus erat ĩſeruiret : & tamẽ nihil neceſſariũ omitteret.Et quemadmodũ reſponſio æneæ oſtendit interrogationẽ.¶ Pallãtis:perfectã fuiſſe:ſic uiciſſim reſponſio Pallantis demonſtrat æneã nihil de neceſſariis omiſiſſe.¶ Fortuna ꝓcari.q.d. non ſuæ ſtultitiæ eſſe ꝙ in eas anguſtias deſcenderit:ut auxilia ſint medicanda ſed iniquæ fortunæ.¶ Nõ equidem extimui:Nã plus ualuit apud me tuoꝝ moꝝ ꝓbitas q̃ ꝙ & Græcus & attridis cõiunctus eſſes:ſed ne adulatiõis eẽ uideatur quod ignotũ laudet addit:& phama illũ noſſe.¶ Mea uirtus:Nam uirtutis.i.fortitudinis eſt etiam ſi piculoſa fuiſſet congreſſio cũ Euandro:tamẽ periculũ certa quadã propoſita ratiõe adire:erat aũt rõ:& qd̃ oraculũ perſuadebat:& qd̃ auxiliũ petere neceſſariũ eſſet.¶ Geminis cõiunctus atridis:nam Euander arcadiæ rex Mercurii ex nicoſtrate filius fuit.Atridæ autem a Tantalo ſunt filii Iouis:qui ex Ioue frater eſt Mercurii.

¶SER. Vt graii perhibent:ut ueſtræ continent litteræ.¶ Candida maia:ſplendidior enim eſt Maia inter pliadas:quæ eſt una de Atlantidibus:ideſt de pliadibus.¶ Cyllene:mons arcadiæ:ubi Maia Mercurium eſt enixa:fudit autem non iniurioſe dictum eſt ut in Piſonem Quæ te belua non hominē ex utero fudit:ſed celeritatem parientis oſtendit:quod infantibus dicitur omen felicitatis afferre:ſpectat etiam ad rationem phyſicam.Nam certe eſt ubiq; Mercurius:ut diximus ſupra:ideo dicit eum in ortu fuiſſe uelocem.¶ Tentamenta tui pepigi:cum nullo autem pactus ſum ut te aut per artem aliquam:aut per legatos probarem:ſed intrepidū me tibi commiſi.¶ Tentamenta pepigi:exprimenta pactus ſum.Nam geminum eſt hoc præteritum ab eo quod eſt paciſcor:facit enim & pepigi & pactus ſum ſicut placeo & placui & placitus ſum:pago enim unde multi uolunt uenire pepigi:nuſquam lectum eſt.¶ Gens eadem quæ te:ſic agit ut & ipſe præſtare uideatur.Nam & ſupra ait:Socia arma rogantes.¶ Daunia:rutula:a dauno.¶ Crudeli bello:ſupra Bello profugos egere ſuperbo.¶ Nihil abfore:ſibi abfuturum nihil arbitrantur.¶ Accipe daq; fidem:hoc eſt quod ait in decimo Humanis quæ ſit fiducia rebus.¶ Rebus ſpectata iuuentus:decennali prælio:& bene promiſſionem confirmat rebus & teſtimoniis:quæ eſt inualida uerbis.¶ Totum luſtrabat lumine corpus:paterna in eo liniamenta cognoſcens.¶ Pauca refert:nō pauca:ſed paucis:ideſt breuiter:hoc uult dicere multa eum dixiſſe:ſed paucis.¶ Agnoſcoq; libens:poſtq̃ probauit ex habitu corporis uera eſſe quæ dicebat Aeneas per Anchiſen eum laudat adulatione depoſita.Sane inter agnoſco & cognoſco ſuperfluo quidam uolunt facere diſcretionem:ut cognoſcamus nouos:agnoſcamus antiquos:ſed hæc a poetis metri neceſſiate uariantur.Nā agnoſco propter ſynalæphen dixit.¶ Heſionæ uiſentem regna ſororis:ut diximus ſupra Hercules euerſa troia Heſionem Laomedontis filiam Telamoni ſuo comiti dedit:ex qua natus eſt Teucer.Priamus poſtea quū ſalamina tenderet ad uiſendum regnum ſororis:per arcadiam iter fecit:& tunc ab Euandro ſuſceptus eſt Anchiſes.¶ Viſentem regna:uidere cupiētem.¶ Protinus:uno eodemq; tempore:hoc eſt dum pergit:uidit arcadiam:nam non poſſumus ſimul intelligere:quum ſalamina inſula ſit:arcadia incontinenti.¶ Mirabarq; duces teucros:hos laudat:quo melior ſit ille:quem prefert.¶ Iuuenili ardebat:ineſt enim iuuenibus ſtudium acquirendarum amicitiarum.Horatius.Animuſq; uirilis Quærit opes & amicitias.¶ Phenei:oppidi arcadiæ.Homerus.

οι φενεον τενε μοντο:και ωρχομενον πολυμή/λον

Nec nos debet mouere quod quum Euander de Palanteo ſic dicit phenei ſub mœnia:quum ſciamus poetas uicinas omnes pro una habere ciuitates ſicut de didone facit:quam nonnunquam tyriam aliquoties ſidoniam uocat.

Electra (ut Graii perhibent) Atlantide cretus
Aduehitur Teucros:Electram maximus Atlas
Edidit:æthereos humero qui ſuſtinet orbes.
Vobis Mercurius pater eſt:quē candida Maia
Cyllene gelido conceptum in uertice fudit.
At Maiam (auditis ſi quicq̃ credimus) Atlas
Idem Atlas generat Cæli qui ſidera tollit.
Sic gēus amborum ſcindit ſe ſanguine ab uno.
His fretus:non legatos:neq; prima per artem
Tentamenta tui pepigi:me me ipſe:meumq;
Obieci caput:& ſupplex ad limina ueni.
Gens eadem:quæ te crudeli Daunia bello
Inſequitur:nos ſi pellant:nihil abfore credunt
Qui oēm Heſperiā pēit⁹ ſua ſub iuga mittāt:
Et mare quod ſupra teneāt:quodq; alluit īfra.
Accipe:daq; fidem:ſunt nobis fortia bello
Pectora:ſunt animi:& rebus ſpectata iuuētus.
Dixerat Aeneas:ille os:oculoſq; loquentis
Iandudum & totum luſtrabat lumine corpus.
Tum ſic pauca refert:ut te fortiſſime Teucrū
Accipio:agnoſcoq; libens:ut Verba parentis
Et uocē Anchiſæ magni:uultumq; recordor:
Nam memini Heſionæ uiſentē regna Sororis
Laomedontiaden Priamū:Salamina petentē
Protinus Arcadiæ gelidos inuiſere fines:
Tum mihi prima genas ueſtibat flore iuuenta:
Mirabarq; duces Teucros:mirabar & ipſum
Laomedontiaden:ſed cunctis altior ibat
Anchiſes:mihi mens iuuenili ardebat amore
Compellare uirū:& dextræ cōiungere dextrā.
Acceſſi:& cupidus Phenei ſub mœnia duxi.

¶DONA. Vt graii perhibent:ut hoc tuorum teſtimonio probem.¶ Idem atlas:ne ſimilitudine nominis falſo id uſurpare uideretur.¶ Obieci:cum petiturus eſſem quæ etiam tibi ſalutaria eſſent tamen expaui.Nam cum gente tibi inimica & crudeli bellum gero:& dicendo unam gentē extenuat timorem belli.¶ Accipe daq; fidem:ſumme auxilium & da.¶ Fortia pectore & animo:nam in bello animo fortitudo & corporis robur requiritur.¶ Spectata:de qua iam factum eſt periculum.¶ Pauca:ne longior oratio ſolennia impediret.

¶CHRI. Caput:non ſolum res alias:ſed etiam uitam.¶ Et ſupplex:quod uidetur præter dignitatem meā.¶ Gens:argumentum ab utili & ab honeſto:ut coniunctim repellamus hoſtem:quem diſiunctim non poſſemus.¶ Accipe daq; fidem:quod eſt fœdere coniungi.¶ Sunt nobis:ne putes cum regno certamus nihil non præſtaturos.¶ Os oculos:ex phyſonomia capiebat coniecturam eum æneam:quem ipſe de ſe p̄dicabat.¶ Vt quam multum protinus:deinceps:interea.¶ Quo plenum amicitiæ ſignum eſt:cum cauerent antiqui ne inter ſacrificandum hoſtilis facies occurreret:ipſum ueluti amicum inter ſacra recipit.

Ille mihi inſignem pharetrã: Lyciaſq; ſagittas
Diſcedẽs: Chlamydemq; auro dedit ĩtertextã:
Frenaq; bina: meus q̃ nunc habet aurea Palas.
Ergo & quã petitis: iũcta ẽ mihi fœderẽ dextra:
Et lux cum primum terris ſe craſtina reddet:
Auxilio lætos dimittam: opibuſq; iuuabo
Interea ſacra hæc: quando huc ueniſtis amici
Annua: quæ differre nefas: celebrate fauentes
Nobiſcũ: & iã nũc ſociorum aſſueſcite menſis.
Hæc ubi dicta: dapes iubet & ſublata reponi
Pocula: gramineoq; uiros locat ipſe ſedili
Præcipuumq; toro & uilloſi pelle Leonis
Accipit Aeneam: ſolioq; inuitat acerno.
Tum lecti iuuenes certatim: araq; ſacerdos
Viſcera toſta ferũt Tauroꝝ: onerãtq; caniſtris
Dona laboratæ Cereris: Bacchumq; miniſtrãt.
Veſcitur Aeneas ſimul: & Troiana iuuentus
Perpetui tergo Bouis: & luſtralibus extis.
Poſtq̃ exẽpta fames: & amor cõpreſſus edẽdi:
Rex Euandrus ait: non hæc ſolennia nobis:
Has ex more dapes: hanc tanti numinis aram
Vana ſuperſtitio ueterum ue ignara Deorum
Impoſuit: ſæuis hoſpes Troiane periclis
Seruati facimus: meritoſq; nouamus honores.
Iam primũ ſaxis ſuſpenſam hanc aſpice rupẽ:
Diſiectæ procul ut moles: deſertaq; montis
Stat domus: & ſcopuli ingẽtem traxere ruinã.
Hic ſpelunca fuit uaſto ſummota receſſu

SER. Ille mihi ĩſignẽ pharetrã: ius hoſpiti hẽt ĩter ſe remuneratiõnẽ: ſed uerecũde tacet Euãder de muneribꝰ ſuis. ¶ Auro de. in. legiẽ & ĩtertexto. ¶ Frẽaq; bi. m. poetice: nã duo debuit dicere. Bina. n. ſm Cic. nõ dñr niſi de his q̃ ſunt nũeri tñ pluralis. Nã Cice. culpat filiũ p epiſtolã dicẽs male eũ dixiſſe: direxi lr̃as duas: quũ litteræ quoties epiſtolã ſignificãt nũeri tm̃ pluralis ſint: cõtra epiſtolas binas nõ dicius ſed duas. ¶ Iũcta ẽ mi. fœ. d. antiqs amicitiis: p Anchiſæ hoſpitiũ. ¶ Qñ huc ue. a. ſiqdẽ amici iã ueniſtis: extraneos. n. ad ſacra nõ licebat adhibere: hos ãt adhibet ad ſacra q̃ſi antiqs iũctos amicitiis: uñ ĩfert: Et iã nũc ſocioꝝ aſſueſcite mẽſis. ¶ Annua q̃di ne. ãniuerſaria ſacrificia iõ nõ differunẽ: qa nec iterari pñt. Nã calẽdaria ſi q̃ fuerit rõne dilata pñt repeti: nec piaculũ eoꝝ ĩtermiſſiõe ꝯmittiẽ. ¶ Dapes: epulæ deoꝝ ꝓprie: ut Iouis cœna. ¶ Sedili: bñ ſedili: nã ĩ tẽplo Herculis lectiſterniũ eẽ ñ licebat. ¶ Accipit: aut ſuſcipit ad ſedẽdũ: aut paſcit: ut Illos porticibꝰ rex accipiebat ĩ amplis. Toꝝ ãt herbaꝝ ſup ſoliũ fuiſſe ĩtelligamꝰ: ne ſit ſedili cõtrariũ: ꝯgrue ãt dicit de leonis pelle eẽ cooptũ: q̃ſi ĩ Herculis ſacris. ¶ Tũ le. iu. nõ uacat lecti. In ſacris. n. Herculis liberi nec ſerui ĩtererãt: nec liberti. adeo ut Appiꝰ: q ſacra hæc trãſtulit ĩ libertos: & caruerit oculis & ĩtra ãnũ oẽm familiã pdiderit Portitioꝝ. ¶ Certatĩ. i. ſtudioſe. ¶ Aræq;: maxiæ. ſ. nõdũ. n. tẽplũ Herculis fuerat: ſed ara tm̃mõ: quã maximã dicit ex magnitudine fabricæ. ¶ Laboratæ ce. q̃ eget laboris: ut Mox & frumẽtis labor additꝰ ut mala culmos eẽt rubigo: glãdes. u. ſine ullo laborẽ naſcũẽ ¶ Perpetui. t. b. aut ſcd̃m Ho. ĩtelligendũ q dicit carnes dorſi appõi ſolitas honorabilioribꝰ: ut ſit ſenſus talis appoſuit añ eos magni bouis carnes eas q̃: apud maiorẽs ĩ hõre fuerũt: aut re uera ppetui. Nã d̃ hoc boue ĩmolato herculi carnes cariꝰ uẽdebanẽ cã religionis: & ĩde alter redimebaẽ: q ex illiꝰ p̃cio cõparatꝰ q̃ſi ppetuus eẽ uidebaẽ: tergo ãt põt a pte totũ intelligi. ¶ Luſtralibꝰ: aut pĩguibꝰ: moris. n. fuerat cõpleto luſtro pingues uictimas offerre cẽſores: aut certe de quinquennali boue. i. perfectæ ætatis. Nam Home. dixit.
τοισι δεβοῦνι ἐράσσεν αναξ ανδρων αγαμεμνων
αρσενα πεντάε τηρον υπερμενεῖ κρονιονι
νωτοίσιν δαιαρτα διηνε̄ κεεοσι γεραιρε̄ν
ἥρως ατρει δης ευρυκρεῖ ων αγαμεμνων
αυταρεπεῖ ποσιος: και εδη τυος εξερον εντο.
¶ Poſt. e. ſ. & a. c. e. poſtq̃ neceſſitati ſatiſfactũ ẽ & uoluptati. ¶ Nõ. h. uariat ĩ uno ꝓnoĩe. Nõ hæc ſolẽnia nobis Has ex more dapes hãc tãti numĩs arã. ¶ Superſtitio: ẽ timor ſupfluꝰ & delirꝰ: aut ab aniculis dicta ſupſtitio: q̃ multis ſuperſtites p ætatẽ delirãt & ſtultæ ſunt: aut ſcd̃m Lucre. ſupſtitio ẽ ſupſtãtiũ reꝝ. i. cæleſtiũ & diuinaꝝ: q̃ ſup nos ſtãt inanis & ſupfluꝰ timor. ¶ Veteꝝ ue. i. d. duo diẽ nõ iõ Herculẽ colimus: aut qa omnẽ religionẽ uerã putãus: aut qa deos ignoramus antiquos. Cautũ. n. fuerat & apud atheniẽſes & apud romãos: ne qs nouas ĩtroduceret religiões. Nã iõ & Socrates dãnatꝰ ẽ & chaldæi & iudæi ſunt urbe depulſi. ¶ Nouamꝰ. h. detraxit re: nã renouamꝰ debuit dicere: q̃ pticulã alibi addidit: ut Fata renarrabat diuũ. ¶ Suſpẽſam. h. a. r. Cacus ſcd̃m fabulã Vulcãi filius fuit ore ignẽ ac fumũ uomẽs: q uicina oĩa populabaẽ. Veritas tñ ſcd̃m philologos & hiſtoricos hoc hẽt: hũc fuiſſe Euãdri neqſſimũ ſeruũ ac furẽ: nouimꝰ ãt malũ a græcis κάκον dici: quẽ ita arcades illo appellabãt tpe: poſtea trãſlato accẽtu Cacus dictus: ut ελευη Helena. Ignẽ ãt dictus ẽ uomere q agros igne populabaẽ: hũc ſoror ſua eiuſdẽ noĩs ꝓdidit. unde etiã ſacellũ meruit: in quo ei p uirgines Veſtæ ſacrificabaẽ. ¶ Suſpenſam rupẽ: quaſi iam iamq; lapſuram.
DO. Inſignẽ. p. Mirẽ mũera exornat: ne uideãẽ leuia. ¶ Sublata: aut metꝰ cã aut ſacietate ĩteruẽiẽte. ¶ Sedili: nã mos fuit ñ accũbẽdi: ſed ſedẽdi ĩ his ſacris: uñ ĩ. vii. hæc ſacris ſeds epulis. ¶ Leõis: qd̃ ꝯuẽiebat: herculis ſacris. ¶ Viſcera: nulla erat ãbitio ĩ ueſtibꝰ: caro portabaẽ copioſa: ſd̃ bubula. Male ãt acceptꝰ fuiſſet ſi tollaẽ ſacroꝝ religio. ¶ Poſtq̃. e. f. ñ libẽter audiunẽ ſermões: niſi uẽter ſaẽ ſit. ¶ Has da. originẽ ſacroꝝ narrat epulas ẽt excuſat.
CHRI. Aræ: q̃ maxĩa dicebaẽ. ¶ Luſtralibus: placet Serui. uel dic luſtralibus expiatoriis. i. qbus purgarenẽ. ¶ Exẽpta: ut in prĩo lib. deſcri. Troiãos multis rebus ſollicitos nihil uoluptuoſum in epulis: q̃ſiuiſſe nec expleri uoluiſſe: ſed famẽ pellere ſat fuiſſe. Eadẽ rõne & in hoc loco ad neceſſitatẽ epulatos fuiſſe oſtẽdit ne in tãta ſollicitudine ac potiꝰ piculo uoluptatẽ admittere uideãẽ. ¶ Nõ hæc ſolẽnia: cõmẽdat ſe apud ignotos a religiõe: & oñdit ſe gratũ acceptis beneficiis: qñ illa p̃dicat maxĩe ãt huiuſcemodi digreſſiõe exornaẽ poema: nec tñ fit tpe

alieno:& qđ nō penitus qdret.⁋ Vana ſupſtitio:ē.n.religio deorū colēdorū recta ſciētia: Supſtitio āt uerā ſciētiā nō habet.⁋ Veterū ignara.d.nā ignoratio numinis perſæpe gignit ſuperſtitionē.⁋ Suſpēſam hāc aſpice rupē: mirifice deſcribit ſpelūcæ ruinā cui īferiora ſubſtētacula ſubtracta ſint: partē ſuperiorē ſuſpēſā relinq oportet.

Semihominis Caci facies: quam dira tenebat
Solis inacceſſam radiis: ſemperq; recenti
Cæde tepebat hum⁹: foribuſq; affixa ſuperbis
Ora uirum triſti pendebant pallida tabo.
Huic monſtro Volcanus erat pater: illius atros
Ore uomens igneis: magna ſe mole ferebat.
Attulit & nobis aliquando optantibus ætas
Auxilium: aduentumq; dei: nā maximus ultor
Tergemini nece Geryonis: ſpoliiſq; ſuperbus
Alcides aderat: Tauroſq; hac uictor agebat
Ingenteis: uallemq; Boues: amnemq; tenebāt.
At furiis Caci mens effera: nequid inauſum
Aut intentatum ſceleris ue: doli ue fuiſſet:
Quatuor a ſtabulis præſtāti corpore Tauros
Auertit: totidem forma ſuperante iuuencas.
Atq; hos: nequa forent pedibus ueſtigia rectis
Cauda in ſpeluncā tractos: uerſiſq; uiarum
Indiciis: raptos ſaxo occultabat opaco.
Quærētem nulla ad ſpelūcam ſigna ferebāt.
Interea cum iam ſtabulis ſaturata moueret
Amphitruoniades armēta: abitumq; pararet:
Diſceſſu mugire Boues: atq; omne querelis
Impleri nemus: & colles clamore relinqui.
Reddidit una boum uocem: uaſtoq; ſub antro
Mugiit: & Caci ſpem cuſtodita fefellit.
Hic uero alcidæ furiis exarſerat atro
Felle dolor: rapit arma manu: nodiſq; grauatū
Robur: & aerii curſu petit ardua montis.
Tum primum noſtri Cacum uidere timētem:
Turbatumq; oculis: fugit ilicet ocyor Euro:
Spelūcamq; petit: pedibus timor addidit alas.

⁋SER. Semihominis: feritate corrupti.⁋ Inacceſſā: participiū ſine uerbi origīe. Accedor.n. nō dicimus: ſed tale ē: ut placida nupta triūphata.⁋ Huic mōſtro: bn̄ uitauit caſū ī quo erat turpis ſignificatiōe ſi dice/ret huic Caco cacophoniam faceret.⁋ Et nobis: ſicut multis qbus Hercules ꝓfuit mōſtra purgādo.⁋ Ae/tas: bn̄ficiū tēporis: ut uoluēda dies en attulit ultro. ⁋ Maxim⁹ ultor: nō tm̄ noſter: ſed & omniū: uñ Lu/canus Terras mōſtris æquorq; leuātē Magnanimū alcidē libycas exciuit ī oras.⁋ Tergemini nece geryo/næ: hāc fabulā diximus illo loco. Poſtq̄ Laurentia ui/ctor Geryōæ extīcto Tirynthius attigit arua.⁋ Spo/liiſq; ſupbus: atq; boues abduxerat: ſed ſpoliū ē qcqđ de hoſtibus tollit̄: ut addit equos & tela qbus ſpolia/uerat hoſtē. Itē Poſtq̄ illū uita uictor ſpoliauit Achil/les.⁋ At furiis caci mēs: Pro ingēti ſcelere furis nomē poſuit: capitale.n. crimē apud maiores fuerat āte pœ/nā q̄drupli.⁋ Auertit: erat ꝓpriū abegit: ſed reſpexit ad pdā: q̄ auerti dr̄: ut Raptas ad littora uerter̄ pdas. ⁋ Atq; hos: quoties maſculinū & fœmininū iūgunt̄ hæc diſciplia ē: ut ēt ſi poſterius ē fœmininū: maſcu/lio reſpōdeamus.⁋ Verſiſq; uiarū Indiciis.i. cōtra na/turā iniiciētibus errorē.⁋ Indiciis: ipſa inqt decipie/bāt īdicia: q̄ īdicare cōſueuerūt: Nā īdiciū ab īdicādo nomē accepit.⁋ Querelis īpleri nemus: nō ut multi dicūt: qa ꝯſortes pdiderāt: ſed qa uellebant̄ a paſcuis. Inſita ē.n. bobus auiditas edēdi: uñ ē in bucolicis Ite domū ſaturi: ſi qs pudor: ite iuuēci.⁋ Et colles clamo re relinq: cū clamore: ut Atq; ixioni uēto rota cōſti/tit orbis.i. cū uēto: & hoc ē melius: nā multi dicūt re/linqunt̄: colles ēt a clamore: hoc eſt tātū receſſerāt a collibus boues: ut nec echo reſultarēt. ſ. ad colles iam clamore nō p ueniēte: qđ nō ꝓcedit: qa hoc ſēſu illud excludit̄.⁋ Reddidit una boū uocē: ſi.n. tā longe fue/rāt: ut nulla ratiōe recedētiū boū mugitus colles de/relictos ferīret: queādmodū īcluſi bouis clamor ē au ditus ē ab Hercule.⁋ Mugiit: more ſuo ꝓ mugiuit: ut Audiit & triuiæ longe lacus.⁋ Atro felle dolor: quo ita iraſcimur ſecundum phyſicos: ut ſplene ride mus: Perſius: Sed ſū petulāti ſplene cachino.⁋ Rapit arma manu: ſagittas: & nō uacatq;: Nā ſi armoꝝ epe xegeſis ē Nodis grauatū robur: uacatq;: grauatū aūt ꝓ graue pōit. Nā graue eſt p naturā pōderoſum: gra uatū quod oneratur extrinſecus.⁋ Turbatumq; oculis: ea parte turbatum: quæ perditrix eſt mentis. Alii oculi legunt: & accipiunt a ſuperioribus uidere turbatum oculi.⁋ Arte paterna: perſeuerat in fabula.

⁋DONA. Diſceſſu mugire boues: nā & bruta quēdā familiaritatis affectū habēt.⁋ Reddidit una.b.uo.nā & brut.ſua uoce affectū exprimūt: uñ & ī tertio dixit. Qui uolucrū līguas ſentis.⁋ Cuſtodia: nihil ꝓfuit cuſtodia & aſtutia.⁋ Rapit: & nō cœpit: nec paſſibus: ſed curſu magis iniuriā q̄ Damnū dolēs.⁋ Timētem: hoc tria ſigna oſtēdūt.⁋ Oculi: q omnes animi motus īdicat. Curſus celerior ſolito: & ī ſpelūcam nō ī loca aperta ſe contulit.

⁋CHRI. Caci: cacū Vulcāo filiū fuiſſe ambulant̄: puto qa cū latrociniū exerceret multa īcēdio populatus eſt: hūc ait Solin⁹ locū habitaſſe: cui Salia nomē eēt ubi poſtea trigemīa porta fuit. Gelli⁹ āt ſcri.q; cū a Tarcōte tyr rheno ad quē legat⁹ uenerat iuſſu Marſiæ regis ſocio Megalo phrygi cuſtodiæ eēt dat⁹ uīcula fruſtratus ē: & cū ſocio Megalo maiorib⁹ ꝯfidus rediēs regnū circa uulturnū: & cāpaniā occupauit: & cū ea quoq; īuadere au/deret: q̄ ī arcadū iura ueniſſet: Arcades duce Hercule: q tūc uictor ex hiſpania r̄dierat illū ſuparūt: quo cæſo me galos ī ſabīos qbus augurādi artē oſtēdit ſeſe recepit. Diony. āt refert Herculē cū ī hæc loca ueniſſet boues ī pa/ſcua eduxiſſe: & ipſū labore feſſū obdormiiſſe: latronē āt quēdā noīe Cacū paucas ex iis ſurripuiſſe: & uerſis ue/ſtigiis ne furtū dephēderet̄ p caudā ī antrū traxiſſe. Ac mox pquirēti Herculi uidiſſe ſe negaſſe: neq; uolēte ſcru tari antrū igredi pmiſiſſe: ſed poti⁹ aduerſus illū īſtātē uicinos īploraſſe Herculē āt cōſilii īcertū armētū circa ſpelūcā duxiſſe: ad harūq; mugitū q̄ ītus clauſæ erāt remugiſſe: Cacū uero quāuis ī crimīe dephēſū ui cū latro/

nibus cõuocatis cõtra Her.paraſſe:Her.ãt claua eũ ĩteremiſſe:& poſtea ĩ flumĩe ſe ob cædẽ abluiſſe: & Ioui Inuẽtori arã cõſecraſſe:& iuuẽcũ ĩmolaſſe:Q đ ſacrificiũ deĩceps rõani obſeruauerũt ritu græco ĩ eos utẽtes:ut ille ĩſtituerat:hæc Diony.alii dñt hũc ſororẽ Cacã habuiſſe:q̃ furtũ ĩdicauerit:ob idq; meritum aras & ſacrificia meruiſſe:uerũ Diodo.Siculus aliter tradidit.Scri.n.q; ĩpe ĩ loca ubi Roma deĩde fuit:pueñit ubi ĩ palatio ĩcolæ paruã urbẽ habebãt.Ciuiũ primores erãt.Cacus & Pinarius:q honorifico hoſpitio eũ ſuſceperũt:eorũq; uiroꝝ ſuo tpe monumẽta extitiſſe narrat:nã pinariorũ familia adhuc uiget.Caci ãt ĩ palatio deſcẽſus cũ lapideis ſcalis oñdit̃ ꝓpiquus domui q̃ ab eo Cacia dicebat̃.Her.ãt palatinis p̃dixit q; cũ ĩpe ad eos ꝓfectus eẽt: qſqs illi decimã patrimõii ſui deuoueret:beate eẽt uictur⁹.Q đ ĩ multis q decimas uouerũt uerũ fuiſſe:exptũ ẽ.⁋Neqd ĩauſũ:nã q̃ maior potuit eẽ audacia q̃ auder̃ ĩ Her.q oĩa mõſtra domabat.⁋Quatuor:ĩdignatĩo a nũero.Itẽ a loco: cũ dicat a ſtabulis:Itẽ a forma cũ dicat p̃ſtãti corpe:itẽ a ſpe gregis:nã & mari & fœmĩa ſpabat ex furto armẽtũ: itẽ a mõ:qđ nõ uirib⁹ cõtra heroa:ſed dolis egit.⁋Spẽ cu.nã ſe.ĩ ea ſpe q̃ ĩpe poſuerat ĩcuſtodia.⁋Furiis.a.felle: ex ira maxĩa q̃ ꝓueñit excãdeſcẽtia bilis cui⁹ receptaculũ fel ẽ.⁋Pedib⁹.t.a.a.q.n. potuiſſet Herc.ita furẽtẽ effugere niſi ſũm⁹ timor ĩpelleret:Valet ergo plus timor q̃ ira:nã ira ĩpellit ad aĩum ſaturãdũ.Timor ad ſalutẽ petẽdã:timor igit̃ celeritatẽ ĩ Caco & ĩduſtriã augebãt:ira uero Her.ad oĩa difficilia ĩpellebat.Poſtea autẽ mirifice.

Vt ſeſe incluſit:ruptiſq; immane catenis:
Deiecit ſaxum ferro:quod & arte paterna
Pendebat:fultoſq; emuniit obiice poſtes.
Ecce furens aĩs aderat Tirynthius:omnemq;
Acceſſum luſtrans:huc ora ferebat & illuc
Dentibus infrendens:ter totum feruidus ira
Luſtrat Auentini montem:ter ſaxea tentat
Limina nequiq;:ter feſſus ualle reſedit.
Stabat acuta Silex præciſis undiq; ſaxis
Sſpeluncæ dorſo inſurgens altiſſima uiſu:
Dirarum nidis domus opportuna uolucrum.
Hanc:ut prona iugo leuũ incũbebat ad amnẽ:
Dexter in aduerſum nitens concuſſit:& imis
Auulſam ſoluit radicibus:inde repente
Impulit:impulſu quo Maximus iſonat Aether
Diſſultant Ripæ:refluitq; exterritus Amnis:
At ſpecus:& Caci detecta apparuit ingens
Regia:& umbroſæ penitus patuere Cauernæ:
Non ſecus:ac ſiqua penitus ui terra dehiſcens
Infernas reſeret ſedes:& regna recludat
Pallida Diis inuiſa:ſuperq; immane Barathrũ
Cernatur:trepident immiſſo lumine Manes.
Ergo inſperata deprenſum in luce repente:
Incluſumq; cauo ſaxo:atq; inſueta rudentem
Deſuper Alcides telis premit:omniaq; arma
Aduocat: & ramis:uaſtiſq; molaribus inſtat.
Ille autẽ (neq; enĩ fuga iam ſup ulla pericli eſt)
Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu)

⁋SER. Emũiit:ſicut mugiit.⁋Obiice poſtes:hãc obicẽ dicim⁹:ut Ecce maris magna claudit nos obiice põt⁹.Dubitãt.n.multi utrũ maſculinũ ſit an fœmininũ.⁋Tirynthius:a tiryntha ĩ q̃ nutritus ẽ ciuitate: ut ſupra dixĩus.⁋Auẽtini mõtẽ:ut fontẽ timaui: Buthroti urbẽ.i.auẽtinũ mõtẽ.⁋Ter feſſus ualle reſedit: egẽs cõſilii.Sal.Feſſus in pãphiliã ſe recepat.Nã corpe fatigatũ dicimus:aĩo uero feſſũ:q̃uis hoc ſæpe cõfundat auctoritas.⁋Stabat acuta ſilex:pene oẽs hũc ſilicẽ dixerũt:nã & Var.& Lucre.ita dicũt:Iuue.Silicẽ q cõtulit anũ.Tãta tñ ẽ Vir.auctoritas: ut pſuadeat nobis ẽt hãc ſilicẽ dici.⁋Diraꝝ uolucrũ:mõ dirarũ nõ mali ominis dicit:ut ſunt bubones: ſed q̃ hũanis cadaueribus ueſcebant̃:dixit.n.Foribiſq; affixa ſupbis: Ora uirũ triſti pẽdebãt pallida tabo.⁋Cõcuſſit:ſoluit:ĩpulit:ſatis ſignatis uſus ẽ uerbis.⁋Refluitq; exterit⁹ amnis:rẽ naturæ uertit ĩ fabulã cũ ruina rupis ĩ ſe currer̃ nõ poſſit & recurrere ĩ ſe faciat:neceſſe ſit ĩpetũ fluminis.⁋Ingẽs Regia:regia ſicut Cacus putabat:ſic eſt & illud dictũ:Illa ſe iactet ĩ aula Aeol⁹.⁋Pẽit⁹.p.admiſſũ lumẽ ẽ uſq; ad ſecreta ſpeluncæ:cauernas ãt ſpeluncæ p tapinoſin dixit.⁋Siq̃ ui:terræ hiatus non niſi ex terræmotu fit:q quoniã aut motu aq̃ de inferioribus naſcit̃:aut crebris tonitrib⁹:aut de cõcauis terris erũpẽtibus uẽtis.Ideo ait:ſiq̃ ui.qđ ãt dicit Infernas reſeret ſedes.Notãdũ ẽ ẽt de ĩpoſſibilibus poſſe fieri cõparationẽ.⁋Diis ĩuiſa:ſupis.ſ.⁋Trepidentq; ĩmiſſo lũine mães:Luca.Et ſubito feriere die.⁋Inſueta.r.clamãtẽ:& abuſiue dictũ eſt ſicut ſupra de leonibus: Et ſera ſub nocte rudẽtũ.Nã rudere ꝓprie aſinoꝝ ẽ.Perſius Fĩdor ut arcadiæ pecuaria ruder̃ credas.⁋Telis p̃mit oẽ:qđ iaci põt telũ uocat̃:dictum απο του τηλοθεν: uñ Oĩaq; arma aduocat addidit.⁋Molaribus: aſpriſmis ſaxis:nõ uñ molæ fiũt:& ſecũdũ Homerũ dixit. κορυθε λαμφαυον αυ τεν βαλλομεναι μυλακεσσι

⁋DONA. Ruptis:nã celeritas ſoluere ꝓhibuit. ⁋Stabat.a.ſ.nõ ſolũ uirtus ſed ẽt prudentia Herculis oſtẽdit̃.⁋At ſpecus:ĩ hoc loco ſpelũca ſignificat lõgitudinẽ & ĩteriores receſſus.⁋Regia:latitudinẽ.⁋Cauernæ:coarctatas anguſtias:fuit ſpelunca:ſed pro qualitate perſonæ dicta eſt regia.Cauernas autem dixit patuiſſe:ideſt non ſolum latas partes:ſed anguſtas.⁋Regia:quia ſibi tyrannidem agitaret.

⁋CHRI. Ecce.a.q.d.uix ſe ĩcluſerat Cacus cũ ille uẽit.Optime ãt exprimit hoĩem ex ira ꝓperantẽ & oẽm induſtriã adhibẽtẽ.Vẽit ergo furẽs aĩs circuit locũ & oculos ad oĩa uertit.⁋Infrẽdit dẽtibus: tẽtat ſi hoſtiũ auellere põt.Demũ oĩbus rebus exploratis cũ nihil ſuccederet reſedit qđ dubitationẽ:& cõſilii defectũ ſignificat: nã ut aĩus ĩ rõcinãdo cũ ad ambiguũ locũ pueñit:ſubſiſtit:donec nodũ illũ ſoluat:ſic & corpus ab illo quodãmodo ſiſtit̃.⁋Frẽdit ẽ frẽdere frãgere:unde ĩfrẽdes porci dicunt̃:q adhuc p ætatẽ fabã uel ſimilia frãger̃ nõ pñt: ſed de hoc ĩ geor.Hic ex q̃dã ſimilitudine ĩfrẽder̃ dñr:q uocẽ dẽtibus ĩfrĩgẽtes cõfuſũ ſonitũ emittũt qđ irati furioſiq; ſunt.⁋Barathrũ:græcũ ẽ:latine uorago.i.ĩmẽſa & ĩexplicabilis ꝓfunditas.⁋Trepidẽt:ob ĩſuetudinẽ: ꝯparatio

ãt ipa ĩ oĩbꝰ correſpõdet.¶ Rudẽtẽ:optime:nã ex timore humanã uocẽ efferauerat:& more ſuo corripuit primã ſyllabã:q̃ alii ꝓducũt.¶ Oĩa arma aduocat.i.oĩa q̃ ad mãus ueĩũt ĩ ſuũ auxiliũ trahit & ueluti arma adhibet: nã aduocare ĩ ſuũ auxiliũ uocare ẽ hinc aduocatũ defenſorẽ dicimus.¶ Sup ulla picli eſt.i.ſupereſt per tmeſim. Aduocatus

Euomit:inuoluitq; domum caligine cæca
Proſpectũ eripiẽs oculis:glomeratq; ſub antro
Fumiferam noctem commixtis igne tenebris.
Non tulit Alcides animis:ſeq; ipſe per ignem
Præcipiti iecit ſaltu:qua plurimus undam
Fumus agit:nebulaq; ingẽs ſpecus æſtuat atra.
Hic Cacũ in tenebris incẽdia uana uomentem
Corripit in nodũ complexus:& angit inhærẽs
Eliſos oculos:& ſiccum ſanguine guttur.
Panditᷣ extẽplo foribus domus atra reuulſis:
Abſtractæq; Boues:abiurateq; rapinæ
Cælo oſtẽduntᷣ:pedibuſq; informe cadauer
Protrahitᷣ.nequeunt expleri corda tuendo
Terribiles oculos:uultum:uilloſaq; ſetis
Pectora ſemiferi:atq; extinctos faucibus ignes
Ex illo celebratus honos:lætiq; minores
Seruauere diem:primuſq; Potitius auctor:
Et domus Herculei cuſtos Pinaria ſacri.
Hanc aram luco ſtatuit:quæ maxima ſemper
Dicetur nobis:& erit quæ maxima ſemper.
Quare agite o iuuenes tãtarũ in mũere laudũ.
Cĩgite fronde comas:& pocula porgite dextris
Cõmunemq; uocate Deũ:& date uina uolẽtes.
Dixerat:Herculea bicolor cũ Populus umbra
Velauitq; comas:foliiſq; innexa pependit:

¶ SER. Per ignẽ:p eã rẽ:unde ille ſpabat auxiliũ. ¶ Incẽdia.u.q̃tũ ad Her.ptĩet.¶ Angit inhærẽs Eliſos ocu.& ſic.ſan.gut. angit guttur biĩ dicimus.Nã angit oculos nõ ꝓcedit:ergo angit:ad unã rẽ ptinet: ut Diſce puer uirtutẽ ex me uerũq; laborẽ:Fortunã ex aliis nã fortuna nõ diſcitᷣ:uĩ multi elidẽs legũt:& in teger ſenſus ẽ:nã eliſos σολοιϰο φανες facit.i.figurã:q̃ maſculinũ & neutrũ:uel accuſatiuũ cũ noĩatiuo iũgit:ut ſit ita angit guttᷣ:& eliſos oculos facit.¶ Siccũ ſanguine:p hoc iã exanime cadauer oñdit.¶ Abiurateq; rapinæ:abiurarᷣ ẽ rẽ creditã negarᷣ piurio.Plau.ĩ curcul. Qui abiurãt ſi qd creditũ eſt:Sed hoc iſti loco nõ cõgruit:unde mõ abiuratas rapinas:cõtra ius detẽtas ĩtelligamus.¶ Informe.c.magnũ: & cadauer ẽ corpus nõdũ ſepultũ:qđ careat honore ſepulturæ.¶ Neq̃ũt expleri corda tuẽdo:nĩ poterãt hoĩes uidẽdo cadauer ſua corda ſatiarᷣ pp odiũ ex acceptis iniuriis ſuſceptũ. ¶ Lætiq; mĩores:noue & ſatis licẽter dixit minores: quũ ab ipo Euãdro Her.cõſtet eẽ ſuſceptũ:& mĩores nõ dicamus niſi quoties graduũ deficit nomẽ: utputa filius:nepos:pronepos:abnepos:atnepos:trinepos: ubi iſti tres gradus defecerĩt:merito iã dicimus mĩores:ſic ẽt maiores dicimus poſt pr̃is:aui:ꝓaui: abaui: atauiq; uocabulũ.Sed certe eſt ĩter nepos & tritauus. ¶ Primuſq; potitius auctor Et domꝰ herculei cuſtos pinaria ſacri:Apud maiores raro aduenæ ſuſcipiebãtur niſi hẽrẽt ius hoſpitii. Incertũ.n.erat quo aĩo uenirẽt : unde ẽt Her.prĩo ab Euãdro nõ ẽ ſuſceptꝰ: poſtea uero cũ ſe & Iouis filiũ eẽ dix ſſet: & morte Caci uirtutẽ ſuã ꝓbaſſet:ẽ ſuſceptus:& ꝓ numine ẽ hĩtus: deniq; ei ara maxĩa ẽ cõſtituta:qđ Herculi delphicus Apollo ĩ italia fore p̃dixerat:quũ ergo de ſuo armẽto ad ſua ſacrificia boues dediſſet: inuẽti ſunt duo ſenes Pinarius:& Potitius q̇bus q̃liter ſe coli uellet: oſtẽdit .ſ.ut mãe & ueſpe ei ſacrificaretᷣ.Perfecto itaq; matutino ſacrificio:quũ circa ſolis occaſũ eẽnt ſacra repetenda:Potitius prior aduẽit:Pinarius poſtea extis iã redditis unde iratus Her.ſtatuit:ut Pinariorũ familia tñ miniſtra eẽt epulãtibus potitiis & cõplẽtibꝰ ſacra:unde ẽt piarii dicti ſunt απο τῆς πινας.i.a fame:nã ſenẽ illũ Pinariũ cõſtat alio noĩe eẽ nũcupatũ: hĩc ẽ qđ paulopoſt Potitii tãtũ facit cõmemorationẽ:ut Primuſq; potitus ibat.Qđ ãt dicit domus herculei cuſtos pinaria ſacri nõ ẽ cõtrariũ Nã cuſtos ẽ miniſtra:ut ĩ decimo At triuiæ cuſtos iandudũ ĩ mõtibus opis alta ſedet.i.miniſtra.¶ Luco: tẽplũ.n.nõdũ habuerat Hercules:ſed arã tãtũmodo:ut diximꝰ ſupra.Maxima ĩgẽs.n.ẽ ara Her. ſicut uidemus hodieq;.¶ Porgite dextras:præbete inuicem pocula:& eſt Homeri.

τους μὲν α ρα χρυσεοισι ϰυπέλλοις οι Δαχαιων Δεὶ Δεχα τα λλοθὲν α λλος.

¶ Cõmunẽq; uocate deũ:aut q̃a argiuus ẽ Hercules:& ſupra dixit Aeneas tã græcos q̃ troianos de uno ſanguinis fonte deſcẽdere: aut cõmunẽ deũ dixit utriuſq; naturæ mediũ.i. ĩter mortalitatẽ & diuinitatẽ: ſunt numĩa aliq̃ tãtũ cæleſtia:aliq̃ tãtũ terreſtria:aliq̃ media:quos deos Apuleius medioximos uocat:alii cõem deũ iõ dictũ uolũt:q̃a ſecũdũ põtificalẽ ritũ idẽ ẽ Hercules:q & Mars.Nã ſtellã unã hr̃e dicuntᷣ:& nouimus Martẽ cõem dici.Cice.Martẽq; deũ cõmunẽ.Vir.Ipſe & diis cõibus.Itẽ paulo poſt Dat ſalios Herculi : quos Martis eſſe dubiũ nõ eſt:ẽ & alia ratio Her.deũ cõem uocari.Nã cõſtat herculẽ hominũ cõmodis tutelæq; ſeruiſſe : uĩ Luca.Terras mõſtris æquorq; leuãtẽ Magnanimũ alciden Libycas exciuit ĩ oras. ¶ Herculea popu.herculi ꝯſecrata:q cũ ad ĩferos deſcẽdẽs fatigaretᷣ laborᷣ:dr̃ de hac arbore corona fcã caput uelaſſe:uĩ folioꝝ ps tpibꝰ cohærẽs & capiti albuit ſudore:ps uero exterior pp ĩferorũ colorẽ nigra pmãſit:& hõeſte pependit pplũs.i.cornua de populo.

¶ DONA. Communem:ut per coniunctionem fœderum ſe troianis commixtum oſtendat:uel quia Troianis & Arcadibus idem erat genus.¶ Secunda:proſpera.

¶ CHRI. Inuoluit.i.iplet fumo ſe ĩuoluẽtẽ.Noctẽ ãt caliginẽ & fumũ & tenebras ꝓ eadẽ re poſuit : ne dũ ad idẽ uerbũ reuertitᷣ faſtidiũ ĩferat & ẽ expolitio.¶ Nõ tu.aĩs:iratus ẽ qđ ita repugnaret: unde ex accẽſione iræ in ignẽ ꝑiculo mãifeſto ſeſe iecit.¶ Qua.p.u.f.a.cũ illũ peteret:neq; uiderᷣ poſſe aſſeq̃batᷣ huiuſcemodi ꝯiectura:ut ibi eẽ putaret:ubi plurimus fumꝰ eẽt. Nebula ꝓ fumo poſuit.¶ Expleri corda:Satiari uoluptẽ q̃ capiebant ob eius mortẽ.¶ Ignes extĩctos:at quo mõ tuebãt: ſi erat extĩctus:ſed cuiuſcũq; ſenſus ẽ cognoſcerᷣ ea quoꝝ iudex

eſt:atq; ēt priuationē illorū. Ergo oculis cognoſcimus colores & ēt tenebras:aurib⁹ uoces & ſilētiū. ¶ Quæ maxi. rōani boué ídomitū ſingulis annis herculi ſacrificabāt:dixerat p̄terea hercules qſqs illi ſacrificaret diuitē futurū Ara maxīa erat ꝓpe forū boariū:ſed ſub diuo. Tēplū herculis erat ꝓpe tybrí:erat āt obſeruatio: ut aít Macro. ut í herculis ſacris epularenť ſedētes:& Corne. Bal. exegeticus ait:obſeruatū ne apud arā maximā lectiſterniū fieret:í eodé loco oēs apto capite ſacrificabāt:ne hītū dei imitareť:q illic opto capite ſedet. Var. ait hūc græcū moré eē. C. Baſſus refert arā maximā āte aduētū Aeneæ in italia cōſtituta eē:q hūc ritū uelandi capitis íuēit.

Et ſacer impleuit Dextrā Scyphus:ocyus oēs
In menſam læti libant:Diuoſq; precantur.
Deuexo interea propior fit Veſper Olympo.
Iamq; Sacerdotes:primuſq; Potitius ibant
Pellibus in morem cincti:flāmaſq; gerebant.
Inſtaurant epulas:& Menſæ grata Secūdæ
Dona ferūt:cumulantq; oneratis lācibus aras.
Tum Salii ad cantus:incenſa altaria circum
Populeis adſunt euincti tempora ramis.
Hic iuuenū chorus:ille Senū:q carmine laudes
Herculeas:& facta ferūt:ut prima Nouercæ
Mōſtra māu:geminoſq; p̄més eliſerit Angues:
Vt bello egregias idem diſiecerit urbes:
Troiamq;:œchaliāq;:ut duros mille labores:
Rege ſub Euryſtheo:fatis Iunonis iniquæ
Pertulerit:tu Nubigenas inuicte Bimembres
Hylæumq;:Pholūq; manu:tu Creſſia mactas
Prodigia:& uaſtū Nemeæ ſub rupe Leonem.
Te Stygii tremuere lacus:te Ianitor Orci:
Oſſa ſuper recubans antro ſemeſa cruento.
Nec te ullæ facies:non teruit ipſe Typhoeus
Arduus arma tenens:nō te rationis egentem

¶ SER. Et ſacer ípleuit dextrā ſcyph⁹:legiť í libris antiqs Her. ad italiā ígēs ligneū poculū attuliſſe:quo utebāť í ſacris:qd' ne carie cōſumereť pice oblitū cōſeruabať:cui⁹ magnitudiné ſignificat dicēdo ípleuit: dextrā ſcyph⁹. ¶ Deuexo. o. íclīato í noctē cælo. ¶ Pellibus i. m. c. aut in moré Her. aut certe ſacerdotū. ¶ Et mēſæ grata ſecūdæ:qa ut diximus una pomorū:altera fuit carnis :apud romāos. ¶ Cumulātq; oneratis lācibus aras. i. reddūt exta. ¶ Salii:q tripudiātes aras circūibāt ſaliētes. ¶ Laudes Herculeas & facta:ſenes tātū uoce laudes Her. exeq̄bantť:iuuenes & geſtu corporis eius facta mōſtrabāt. ¶ Prima mōſtra:bene prima:nā & oīa alia Iuno. íſidiis ꝑtulit. Fabula āt hoc hēt Hercules natus é cū Iphiclo Amphitryonis filio:ſed quū Iuno duos ſerpētes ímiſiſſet Herculi: Iphiclus de cunis terrore lapſus ſuo uagitu excitauit parētes:q quū ſurrexiſſent uiderūt Her. angētē māib⁹ angues ímiſſos ei nouercalib⁹ odiis. ¶ Eliſerit: p̄focauerit. ¶ Troiāq;: ut ſupra diximus troiā Her. euertit ꝑꝑ negatos ſibi a Laomedōte equos diuino ſemine ꝓcreatos: & Heſionæ nuptias:q̄ a ceto liberauerat. Sane Critici fruſtra culpāt Vir. qd' p̄ſentibus troiāis troiæ ítroduxerit excidiū:nō reſpicientes qd' hoc fecit rō hymnorū:qbus aliqd ſubtrahere ſacrilegiū eſt. ¶ Oechaliāq;:Eurytus rex œchaliæ Iolé filiā denegauit Herculi ante ꝓmiſſā Ideo qd' eū fuerat filius dehortatus dicēs ab Hercule & Megærā uxoré & ex ea filios íterēptos:qd factū fuerat Iunonis íſtīctu: unde iratus Hercules ꝑꝑ nuptias ſibi denegatas euerſa ciuitate íteremit Eurytū:& Iolé ſuſtulit. ¶ Nubigēas:de Ixiōe & nube ꝓcreatos cētauros:ut dixius ſupra. ¶ Hylæūq; pholūq;: Hyleū Theſeus íteremit:Pholus uero Herculē ſuſcepit hoſpitio eo tp̄e quo ad expugnādos cētauros ꝓfect⁹ é. Luc. Hoſpes & alcidæ magniphole:unde apparet ꝑ poetica licētiā noīa eſſe ꝓ nominibus poſita. ¶ Creſſia mactas Prodigia: bene ad leonē qué íteremit referť:nā cretēſé taurū nō íteremit:ſed ícolumé ad Euryſtheū ꝑduxit. Vno tamen uerbo utrūq; ſæpe cōcludiť:ut Diſce puer uirtuté ex me uerūq; laboré:Fortunā ex aliis. ¶ Nemeæ ſub rupe: nemea ſilua é uicina thebis:í q̄ Hercules íteremit leoné. Nemeæ āt anapæſtus é:nā & ne & me breues ſunt. æ auté lōga diphthongo: íteremit & alteꝝ leoné apud Cleonas urbé : cui⁹ pellé geſtabat í tutamé:unde Luca. Ille cleonæi ꝓiecit terga leonis. ¶ Stygii tremuere lacus:íferni:quo tp̄e deſcēdit ad rapiēdū Cerberū. ¶ Oſſa ſuper recubās:aut ad terroré dictū é:aut certe illud eſt qd' ēt ſupradiximus cerberū eē terrā:q̄ corpa ſepulta cōſumit. Nā inde cerberus dictus é:q̄ſi κρεοβορος:Alii pueriliter uolūt a cerbero Amphiarai oſſa cōſumi: q hiatu terræ ſecūdū Statiū uiuus d̄ſcēdit ad íferos. ¶ Semeſa cruēto:ſemēſū nō dicimus:nec enſū:nā eſū facit & comeſū. ¶ Nec te ullæ facies. i. ſpecies more ſuo. ¶ Ipſe tiphoeus:& hoc poetice. Nā ſi íteremit cētauros:quēadmodū ēt gigantū íterfuit p̄lio:q ante ínumeros annos fuiſſe dicunť. ¶ Nō te rōnis egētē:liptotes figura:nā minus dixit:& plus intelligimus:hoc enim dicit prudentiſſimum non te circumuenit:& eſt talis figura qualis Munera nec ſperno.

¶ CHRI. Scyphus:Her. eſt poculum. Fingebant enim illum ſculptores cum poculo : & nonnūq̄ ebriū non ſolum ꝙ his heros bibax perhiberetur:ſed ꝙ fabula antiqua ipſum copulo tanq̄ nauigio maria tranſiſſe referat:ſed putat Mac. illum nauigio:cui ſcypho nomen eſſe nauigaſſe. Sunt qui dicāt illum in italiā poculū hoc ligneū uexiſſe:ac pro monumento reliquiſſe. Italia autem ad defendendam uetuſtatem pice obduxiſſe.

Lernæus turba capitum circūſtetit Anguis.
Salue uera Iouis proles:decus addite Diuis:
Et nos:& tua dexter adi pede ſacra ſecundo.
Talia carminibus celebrant. ſuper omnia Caci
Speluncam adiiciunt:ſpirātemq; ignib⁹ ipſū:
Conſonat oé nemus ſtrepitu : colleſq; reſultāt.

¶ SER. Lernæus anguis:ideſt hydra:Præter hæc quæ hoc loco Herculé feciſſe commemorauit alia facta Herculis hæc ſunt. Superatus eſt aper in erymātho poſt cerberum:item ſtymphalides aues quæ alūnæ Martis fuiſſe dicuntur quæ hoc periculum regionibus irrogabant: ꝙ cum eſſent plurimæ uolantes: tantum plumarum:ſtercorumq; de ſe emittebant: ut homines & animalia necarent:agros & ſemina omnia cooperirent: inde ab Augea elienſium rege

Exin ſe cuncti diuinis rebus ad urbem
Perfectis referunt:ibat Rex obſitus æuo
Et comitem Aeneam iuxta:natumq; tenebat
Ingrediens:uarioq; uiam ſermone leuabat.
Miratur:facileſq; oculos fert omnia circum
Aeneas:capiturq; locis:& ſingula lætus
Exquirit:auditq; uirum monumenta priorũ.
Tũ rex Euãdrus Romanæ cõditor arcis: (bãt
Hæc nemora ĩdigenæ fauni:nymphæq; tene-
Genſq; uirum trũcis:& duro robore nata:(ros
Quis neq; mos:neq; cult⁹ erat:nec iũgere tau-
Aut cõponere opes norant:aut parcere parto.
Sed rami:atq; aſper uictu uenatus alebat.
Primus ab æthereo uenit Saturnus Olympo
Arma Iouis fugiens & regnis exul ademptis.

rogatus ouilia:q̧ ſtercore animalium congeſto tam ſuis q̃ uicinis regionibus peſtilentiam creauerant: immiſſo Alpheo flumine purgauit: & regionibus ſalubritate reddita ipſum regem negata ſibi mercede ĩteremit:inde equos Diomedis:qui humanis carnibus ueſcebantur abduxit:inde ad Hippolytæ cingulum petẽdum perrexit:eamq; ablato cingulo ſuperauit. Ad Geryonem autem ſicut iam ſupra dictũ eſt:Naui ænea nauigauit:tergo leonis uelificãs: ibiq; primum cautem mathonæ filium interemit: deinde eurytiona paſtorem Martis filium:nouiſſime Geryonem cuius abduxit armenta:item ad Heſperidas perrexit:& Antæum filium terræ uictum luctatiõe necauit:Inde in ægypto Buſiridem qui aduenientes hoſtes ĩmolare conſueuerat: poſt Prometheum Iouis imperio in Caucaſo monte religatum occiſa ſagittis aquila liberauit: Acheloum etiã fluuii deum qui ſe propter Deianiram œnei filiã certando cum Hercule in uarias formas commutabat: mutatum in Taurum auulſo ab illo cornu uictoria cedere cõpulit:poſt Lycũ regem:qui apud inferos:ſe conſtituto eius uxorem tentauerat reuerſus peremit:propter cuius necem Iuno ei inſaniam miſit:ut uxorem necaret: & filios:qui poſt recepta ſanitate cum expiationem parricidii ab Apolline petiiſſet:nec ab eo reſponſa meruiſſet:ira concitus cortinam ipſam & Tripodem Apollinis ſuſtulit:ob quod iratus Iuppiter eum Omphalæ ſeruire præcepit:cuius finis humanitatis talis fuit:cum Deianiram coniugem per fluuium in quo Neſſus centaurus trãſuehebat:etiam Hercules tranſuehere uellet:auſus eſt neſſus occulte Deianiram de ſtupro interpellare: quod Hercules cum cognouiſſet:Neſſum peremit : ſed Neſſus moriens Deianiram monuit ut ſanguinem ſuum exceptum ſeruaret:& ſi quando aduertiſſet Herculem altera delectari:ſanguine ipſo ueſtem illitam marito daret per quam uindicari poſſet:Sed Deianira cum audiſſet maritum:Iolẽ Euryti filiam amare: ueſtem Neſſi tinctam ſanguine Lycæ ſeruo dedit ad eum perferendam qui cum Herculi in œta occurriſſet: manibus uxoris datam tradidit quam cum ille Ioui ſacrificaturus induiſſet:tanto corporis ardore correptus eſt:ut Pyram conſtrui iuberet:Donatiſq; Philoctetæ ſagittis peteret ab eo ut cremaretur:ne inueniretur:quo facto inter deos relatus eſt. ¶ Vera Iouis proles:nullus enim humano ſanguĩe procreatus tãta perficeret. ¶ Dexter adi: ideſt propitius. ¶ Pede ſecũdo:ideſt proſpero omine. ¶ Super omnia caci:ideſt hoc factum laudãt ultra omnia & ſic eſt dictum:ut eſt Et te ſuper omnia dona Vnum oro:& bene quantum ad ipſos pertinet rem maiorem ſeruauere poſt omnia. ¶ Obſitus æuo:ætate inuolutus:ut Terentius Annis panniſq; obſitus. ¶ Facileſq; oculos fert omnia circum:phyſici dicunt ex uino mobiliores oculos fieri Plau. Faciles oculos habet: ideſt mobiles uino. ¶ Capiturq; locis:delectatur. ¶ Romanæ conditor arcis: conditor Palantei ubi nunc palatiũ eſt:quod nõ re uera arx:ſed tenet rerum omnium principatum. ¶ Hæc nemora indigenæ fauni:inde geniti:& ſciendum ſecundum Heſiodi Theogoniam primos deos genitos:inde hemitheos:poſt heroas:inde homines innocentes: ultimo ſceleratos:quem hic nunc ordinem ſeruat. ¶ Truncis & duro robore nata: hoc figmentum ortum ex antiqua hominum habitatione:qui ante factas domos: aut in cauis arboribus: aut ſpeluncis manebant: qui cum exinde egrederentur:ut ſuam educerent ſobolem:dicti ſunt inde procreari. Neq; cultus erat:ideſt nullam ſui curam habebant. ¶ Componere opes:ideſt reſeruare ordinare. ¶ Parcere parto:de die inquit uiuebant: nec inuenta ſeruabant. ¶ Rami atq; aſper uictu uenatus alebat:cognato quodammodo uictu alebantur:aut uenatu montium:aut arborum ramis. ¶ Primus ab æthereo uenit ſaturnus olympo: hoc dicit ſecundum poeticum morem. Nam Saturnus rex fuit Cretæ:quem Iupiter filius eius bello pepulit. hic fugiens ab Iano ſuſceptus eſt:qui regnabat in Italia:quem cum docuiſſet uſum uinearum & falcis:in partem eſt admiſſus imperii: & ſibi oppidum fecit:poſtea ſuum repetiuit imperium.

¶ DONA. Nihil memoratu dignum excerpi poteſt ex Donato.

¶ CHRI. Capitur locis:ueluti præſagio quodam mentis q̧ illic futurum eſſet caput imperii. ¶ Conditor romanæ arcis:ſic enim nonnulli putarunt:ſed uarias de condita roma opiniones alio in loco diximus. ¶ Indigenæ:in eo loco nati:& quorum origo non ſit aliunde:quos græci αυτοχθονς uocant. ¶ Truncis: quaſi quod a principio orbis inde originem traxerint:nam qui ex antiquis philoſophis mundum habuiſſe principium uolunt referunt terram ipſam poſt elementorum diuiſionem cenoſam extitiſſe:eamq; a ſole paulatim denſatam & ſuo calore fermentatam in plurimis locis tanq̃ ulcera quædam tenui folliculo operta produxiſſe: ut etiam nunc in ægypti paludibus uidemus accidere:Cum ergo in humidis calore adhibito generatio fiat: & noctu quidem circunfluus aer humorem præſtet:qui inde ſole conſolidetur : tandem putredines ille tepore ad partum productæ ſunt : unde effractis folliculis uariarum formarum animalia exierunt: interea & homines quã opinionẽ Eurypides Anaxagoræ diſcipulus in ea quam melanippem fabula ſcribit refert:Hi igitur a principio uagi inculti ſine moribus aut legibus per ſyluas uiuebant:donec aliquis qui ſapiẽtia ac eloquẽtia ꝓditus fuit paulatim a feritate ad humanitatem reducens in unum eos coegit atq; illis & mœnia & leges poſuit.

Hominum Genesis

❧SER. Is genus indocile:pro indoctum.Nam indocile eſt quod penitus non poteſt diſcere:īdoctum quod nondum didicit.hos autem dicit eſſe compoſitos:unde apparet quia indocile dicit pro indoctum:hoc eſt autē quod dicit Cicero in primo rhetoricorum:Feros adhuc homines magni cuiuſdam uiri oratione compoſitos. ❧Legeſq; dedit:Atqui dixit Haud uinclis nec legibus æquam:ſed intelligimus Saturnum dediſſe leges: quibus adeo obtemperauerunt cum iam antea per naturam ſine legibus uiuerent.❧Latiumq; uocari maluit: bene maluit.Nam & Saturnia dicta eſt:ut Et nomen poſuit ſaturnia tellus:& Virgilius latium uult dici:quod illic Saturnus latuit. Varro autem latium dici putat quod latet Italia inter præcipitia alpium & appenini. ❧Sic placida populos ī pace regebat: ut merito aurea ſæcula crederentur.❧Decolor ætas:uitioſa: In omni enim uitioſo corpore ineſt peſſimus color. & alludit ad naturam metalli quam cernimus diſcolorē:nec īmerito:ſupra enim dixerat aurea ſæcula: ideo nunc dixit Decolor ætas.❧Tum mãus auſonia: omnes terræ habitatores aut indigenæ:aut aduenæ:aut cōuenæ:indigenæ ſunt inde geniti quos uocant aborigine lariri:græci αυτοχθονες:ut de Faunis dixit:aduenæ de uno loco uenientes:ut Saturnus: conuenæ de diuerſis:ut auſones & ſicani: Sicani autem ſecūdum nonnullos populi ſunt hiſpaniæ a ſicori fluuio dicti. Lucanus:Heſperios inter ſicoris non ultimus amnis hi duce Siculo uenerunt ad italiam:& eam tenuerūt excluſis aboriginibus:mox illi pulſi ab illis:quos antepulerant:inſulam uicinam italiæ occupauerunt & eam ſicaniam a gentis nomine:Siciliam uero a ducis nomine dixerūt:q̄q̄ Thucydides de ſicilia Italum dixit ueniſſe:& ab eo italiam eſſe appellatā.❧Immaī corpore thybris:hic tuſcorum rex fuit:qui iuxta hunc fluuium pugnans cecidit: & ei nomen impoſuit:alii uolunt iſtum ipſum regem latrocinatum eſſe circa huius fluminis ripas: & tranſeuntibus crebras iniurias intuliſſe:unde thybris quaſi υβρις dictus eſt απο της υβρεως: ideſt ab iniuria:nam amabant maiores ubi aſpiratio erat s.ponere:ut επτα ſeptem:uel ſicut ελενη ſelena.Alii ut ſupradiximus uolunt eos qui de ſicilia uenerunt thybrim dixiſſe ad ſimilitudinem foſſæ ſyracuſanæ:quam fecerunt per iniuriam afri & athenienſes iuxta ciuitatis murum.Nam quod Liuius dicit ab Albano rege tyberino.Thybrim dictum non procedit:ideo quia etiā ante albam thybris dictus inuenitur.❧Albula nomen: antiquum hoc nomen a colore habuit.❧Me pulſum patria:aut ut diximus ſupra propter paricidium:aut certe oraculorum neceſſitate compulſum.❧Pelagiq; extrema:per extrema pelagi actum:aut ut dicit Donatus per pelagus extrema pelagi ſequentem: aut pelagi aduerbium eſt.

Is genus indocile:ac diſperſum montibus altis
Compoſuit:legeſq; dedit:Latiumq; uocari
Maluit:his quoniam latuiſſet tutus in oris.
Aureaq;(ut perhibent)illo ſub rege fuere
Sæcula:ſic placida populos in pace regebat.
Deterior donec paulatim:ac decolor ætas:
Et belli rabies:& amor ſucceſſit habendi.
Tum manus Auſonia:& gētes uenere Sicanæ
Sæpius:& nomen poſuit:Saturnia tellus.
Tum reges:aſperq; immani corpore Thybris:
A quo poſt Itali fluuium cognomīe Thybrim
Diximus:amiſit uerum uetus Albula nomen.
Me pulſū patria:Pelagiq; extrema ſequentem

❧DONA. Me pulſum:non ſua culpa patria caruiſſe:ſed fatorum demonſtrat:quæ ut ipſe dicit ſunt inſuperabilia.❧Mater:nam & mater:& dea quæ contra pietatis meritum mouere filium non poſſet.

❧CHRI. Aureaq; ut perhibent:Regnabant teſte Higinio:qui protarchum trallianum ſecutus eſt in hac regione Ianus atq; Cameſes tanta cōcordia:ut regio cameſene:oppidum ianiculum diceretur: uerum cum iam ad ſolum ianum regnum perueniſſe:ipſe Saternum creta Ioue pulſum naui delatum hoſpitio accepit: atq; ab illo agriculturam edoctus eum regni ſocium fecit:& cum primus æra ſignaſſet ī altera parte ſaturni effigiem in altera nauim:qua aduectus fuerat in primendam curauit.Cum autem inter hæc ſaturnus nuſq̄ appareret: ianus omnem terram ſuæ dictionis parentem appellauit:& ſaturnalia illi īſtituit Saturnia oppidum paruum fuit ſub capitolio conditum aboriginibus in memoriam Saturni. In eo erat ſaturnia porta quæ deinde pandana eſt nominata.Saturnius:mons ſequentibus temporibus dictus eſt tarpeius: Sunt qui dicant ſaturniam terram a fertilitate dictam:quia ſaturanus ſit deus fertilitatis. Inde agros fertiles ſaturanios dixerunt.❧Auſonia:auſones eam partem italiæ habitauerunt:quæ eſt prope Rheginos ad meridiem in dorſo apennini: ſic dicti ab Auſone antiquiſſimo rege ex Arcadia huc profecto:qui poſtea ſparſi per italiam aborigenes ſunt nominati.❧Sicani:uide Seruio poſt ſicanos in eadem inſula: ut refert Dionyſius uenerunt ſiculi: qui italiæ populi cum pelaſgis:& aboriginibus pares eſſe non poſſent:italiam omnem inferiorem in notum peregrantes in proximam inſulam obſeruato æſtu tranſfretarunt.Occuparant autem prius ſicani hiſpanum genus qui Ligures fugerant:& ſicaniam a ſe inſulam nominarūt: quæ antea a figura triangulari Trinacria dicebatur. Iſti igitur a ſe ſiciliam nominarunt quod fuit:ut placet Hellanico leſbico tribus ætatibus ante res troianas: Is enim dicit: eorum regem nominatum Siculum: a quo & ipſi & inſula nomen acceperunt.Philiſtus autem ſyracuſanus ſcribit tempus tranſmiſſionis annis octoginta ante troianum bellum fuiſſe: eamq; gentem: neq; ſiculorum: neq; auſoniorum:neq; hellenum:ſed lygurum fuiſſe:ducente eos Siculo:quem Itali filium dicunt fuiſſe & ab eo dictos eē ſiculos. Antiochus ſyracuſanus ſiculos hos exactos fuiſſe ab œnotriis & umbris. Thucydides ſcri. Siculos pulſos ab Opicis multis annis poſt troicum bellum.

Saturnius

Auſones

Siculus